gate dñz deũ vrm vt auferat a me mor
tẽ istã. Egressusqꝫ est moyses de ꝓspectu
pharaõis.7 orauit dñm: Qui flare fec
ventũ ab occidẽte vehemẽtissimuꝫ.7 ar
reptã locustã piecit ĩ mare rubrũ. Non
remãsit nec vna q̃dẽ ĩ cũctis finibꝫ egy
pti. Et ĩdurauit dñs cor pharaõis .nec
dimisit filios isrl̃. Dixit ãt dñs ad moy
sen. Extẽde manũ tuã in celũ.7 sint te
nebre sup trã egypti:tam dẽse vt palpa
ri queãt. Extẽditꝫ moyses manũ in ce
lũ.7 facte sunt tenebre horribiles ĩ vniũ
sa terra egypti. Tribꝫ diebꝫ nemo vidit
fratrẽ suũz:nec mouit se de loco in quo
erat. Ubicũqꝫ aũt hĩtabãt filij israel lux
erat. Uocauitꝫ pharao moysen 7 aarõ
7 dixit eis: Ite sacrificate dño: Oues tã
tũ vestre 7 armẽta remaneãt: puuli vri
eant vobiscũ. Ait moyses: Hostias q̃ꝫ 7
holocausta dabꝫ nob:q̃ offeram9 dño do
nõ. Cuncti greges pgent nobiscũ: Nõ
remanebit ex eis vngula que necessaria
sunt in cultũ dñi dei nri ꝑtim.cuꝫ igre
mus q̃d debeat ĩmolari:donec ad ipm lo
cũ pueniam9. Indurauit autẽ dñs cor
pharaõis 7 noluit dimittere eos. Dixit
qꝫ pharao ad moysen: Recede a me 7 ca
ue ne vltra videas faciẽ meã. Quocũqꝫ
die apparueris mihi morieris. Respon
dit moyses: Ita fiat vt locut9 es. Non
videbo vltra faciem tuam. XI

Et dixit dñs ad moysen: Adhuc
vna plaga tangã pharaonem 7
egyptũ.7 post h̃ dimittet vos et
erite cõpellet. Dices q̃ omni plebi vt po
stulet vir ab amico suo 7 mulier a vici
na sua vasa argẽtea 7 aurea 7 vestẽ. Da
bit aũt dñs gram populo suo corã egy
ptijs. Fuitqꝫ moyses vir magnus val
de in terra egypti corã seruis pharaõis et
oĩ pl̃o. Et ait: Hec dicit dñs: Media no
cte ĩgrediar ĩ egyptũ .7 morietur oẽ ꝓmo
genitũ in terra egyptiorꝫ.a ꝓmogenito
pharaõis q̃ sedz ĩ solio ei9 vsqꝫ ad ꝓmoge
nitũ ancille q̃ est ad molã.7 oĩa ꝓmoge
nita iumẽtorꝫ. Eritqꝫ clamor magn9 in
vniũsa trra egypti:q̃lis nec ante fuit:nec
postea futur9 est. Apud oẽs aũt filios is
rael non mutiet canis ab hoĩe vsqꝫ ad pe
cus:vt sciatꝭ q̃nto miraculo diuidat do
minus egyptios 7 isrl̃. Descẽdẽtqꝫ oẽs
serui tui isti ad me.7 adorabũt me dicen
tes: Egredere tu 7 oĩs ꝑ̃ls qui subiect9
est tibi. Ꝑost hec egrediem̃. Et exiuit a
pharaõe.irat9 nimis. Dixit aũt dñs ad
moysen: Nõ audiet vos pharao vt mul
ta signa fiãt in trra egypti. Moyses autẽ
7 aarõ fecerũt oĩa signa 7 ostẽta q̃ scrip
ta sunt.corã pharaõe.7 indurauit dñs
cor pharaonis:nec dimisit filios israel
de terra sua. XII

Dixit q̃ꝫ dñs ad moysen 7 aaron
in terra egypti: Mensis iste vob
ꝓncipiũ mesũ:ꝑim9 erit ĩ mẽ
sibꝫ anni. Loq̃mĩ ad vniũsum cetũ filio
rũ isrl̃:7 dicite eis: Decima die mensis
hui9 tollat vnusquisqꝫ agnũ ꝑ familias
7 domos suas. Sinaũt minor est nũer9
vt sufficere possit ad vescẽdũ agnũ:assu
metvicinũ suũ qui ꝓximus est domui ei9
iurta numerũ aiarꝫ q̃ sufficere possint ad
esuz agni. Erit aũt agnus absqꝫ macula
masculus ãniculus. Iurta quẽ ritũ tol
let̃:7 hedũ:7 seruabit̃ eũ vsqꝫ ad q̃rtãdeci
mã diẽ mẽs hui9. Immolabitqꝫ eũ vni
uersa multitudo filiorꝫ israel ad vesperã
7 sument de sanguine eius ac ponẽt su
per vtrunqꝫ postem.7 in supliminaribꝫ
domorum in quibus comedent illum.
Et edent carnes nocte illa assas igni:et
azymos panes cũ lactucꝫ agrestibꝫ. Nõ
comedetis ex eo cruduz quid.nec coctũ
aqua.sed assum tm̃ igni. Caput cum pe
dibꝫ eius 7 intestinis vorabitis:nec re
manebit quicquaz ex eo vsqꝫ mane. Si

quid residuū fuerit. igne comburetis.
Sic aūt comedetis illuz. Renes vr̄os
accingetis ⁊ calciamēta hēbitis in pedi-
bus. tenētes baculos ī manib⁹: ⁊ come
detis festināter. Est eī phase. i. trāsitus
dñi. Et trāsibo ꝑ terrā egypti nocte illa
ꝑcutiāq; oē ꝑmogenitū in terra egypti
ab hoīe vsq; ad pecus. ⁊ ī cūctis dijs egy
pti faciā iudicia. ego dñs. Erit aūt san-
guis vob̄ in signū ī edib⁹ ī q̄b⁹ erit⁹. ⁊ vi-
debo sāguinē ⁊ trāsibo vos: nec erit ī vob̄
plaga disꝑdens: qñ ꝑcussero terrā egy-
pti. Hēbitis aūt hūc diē ī monimētū ⁊
celebrabitis eā sollēnē dño ī generatiōi
bus vr̄is cultu sempit̄no. Septē dieb⁹
açyma comedetis. In die ꝑmo nō erit
fermētū ī domib⁹ vr̄is. Quicūq; comed̄
rit fermētū. ꝑibit aīa illa d̄ israel. a ꝑmo
die vsq; ad diē septimū. Dies ꝑma erit
sancta ac solēnis. ⁊ dies septima eadez
festiuitate venerabil'. Nihil opis faciet⁹
in eis. exceptis his q̄ ad vescēdū ꝑtinēt
⁊ obꝛuabitis açyma. In eadē enim ipa
die educā exercitū vr̄m de terra egypti.
⁊ custodietis diē istū ī generatiōes vr̄as
ritu ꝑpetuo. Primo mēse q̄rtadecima
die mēsis ad vesperā. comedetis açyma
vsq; ad diē vicesimāprimā eiusdē menꝭ
ad vespā. Septē dieb⁹ fermētatuz non
inueniet̄ in domib⁹ vr̄is. Qui comede-
rit fermētatū. peribit aīa eius de cetu is-
rael tam de aduenis q̄ꝫ de indigenis ter
re. Oē fermētatū nō comedet⁹. In cū-
ctis habitaculis vr̄is edet⁹ açyma. Vo-
cauit āt moyses oēs seniores filioꝝ isra
el. ⁊ dixit ad eos: Ite tollentes aīal ꝑ fa
milias vr̄as ⁊ īmolate phase. Fasciculū
q; hysopi tingite ī sanguine qui est in li
mine ⁊ aspgite ex eo suꝑlimīare ⁊ vtrū-
q; postē. Nullus vr̄m egrediat̄ ostiū do-
mus sue vsq; mane. Trāsibit enī dñs ꝑ
cutiens egyptios. Cūq; viderit sangui
nē in suꝑliminari ⁊ in vtroq; poste: tran
scendet ostiū domus. ⁊ nō sinet ꝑcussorē
ingredi domos vr̄as ⁊ ledere. Custodi
v̄bū istd̄ legittimū tibi ⁊ filijs tuis vsq;
in et̄nū. Cūq; ītroierit⁹ t̄rā quā dñs de⁹
datur⁹ est vob̄ vt pollicitus est. obserua
bit⁹ cerimonias istas. Et cū dixerīt vob̄
filij vr̄i q̄ est ista religio ⁊ dicet⁹ eis: Vi-
ctima trāsitus dñi est: qñ trāsiuit super
domos filioꝝ isrl' in egypto ꝑcutiēs egy
ptios. ⁊ domos nr̄as liberās. Incurua-
tusq; ꝓpl's adorauit. et egressi filij israel
fecerūt sicut ꝑcepat dñs moysi ⁊ aaron
Factū est aūt in noctis medio. percussit
dñs oē primogenitū ī t̄ra egypti: a ꝑmo
genito pharaōis q̄ ī solio eius sedebat:
vsq; ad ꝑmogenitū captiue q̄ erat ī car-
cere: ⁊ oē ꝑmogenitū iumētoꝝ. Surre
xitq; pharao nocte ⁊ oēs ꝛui eius cūcta-
q; egyptus: ⁊ ortus est clamor magnus
in egypto. Neq; enī erat dom⁹ in q̄ non
iacerz mortuus. Vocatisq; pharao moy
se ⁊ aarō nocte. ait: Surgite: egredimī
a populo meo vos ⁊ filij isrl': Ite ⁊ imo-
late dño sicut dicitis. Oues vr̄as ⁊ ar-
mēta assumite vt petieratis: ⁊ abeuntes
bñdicite mihi. Vrgebātq; egyptij ꝓpl'm
israel de t̄ra exire velocit' dicētes: Omīs
moriem̄. Tulit igit̄ ꝓpl'us ꝯspersam fari
nā anteq̄ fermētaret̄: ⁊ ligās in pallijs
posuit sup humeros suos. Fecerūtq; fi
lij israel sic ꝑcepat dñs moysi. ⁊ petierīt
ab egyptijs vasa argētea ⁊ aurea vestēq;
plurimā. Dñs aūt dedit gr̄am ꝓpl'o co-
rā egyptijs vt cōmodarēt eis: ⁊ spoliaue
rūt egyptios. Profectiq; sunt filij isra-
el de ramesse ī sochot sexcenta fere milia
peditū viroꝝ: absq; ꝑuulis ⁊ mulierib⁹.
Sz ⁊ vulgus ꝓmiscuū innūerabile ascē
dit cū eis oues ⁊ armēta: ⁊ aīantia diu-
si generis multa nimis Coxerūtq; fari
nā quā dudū de egypto ꝯspersam tule-
rāt: ⁊ fecerunt subcinericios panes açy
mos. Neq; enim poterat fermentari co
gentibus exire egyptijs. ⁊ nullaz facere
sinentibus moram: nec pulmēti quicq̄
occurrerat preparare. Habitatio aūt fi
lioꝝ israel q̄ māsert̄ in egypto fuit q̄drī-
gentoꝝ triginta annoꝝ. Quib⁹ expletis
ead̄ die egressus ē oīs exercit⁹ dñi d̄ ter
ra egypti. Nox est ista obꝛuabil' dñi: qñ
eduxit eos de t̄ra egypti. Hanc obꝛuare
debent oēs filij isrl' in generatiōib⁹ suis
Dixitq; dñs ad moysen ⁊ aarō. Hec est

religio phase. Oīs alienigena nō come
det ex eo. Oīs aūt ſuus empticius cir/
cūcidet̄. ⁊ sic comedet. Aduena ⁊ mercē
narius non edent ex eo. In vna domo
comedet̄: nec efferetis de carnib⁹ ei⁹ fo/
ras: nec os illius ꝯfringetis. Oīs cetus
filioꝝ isrl̄ faciet illud. ꝙ si q̄s ꝑegrinoꝝ
in vr̄am voluerit trāsire coloniā ⁊ face/
re phase dñi: circūcidet̄ prius oē mascu
linū eius. ⁊ tūc rite celebrabit: eritq̄ sic̄
indigena t̄re. Si q̄s aūt circūcisus nō
fuerit: nō vescet̄ ex eo. Eadē lex erit indi
gene: ⁊ colono q̄ ꝑegrinat̄ apd̄ vos. Fe
cerūtq̄ oēs filij isrl̄ sic̄ p̄cepat dñs moy
si ⁊ aarō: ⁊ eadē die. eduxit dñs filios is/
rael de t̄ra egypti ꝑ turmas suas. XIII

Locutusq̄ ē dñs ad moysen di/
cēs: Sāctifica mihi oē p̄moge/
nitū qd̄ apit vuluā in filijs isrl̄
tā de hoīb⁹ q̄ de iumētis. Mea sunt enī
oīa. Et ait moyses ad ppl̄m: Memētote
diei hui⁹ ī q̄ egressi estis de egypto et de
domo ſuitut̄: qm̄ in manu forti eduxit
vos dñs de loco isto: vt nō comedat̄ fer
mentatū panez. Hodie egredimini mē
se nouarū frugū. Cūq̄ introduxerit te
dñs ī t̄rā chananei. ⁊ ethei. ⁊ amorrei. et
euei. ⁊ iebusei. quā iurauit patrib⁹ tuis
vt daret tibi terrā fluētez lacte ⁊ melle:
celebrabit̄ hūc morem sacroꝝ mēse isto
Septez dieb⁹ vesceris açymis: ⁊ in die
septimo erit sollēnitas dñi. Açyma co/
medetis septem dieb⁹. Non apparebit
apd̄ te aliquid fermētatū. nec in cūctis
finib⁹ tuis. Narrabisq̄ filio tuo ī die il/
lo dicens: Hoc ē qd̄ fecit mihi dñs qñ
egressus suz de egypto. Et erit q̄si signū
ī māu tua ⁊ quasi monimētū añ oculos
tuos: ⁊ vt lex dñi sp̄ sit ī ore tuo. In ma
nu eī forti eduxit te dñs de egypto. Cu/
stodies huiuscemōi cultū statuto tp̄e a
dieb⁹ in dies. Cūq̄ introduxerit te dñs
in terraz chananei. sic̄ iurauit tibi ⁊ pa/
trib⁹ tuis: ⁊ dederit tibi eam. sep̄abis oē
qd̄ apit vuluā dño: ⁊ qd̄ primitiuū est ī
pecorib⁹ tuis. Quicq̄d habueris mascu
lini sexus. ꝯsecrabis dño. Primogeni/
tū asini mutabis oue. qd̄ si nō redeme/
ris interficies. Omne aūt primogeni/
tū hoīs de filijs tuis p̄cio redimes. Cū/
q̄ interrogauerit te fili⁹ tu⁹ cras dicēs:
q̄d est h̄. rñdebis ei. In manu forti edu
xit nos dñs de terra egypti: de domo ſui
tut̄. Nā cū indurat⁹ esset pharao ⁊ nol
let nos dimittere. occidit dñs oē p̄mo/
genitū ī t̄ra egypti. a p̄mogenito homīs
vsq̄ ad p̄mogenitū iumētoꝝ: Idcirco
īmolo dño oē qd̄ apit vuluā masculini
sexus: ⁊ oīa p̄mogenita filioꝝ meoꝝ re/
dimo. Erit igit̄ q̄si signū in manu tua ⁊
q̄si appensum quid ob recordatiōem añ
ocl̄os tuos: eo ꝙ in manu forti eduxit
vos dñs d̄ egypto. Igit̄ cū emisissz pha
rao ppl̄m. nō eos duxit dñs ꝑ viā terre
philistijm q̄ vicina est reputās ne forte
peniteret eū si vidissz adūsum se bella cō
surgere ⁊ reūterent̄ egyptū: sed circum
duxit ꝑ viā deſti: q̄ est iuxta mare rubꝝ
Et armati ascēderūt filij israel de terra
egypti. Tulit q̄z moyses ossa ioseph se/
cū: eo ꝙ adiurasset filios isrl̄ dicēs: Ti/
sitabit vos deus: efferte ossa mea hīc vo
biscū. Profectiq̄ de sochot castrameta/
ti sunt ī ethā: ī extremis finib⁹ solitudi/
nis. Dñs aūt p̄cedebat eos: ad oñdēdā
viā ꝑ diē ī colūna nubis: ⁊ ꝑ noctem in
colūna ignis. vt dux esset itineris vtro
q̄ tp̄e. Nūq̄ defuit colūna nubis ꝑ diez
nec columna ignis per noctem coraz po
pulo. XIIII

Locut⁹ est autē dñs ad moysen
dicēs: Loq̄re filijs isrl̄. Reuersi
castrametētur e regione phiai/
roth: q̄ est inter magdalū ⁊ mare ꝯ beel/
sephon: In conspectu eius castra ponet̄
sup mare. Dicturusq̄ est pharao super
filijs israel. Coartati sunt in terra. con/
clusit eos desertū. Et indurabo cor eius
ac ꝑsequet̄ vos ⁊ glorificabor in pharao
ne. ⁊ in oī exercitu eius: scientq̄ egyptij
q̄r ego sum dñs. Fecerūtq̄ ita. Et nun/
ciatū est regi egyptioꝝ: ꝙ fugisset popu/
lus. Immutatūq̄ est cor pharaōis et
ſuoꝝ ei⁹ sup ppl̄z. ⁊ dixert̄. Quid volui/
m⁹ facē vt dimitterem⁹ isrl̄ ne ſuirz no
bis? Iūxit ḡ curꝝ ⁊ oēz ppl̄z suū assūpsit

secū. Tulitq; sexcētos currus electos: ⁊
q̄cq̄d ī egypto curruū fuit: ⁊ duces toti⁹
exercit⁹. Indurauitq; dn̄s cor pharao-
nis regis egypti. ⁊ ꝑsecut⁹ ē filios israel
At illi egressi erāt ī manu excelsa. Cūq;
ꝑseq̄rent̄ egyptij vestigia p̄cedētiū: rep-
pererūt eos in castris sup̄ mare. Oīsq;
eq̄tat⁹ ⁊ currus pharaōis ⁊ vniūsus ex-
ercitus erant in phiairoth ꝯ beelsephon
Cūq; appropinq̄sset pharao. leuātes fi-
lij isrl̄ oculos. viderūt egyptios post se.
⁊ timuerunt valde. Clamaueruntq; ad
dn̄m. ⁊ dixerūt ad moysen: Forsitan nō
erāt sepulcra in egypto: ideo tulisti nos
vt morerem̄ in solitudīe. Quid h̄ face-
re voluisti. vt educeres nos ex egypto?
Nōne iste ē sermo quē loquebam̄ ad te
in egypto. dicētes. recede a nob̄ vt ꝛuia
mus egyptijs? Multo eī meli⁹ erat ser
uire eis: q̄ꝫ mori ī solitudīe. Et ait moy
ses ad ꝓpl̄m: Nolite timere state ⁊ vide
te magnalia dn̄i q̄ factur⁹ ē hodie. Egy-
ptios enī quos nūc videt̄. neq̄q̄ꝫ vltra
videbit̄ vsq; in sempit̄nū. Dn̄s pugna
bit pro vobis: ⁊ vos tacebitis. Dixitq;
dn̄s ad moysen: Quid clamas ad me?
Loq̄re filijs israel vt ꝓficiscant̄. Tu aūt
eleua v̄gā tuā ⁊ extende manū tuā sup̄
mare ⁊ diuide illd̄: vt gradiātur filij is-
rael ī medio mari ꝑ siccū. Ego āt īdura
bo cor egyptioꝝ vt ꝑsequātur vos: ⁊ glo
rificabor in pharaōe ⁊ ī oī exercitu ei⁹ et
in curribꝫ ⁊ in equitibꝫ illius. Et scient
egyptij q̄r ego sū dn̄s. cū glorificat⁹ fue-
ro ī pharaōe: ⁊ ī curribꝫ atq; in eq̄tibꝫ ei⁹
Tollensq; se angelus dn̄i q̄ p̄cedebat ca
stra isrl̄: abijt post eos: ⁊ cū eo parit̄ colū
na nub̄ p̄ora dimittēs. post tergū stetit
int̄ castra egyptioꝝ ⁊ castra isrl̄. Et erat
nubes tenebrosa ⁊ illūinās noctē: ita vt
ad se inuicē toto noctis tp̄e accedere nō
valerēt. Cūq; extēdissꝫ moyses manuꝫ
sup̄ mare. abstulit illud dn̄s: flāte vēto
vehemēti ⁊ vrēte tota nocte ⁊ vertit ī sic
cū. Diuisaq; ē aq̄: ⁊ īgressi sūt filij isrl̄ ꝑ
mediū sicci maris. Erat enī aq̄ q̄si mur⁹
a dextera eoꝝ ⁊ leua. Persequentesq; e-
gyptij ingressi sunt post eos: ⁊ oīs eq̄ta-
tus pharaōis. curr⁹ ei⁹ ⁊ eq̄tes ꝑ mediū
mar̄. Jāq; aduenerat vigilia matutīa:
⁊ ecce respiciēs dn̄s sup̄ castra egyptioꝝ
ꝑ colūnā ignis ⁊ nubis: int̄fecit exercitū
eoꝝ. ⁊ subūtit rotas curruū. ferebāturq;
ī ꝓfundū. Dixerūt g̊ egyptij: Fugiam⁹
israelē. dn̄s enī pugnat ꝓ eis ꝯ nos. Et
ait dn̄s ad moysen. Extende manū tuā
sup̄ mare: vt reūtant̄ aque ad egyptios
sup̄ curr⁹ ⁊ eq̄tes eoꝝ. Cūq; extendisset
moyses manū ꝯ mare. reūsuꝫ ē p̄mo di
luculo ad p̄orē locū. Fugiētibusq; egy-
ptijs occurrerūt aq̄: ⁊ īuoluit eos dn̄s ī
medijs fluctibꝫ. Reūseq; sunt aq̄: ⁊ ope-
ruert̄ curr⁹ ⁊ eq̄tes cūcti exercit⁹ phara-
onis. q̄ seq̄ntes īgressi fuerāt mare: nec
vn⁹ q̄dē sup̄fuit ex eis: Filij aūt isrl̄ ꝑre
xerūt ꝑ mediū sicci maris: ⁊ aq̄ eis erant
q̄si ꝓ muro a dextris ⁊ a sinistris. Libera
uitq; dn̄s in die illo israel de manu egy-
ptioꝝ: ⁊ viderūt egyptios mortuos sup̄
litus mar̄. ⁊ manū magnā quā exercue
rat dn̄s ꝯ eos. Timuitq; ꝓpl̄s dn̄ꝫ. ⁊ cre
diderunt dn̄o. ⁊ moysi ꝛuo eius XV

Tunc cecinit moyses ⁊ filij isra-
el. carmē h̄ dn̄o. ⁊ dixerūt: Can
tem⁹ dn̄o Gloriose. n. magnifi-
cat⁹ est: equū ⁊ ascensorē deiecit ī mare:
Fortitudo mea ⁊ laus mea dn̄s: ⁊ fact⁹
ē mihi ī salutē. Iste de⁹ me⁹ ⁊ glorifica-
bo eū: de⁹ p̄tis mei: ⁊ exaltabo eū. Dn̄s q̄
si vir pugnator: oīpotēs nomē ei⁹: curr⁹
pharaonis ⁊ exercitū eius ꝓiecit ī mare
Electi p̄ncipes ei⁹ submersi sunt ī mari
rubro: abyssi op̄uerūt eos: d̄scendert̄ in
ꝓfundū q̄si lapis. Dextera tua dn̄e ma-
gnificata est in fortitudine: dextera tua
dn̄e ꝑcussit īimicū: ⁊ ī m̄ltitudīe glorie
tue deposuisti adūsarios meos. Misisti
irā tuā q̄ deuorauit eos sicut stipulā: ⁊ ī
spū furoris tui ꝯgregati sunt aq̄. Ste-
tit vnda fluēs: ꝯgregati sunt abyssi ī me
dio mari. Dixit īimic⁹: Persequar ⁊ cō
prehendam: diuidaꝫ spolia: implebitur
anima mea. Euaginabo gladiū meū: in
terficiet eos manus mea. Flauit spūs
tuus ⁊ op̄uit eos mare: submersi sunt
q̄si plūbū ī aquis vehemētibꝫ. Quis si-

mil' tui in fortibus dñe: Quis sil'is tui
magnific' in sctitate: terribil' atz lauda-
bil'. ⁊ faciēs mirabilia: Extēdisti manuz
tuā: ⁊ d̄uorauit eos t̄ra. Dux fuisti ī mi
sericordia tua: ppl'o quem redemisti. Et
portasti eū in fortitudine tua: ad hītacu
lū sanctū tuum. Ascenderūt ppl'i ⁊ irati
sunt dolores obtinuerūt hītatores phi
listijz. Tūc ɔturbati sunt p̄ncipes edom
robustos moab obtinuit tremor: obri-
guerūt oēs hītatores chanaan. Irruat
sup eos formido ⁊ pauor in magnitudi
ne brachij tui. Fiāt īmobiles q̄si lapis.
donec ptrāseat ppl's tuus dñe: donec per
trāseat ppl's tuus iste quē possedisti. In
troduces eos. ⁊ plātab' in mōte hereditatis
tue firmissimo hītaculo tuo quod
operatus es dñe: Sctūariū tuum dñe:
quod firmauerunt manus tue. Domi-
nus regnabit in et'nū: ⁊ vltra. ingressus
est eī eques pharao cuz curribꝫ ⁊ eq̄tibꝫ
eius in mare: ⁊ reduxit sup eos dñs aq̄s
mar'. Filij aūt isrl' ambulauerūt p siccū
in medio eius. Sūpsit g̊ maria ꝓphetis
sa. soror aar ontympanū in manu sua
egresseq̄z sunt oēs ml'ieres post eaz cum
tympanis ⁊ choris. q̄bꝫ p̄cinebat dicens
Cantemus dño. Gl'iose enī magnifica-
tus est. equū ⁊ ascēsorē deiecit in mare.
Tulit āt moyses isrl' de mari rubro: ⁊ e-
gressi sunt in desr̄tū sur. Ambulauer̄tq̄z
tribꝫ diebꝫ p solitudinē: ⁊ nō īueniebāt
aquā. Et venerūt ī marath: nec poterāt
bibere aq̄s de marath: eo q̄ eēnt amare.
Vñ ⁊ ɔgruū loco nomē imposuit: vocās
illū marath. i. amaritudinem. Et mur-
murauit ppl's ɔ̄ moysen dicens: Quid
bibem': At ille clamauit ad dñm: q̄ oñ-
dit ei lignū: qd̄ cū misissz ī aq̄s ī dulcedi
nē v̄se sunt. Ibi ɔstituit ei p̄cepta atq̄z
iudicia ⁊ ibi tēptauit eū dicens: Si au
dieris vocē dñi dei tui. ⁊ qd̄ rectū est co-
rā eo feceris. ⁊ obedieris mādatis eius.
custodierisq̄z oīa p̄cepta illi': cūctū lāg-
uorē quē posui ī egypto nō inducā sup
te. Ego eī dñs sanator tuus. Venerunt
āt ī heliz filij isrl': vbi erāt. xij. fontes aq̄-
rū ⁊ septuaginta palme: ⁊ castrametati
sunt iuxta aquas.

XVI

Profectiq̄z de heliz venit oīs ml'-
titudo filioꝝ isrl' in desr̄tum sin.
qd̄ est inter helim ⁊ sinai: quīta-
decima die mensis secundi. postq̄z egres-
si sunt de terra egypti. Et murmurauit
oīs cōgregatio filioꝝ israel ɔ̄ moysen et
aaron in solitudine. Dixerūtq̄z filij isra
el ad eos. Vtinā mortui essemus p ma
num dñi in terra egypti. quādo sedeba
mus sup ollas carniū. ⁊ comedebamus
panē in saturitate. Cur induxistis nos
in desr̄tū istd̄ vt occideretis oēm multi-
tudinē fame: Dixit aūt dñs ad moysen
Ecce ego pluā vob' panes de celo. Egre
diat' ppl'us ⁊ colligat q̄ sufficiūt p singu-
los dies: vt tēptem eū. vtꝝ ambulet in
lege mea. an nō. Die autē sexto parēt q̄
inferāt. ⁊ sit duplū q̄z colligere solebant
p singulos dies. Dixeruntq̄z moyses ⁊
aarō ad oēs filios israel: Vespe sciet' q̄
dñs eduxerit vos de terra egypti. ⁊ ma-
ne videbitis gloriā dñi. Audiui eī mur
mur vr̄m ɔ̄ dñm. Nos v̄o q̄d sumus. qꝛ
musitast' ɔ̄ nos: Et ait moyses: Dabit
vobis dñs vespere carnes edere. ⁊ mane
panes in saturitate: eo q̄ audierit mur-
murationes vestras quibꝫ murmurati
estis ɔtra eū. Nos enī quid sum': Nec
cōtra nos est murmur vestrū: sed cōtra
dominū. Dixit quoq̄z moyses ad aaron
Dic vniu̇se congregationi filioꝝ israel.
Accedite coram dño: Audiuit enī mur-
mur vr̄m. Cūq̄z loq̄ret' aaron ad omnē
cetū filioꝝ isrl': respexer̄t ad solitudinē. ⁊
ecce gl'ia dñi apparuit ī nube. Locutus ē
aūt dñs ad moysen dicēs. Audiui mur-
muratōes filioꝝ israel. Loquere ad eos
Vespe comedetis carnes. ⁊ mane satura
bimini panibꝫ. scietisq̄z q̄ ego sum dñs
deus vester. Factū est ergo vespe ⁊ ascen
dēs coturnix cooperuit castra. mane q̄z
ros iacuit p circūitū castroꝝ. cūq̄z opuis
set supficiem t̄re: apparuit in solitudine
minutū ⁊ q̄si pilo tusuz ī sil'itudinē pru
ine sup t̄rā. Qd̄ cū vidissent filij isrl' dix
erūt ad inuicem: Mānhu: Qd̄ significat
quid est h̄: Ignorabāt eī q̄d esset. Qui

bus ait moyses. Iste est panis quē dñs dedit vobis ad vescendū. Hic est sermo quez pcepit vobis dñs. Colligat vnusq̄sq̄z ex eo q̄ntū sufficit ad vescendū: gomor p singula capita. Iuxta nūerū aiarum vrar q̄ habitāt in tabernaculo. sic tollet. Feceruntq̄z ita filij isrl. et collegerūt alius plus. alius minus. et mēsi sūt ad mēsuram gomor: Nec qui plus collegerat habuit ampliusi: Nec qui minus paraverat reperit minus. sed singuli iuxta id qđ edere poterant congregauerunt. Dixitq̄z moyses ad eos: Nullus relinq̄t ex eo in mane. Qui non audierūt eū. sz dimiserūt quidā ex eis vsq̄z mane. et scatere cepit vermib atq̄z cōputruit. Et iratus est sup eos moyses. Colligebāt autez mane singuli quātū sufficere poterat ad vescendū. Cūq̄z incaluisset sol: liq̄fiebat In die aūt sexta collegerūt cibos duplices. i. duo gomor p singulos hoies. Venerunt aūt oēs pncipes multitudinis et narrauerūt moysi. Qui ait eis: Hoc ē qđ locut⁹ est dñs: Requies sabbati sctificata est dño. Eras qđcunq̄z operandū est. facite: et que coquēda sūt coquite. Quicq̄d autē reliquū fuerit. reponite vsq̄z in mane. Fecerūtq̄z ita vt pcepat moyses. et nō cōputruit: neq̄z vermis inuētus ē in eo. Dixitq̄z moyses: Comedite illud hodie: q⁹ sabbatū ē dño: nō inuenietur hodie in agro. Sex diebz colligite: i die autē septimo sabbatū ē dño: idcirco nō inueniet. Venitq̄z septima dies: et egressi de pplo vt colligerēt nō inuenerūt. Dixit autē dñs ad moysen: Vsquequ nō vultis custodire mādata mea et legē meaz: Videte q⁹ dñs dederit vob sabbatum: et pp hoc die sexta tribuit vob cibos duplices. Maneat vnusq̄sq̄z apd semetipm et nullus egrediat de loco suo die septimo. Et sabbatizabit pplus die septimo. Appellauitq̄z domus isrl nomē ei⁹ man qđ erat q̄si semē coriādri albū: gustusq̄z eius quasi simile cum melle. Dixit aūt moyses: Iste est sermo quem precepit dominus. Imple gomor ex eo et custodiat in futuras retro generationes vt nouerint panem: quo aluiros in solitudine: quādo educti estis de terra egypti Dixitq̄z moyses ad aaron: Sume vas vnū et mitte ibi man. quātū pōt capere gomor et repone coram dño ad seruādum in generationes vras. sic precepat dñs moysi. Posuitq̄z illud aaron in tabernaculo' reseruandū. Filij aūt israel comederūt man q̄draginta annis: donec venirēt in terrā habitabilez. Hoc cibo aliti sunt vsq̄z quo tangerent fines terre chanaan Gomor aūt decima ps est ephi. XVII

Igitur pfecta omnis multitudo filioz israel de deserto sin per mansiones suas iuxta sermonē domini: castrametati sunt in raphidim vbi non erat aqua ad bibendū populo. Qui iurgatus contra moysen ait: Da nobis aquam vt bibam⁹. Quibus rñdit moyses: Quid iurgamini mecum me: Cur tēptat⁹ dñz. Sitiuit q̄ ibi pplus p aque penuria. et murmurauit cōtra moysen dicēs: Cur fecisti nos exire de egypto: vt occidēs nos et libos nros ac iumēta siti Clamauit aūt moyses ad dñm dicens: Quid faciā pplo huic: Adhuc paululū et lapidabit me. Et ait dñs ad moysen: accede pplz. et sume tecū de senioribz isrl et virgā q̄ percussisti fluuiū. tolle in manu tua et vade. En ego stabo ibi coram te sup petram oreb. percutiesq̄z petrā. et exibit ex ea aq̄ vt bibat pplus. Fecit moyses ita coram senioribz isrl. Et vocauit nomē loci illi⁹. tēptatio. pp iurgiū filioz isrl. et q⁹ tēptauerūt dñz. dicētes: Est ne de⁹ in nob an non: Venit autē amalech et pugnabat cōtra filios israel in raphidim: Dixitq̄z moyses ad iosue. Elige viros. et egressus pugna cōtra amalech cras: Ego stabo in vertice collis: hns virgā dei i manu mea. Fecit iosue vt locut⁹ erat moyses et pugnauit cōtra amalech. Moyses autē et aaron et hur. ascēderūt sup vticē collis. Cūq̄z leuaret moyses manus. vincebat isrl. Sin aūt paululū remisisset. superabat amalech. Manus aūt moysi erant graues. Sumētes igit lapidē posuerūt subter eū in quo sedit. Aaron aūt et hur

sustentabant manus eius ex vtraq; pte
Et factū est vt man⁹ illius nō lassarent
vsq; ad occasum solis. Fugauitq; iosue
amalech ⁊ ppl'm eius in ore gladij. Di-
xit āt dñs ad moysen: Scribe h̄ ob mo-
nimētum in libro. ⁊ trade auribꝫ iosue.
Delebo. n. memoriā amalech sub celo.
Edificauitq; moyses altare. ⁊ vocauit
nomē eius. dñs exaltatio mea. dicens:
Quia manus solius dñi ⁊ bellū dei erit
cōtra amalech: a gñatiōe in gñationē.

c Cunq; audisset ietro XVIII
sacerdos madiā. cognat⁹ moysi
oīa q̄ fecerat dñs moysi et isrl'
ppl'o suo: ⁊ q̄ eduxissꝫ dñs isrl' de egypto
tulit sephorā vxorē moysi quam remise
rat ⁊ duos filios eius: q̄ꝝ vnus vocabat
gersan dicente pr̄e: aduena fui in terra
aliena. alt' v̄o elyeçer. deus enī ait pr̄is
mei adiutor meus: ⁊ eruit me de gladio
pharaōis. Venit g̊ ietro cognatus moy
si ⁊ filij eius ⁊ vxor ei⁹ ad moysen in des
tum. vbi erat castrametatus iuxta mō
tem dei. ⁊ madanuit moysi dicens: Ego
ietro cognatus tuus venio ad te: Et vx
or tua. et duo filij tui cum ea. Qui e-
gressus in occursum cognati sui adora-
uit: ⁊ osculat⁹ est eū. Salutauerūtq; se
mutuo verbis pacificis. Cūq; intrasset
tabnaculū: narrauit moyses cog̃to suo
cūcta q̄ fecerat dñs pharaōi ⁊ egyptijs
ppt' isrl': vniūsumq; laborē qui accidisset
eis in itinere: ⁊ q̄ liberauerat eos dñs.
Letatusq; est ietro sup̄ oībꝫ bonis q̄ fece
rat dñs israeli eo q̄ eruisset eū d̄ manu
egyptioꝝ. Et ait: Bñdictus dñs qui li-
berauit vos de manu egyptioꝝ ⁊ de ma-
nu pharaonis. q̄ eruit ppl'm suū de ma-
nu egypti. Nūc cognoui qꝛ magn⁹ dñs
sup̄ oēs deos: eo q̄ sup̄be egerint ꝯ eos.
Obtulit g̊ ietro cognatus moysi holo-
causta ⁊ hostias domino. Venerūtq; aa
ron ⁊ oēs seniores filioꝝ isrl' vt comede
rēt panē cū eo corā dño. Altera aūt die
sedit moyses vt iudicaret ppl'm: q̄ assi-
stebat moysi a mane vsq; ad vesperam.
Qd̄ cū vidissꝫ cognat⁹ eius oīa. s. q̄ age
bat in ppl'o. ait: Quid est qd̄ facis in ple
be? Cur solus sedes: ⁊ oīs populus p̄sto
lat' de mane vsq; ad vesp̄am? Cui rn̄dit
moyses: Venit ad me ppl'us querēs sen
tētiā dei. Cūq; acciderit eis aliq̄ discep-
tatio veniūt ad me vt iudicē int' eos et
oñdam precepta dei ⁊ leges eius. At il-
le. Nō bonā inquit rem facis. Stulto la
bore ꝯsumeris: ⁊ tu ⁊ ppl'us iste qui tecū
est. Vltra vires tuas est negociū. So-
lus illud nō poteris sustinere: sed audi
v̄ba mea atꝫ ꝯsilia: ⁊ erit dñs tecū. Esto
tu ppl'o in his que ad deū p̄tinēt vt refe
ras q̄ dicuntur ad eū: oñdasq; ppl'o ceri-
monias ⁊ ritū colēdi: viāq; p̄ quā ingre
di debeāt: ⁊ opus qd̄ facere debeāt. Pro
uide aūt de oī plebe viros sapiētes ⁊ ti-
mētes deū in q̄bꝫ sit v̄itas. ⁊ qui oderit
auariciā. ⁊ ꝯstitue ex eis tribunos ⁊ cen
turiones. ⁊ quinq̄genarios. ⁊ decanos:
qui iudicēt ppl'm oī tp̄e. Quicq̄d autez
mai⁹ fuerit referāt ad te. ⁊ ip̄i minora tā
tūmodo iudicēt leuiusq; sit tibi. p̄tito ī
alios onere. Si h̄ feceris impleb̄ imp̄i-
um dñi: ⁊ p̄cepta eius poteris sustētare:
⁊ oīs hic ppl's reūtet' ad loca sua cū pace
Quibꝫ auditis moyses fec̄ oīa que ille
suggesserat. Et electis viris strenuis de
cūcto isrl'. cōstituit eos p̄ncipes ppl'i. tri-
bunos. ⁊ cēturiōes. ⁊ quinq̄genarios. ⁊
decanos. qui iudicarēt plebē dñi oī tp̄e
Quicq̄d aūt g̃uius erat referebāt ad eū
faciliora tm̄mō iudicātes. Dimisitq; co
gnatū suū qui reūsus abijt in t̄rā suam

Mense tertio egressiōis XIX
isrl' de t̄ra egypti: in die hac ve-
nert in solitudinē sinai. Nā p̄fe
cti de raphidī ⁊ p̄ueniētes vsq; ī desertū si
nai castrametati sut ī eod̄ loco: ibiq; isrl'
fixit tētoria e regiōe mōt'. Moyses aūt
ascēdit in mōtē ad deū. Vocauitq; eum
dñs de mōte. ⁊ ait: Hec dices domui ia
cob. ⁊ annūciabis filijs isrl'. Vosipsi vi-
distis q̄ fecerī egyptijs: qūo portauerim
vos sup̄ alas aquilarū: ⁊ assumpseriꝫ mi
hi. Si g̊ audieritis vocē meā ⁊ custodie
ritis pactū meū. eritis mihi in peculiū
de cūctis populis. Mea est enim oīs ter
ra. ⁊ vos eritis mihi in regnū sac̄dotale

⁊ gens ſancta. Hec ſunt verba que loq̃/
tris ad filios iſrael. Venit moyſes:⁊ cõ/
uocatis maioribꝫ natu populi expoſuit
omnes ſmones q̃s mandauerat dñs.
Rñditq̃ omnis ꝑplus ſimul: Cũcta q̃
locut⁹ eſt dñs. faciem⁹ :Cũq̃ retuliſſet
moyſes verba populi ad dñm. ait ei dñs
Jam nũc veniã ad te in caligine nubis:
vt audiat me ꝑplus loquẽtem ad te. et
credat tibi in ꝑpetuũ. Nũciauit ḡ moy/
ſes verba populi ad dñm. Qui dixit ei:
Vade ad populũ:⁊ ſanctifica illoſ hodie
⁊ cras. lauentq̃ veſtimẽta ſua:⁊ ſint pa/
rati in diẽ tertiũ. In die ei tertio deſcẽ/
det dñs coã omni plebe ſup mõtẽ ſinai
Cõſtitueſq̃ termios populo ꝑ circũitũ
⁊ dices ad eos: Cauete ne aſcendatis in
mõtem: nec tãgatis fines illius. Oĩs q̃
tetigerit mõtem. morte morieť. Manꝰ
nõ tãgent eũ ſed lapidibꝫ oppꝛimeť. aut
cõfodieť iaculo. Siue iumẽtũ fuerit ſi/
ue hõ. nõ viuet. Cũ cepit clãgere bucci
na. tũc aſcẽdant in mõtem. Deſcẽditq̃
moyſes de monte ad ꝑplm:⁊ ſctificauit
eũ. Cunq̃ lauiſſent veſtimẽta ſua: ait ad
eos: Eſtote parati in diẽ tertiũ:⁊ ne ap/
ꝓpinq̃tis vxoribꝫ vr̃is. Jãq̃ aduene/
rat tertiꝰ dies ⁊ mane inclaruerat :⁊ ec/
ce cepẽrt audiri tonitrua. ac micare ful/
gura:⁊ nubes dẽſiſſima opire montem.
Clãgorq̃ buccine vehemẽtius ꝑſtrepa/
bat.⁊ timuit ꝑplꝰ qui erat in caſtr̃. Cũ/
q̃ educiſſet eoſ moyſes in occurſum dei
de loco caſtroꝝ. ſteterẽt ad radices mõt̃:
Totus aũt mõs ſinai fumabat. eo q̃ de
ſcẽdiſſet dñs ſup eũ in igne:⁊ aſcende/
ret fum⁹ ex eo q̃ſi de fornace. Eratq̃ oĩs
mons terribilis:⁊ ſonitus buccine pau
latim creſcebat in maius:⁊ plixius ten
debať. Moyſes loq̃bať:⁊ dñs rñdebat
ei. Deſcenditq̃ dñs ſup montẽ ſinai in
ipſo montis vertice:⁊ vocauit moyſen in
cacumẽ eius. Quo cũ aſcendiſſet. dixit
ad eum: Deſcende⁊ cõteſtare ꝑplm: ne
forte velit trãſcendere terminos ad vi/
dẽdũ dñm:⁊ peat ex eis plurima multi
tudo. Sacerdoteſq̃ qui accedũt ad do
minũ ſctificent ne ꝑcutiat eos. Dixitq̃
moyſes ad dñm. Nõ poterit vulgꝰ aſcẽ/
dere in montem ſinai. Tu enĩ teſtifica/
tus es.⁊ iuſſiſti dicẽs: Pone terminos
circa montem:⁊ ſanctifica illuꝫ. Cui ait
dominus: Vade deſcende: aſcẽdeſq̃ tu
⁊ aaron tecum. Sacerdoteſ aũt⁊ popu
lus nõ trãſeant terminos: nec aſcẽdant
ad dominũ: ne forte interficiet illos. De/
ſcenditq̃ moyſes ad populum:⁊ omnia
narrauit eis.

XX

Locutuſq̃ eſt dñs cunctos ſer/
mones hos. Ego ſuꝫ dñs deus
tuus. qui eduxi te de terra egy/
pti: de domo ſeruitutis. Nõ habebis de/
os alienos coã me. Nõ facieſ tibi ſculp
tile: neq̃ oĩm ſimilitudinẽ q̃ eſt in celo
deſup:⁊ que in terra deorſum: nec eorũ
que ſunt in aquis ſub terra. Nõ adorab
ea neq̃ coles. Ego ſum dñs deus tuus
fortis ẓelotes viſitãs iniquitatẽ patrũ
in filios. in tertiã⁊ q̃rtam generationez
eoꝝ qui oderunt me:⁊ faciẽs miſericordi
am in milia. his qui diligũt me⁊ cuſto
diũt ꝑcepta mea. Non aſſumes nomen
dñi dei tui in vanũ. Nec enim hẽbit in/
ſontẽ dñs eũ: qui aſſumpſerit nomẽ do
mini dei ſui fruſtra. Memẽto vt diẽ ſab/
bati ſanctifices. Sex diebꝫ operaberis: et
facies oĩa opa tua. Septimo autez die
ſabbatũ domini dei tui eſt. Nõ facies oẽ
opus in eo: tu⁊ filius tuus⁊ filia tua fi/
uus tu⁹⁹ ancilla tua: iumẽtũ tuũ⁊ ad/
uena: qui eſt intra portas tuas. Sex enĩ
diebꝫ fecit deus celũ⁊ terrã⁊ mare⁊ oĩa
que in eis ſunt.⁊ requeuit ĩ die ſeptimo.
Idcirco bñdirit dñs diei ſabbati.⁊ ſan
ctificauit eũ. Honora patrẽ tuũ⁊ mtez
tuã: vt ſis lõgeuus ſup terrã quaz dñs
deus tuus dabit tibi. Nõ occides. Non
mechaberis. Non furtum facies. Non
loquaris contra ꝓximũ tuum falſum
teſtimonium. Non concupiſces domũ
ꝓximi tui. Nec deſiderabis vxorez ei⁹⁹:
non ſeruum. non ancillam. non bouem
non aſinum. nec omnia que illius ſunt
Cunctus autem populus videbat vo/
ces⁊ lampades⁊ ſonitum buccine. mõ
temq̃ fumantez:⁊ perterriti ac pauoꝛe

concussi:steterūt procul. dicētes moy
si. Loq̄re tu nobis ⁊ audiem⁹. Non loq̄/
tur nobis dñs:ne forte moriam̄. Et ait
moyses ad pp̄lm. Nolite timere. Ut ei
pbaret vos venit deus.⁊ vt terror illius
esset in vobis:⁊ nō peccaretis. Stetitq̄
pp̄ls de longe:moyses aūt accessit ad ca/
liginez in q̄ erat deus. Dixitq̄ preterea
dñs ad moysen: Hec dices filijs israel:
Vos vidistis q̄ de celo locut⁹ sim vob̄
Nō facietis deos argēteos:nec deos au
reos facietis vobis. Altare d̄ terra facie
tis mihi ⁊ offeretis sup eo holocausta ⁊
pacifica vra. oues vras ⁊ boues in omni
loco in quo memoria fuerit nois mei.
Veniā ad te ⁊ benedicā tibi. Q̄ si altare
lapideū feceris mihi: nō edificabis illō
de sectis lapidib⁹. Si enī leuaueris cul
trū sup eo. polluet. Non ascendes p gra
dus ad altare meū:ne reuelet turpitu/
do tua

XXI

Hec sunt iudicia que ꝓpones eis
Si emeris seruū hebreū. sex an
nis seruiet tibi:in septimo egre
diet liber gr̄tis. Cum q̄li veste intrauerit
cum tali ereat. Si habens vroē:⁊ vroz
egrediet simul. Si naūt dñs dederit il/
li vroē.⁊ pepit filios ⁊ filias:mulier ⁊ li
beri eius erūt dñi sui:ipse vero exibit cū
vestitu suo. Q̄ si dixerit seruus: diligo
dñm meū ⁊ vroē ac liberos. nō egredi/
ar liber:offerat eū dñs dijs ⁊ applicabit
ad ostiū ⁊ postes:pforabitq̄ aurē ei⁹ su/
bula.⁊ erit ei ꝑuus in seculū. Si quis
vendiderit filiā suā in famulā.non egre
diet sicut ancille exire ꝯsueuerunt. Si
displicuerit oculis dñi sui cui tradita
fuerit dimittet eā:populo aūt alienovē
dendi nō habebit potestatē. si spreuerit
eā. Si aūt filio suo d̄sponderit eā:iurta
morē filiaꝝ faciet illi. Q̄ si alterā ei ac/
ceperit prouidebit puelle nuptias ⁊ ve/
stimēta:⁊ preciū pudicitie non negabit
Si tria ista non fecerit:egredietꝫ gratis
absq̄ pecunia. Qui percusserit hoīem vo/
lens occidere. morte moriat. Qui autē
non est insidiatus. sed de⁹ illuz tradidit
in manus ei⁹. ꝯstituā tibi locuz in q̄ fu/
gere debeat. Si quis p industriā occide
rit proximū suū ⁊ p̄ insidias:ab altari meo
euelles eū vt moriat. Qui percusserit pa
trē suū aut mātem:morte moriat. Qui
maledixerit pri suo vel mri. morte mo/
riat. Qui furatus fuerit hoīem ⁊ vendi
derit eū:quictus nore. morte moriatur
Si rixati fuerint viri ⁊ percusserit alter
proximū suū lapide vel pugno. ⁊ ille mor
tuus nō fuerit sed iacuerit in lectulo:si
surrexerit ⁊ ambulauerit foris sup ba/
culū suū. innocēs erit qui percusserit: ita
tm̄ vt opas eius ⁊ impēsas in medicos
restituat. Qui percusserit ꝑuū suū vel an/
cillā vga:⁊ mortui fuerit in manib⁹ ei⁹
crimis reus erit. Si autem vno die vel
duob⁹ supuixerit. nō subiacebit pene:qz
pecunia illi⁹ est. Si rixati fuerint viri ⁊
percusserit q̄s mulierē pegnātē ⁊ aborti/
uū q̄dē fecerit:sed ipa vixerit:subiacebit
dāno q̄ntuz marit⁹ mulieris exp̄terit
⁊ arbitri iudicauerint. Si aūt mors ei⁹
fuerit subsecuta:reddet aīaz p aīa. ocu/
lū p oculo. dentē p dēte. manū pro ma/
nu. pedē pro pede. adustiōez p adustiōe
vulnus p vulnere. liuorē p liuore. Si
percusserit quispiā oculū ꝑui sui aut ācil/
le⁊ luscos eos fecerit:dimittet eos libe
ros p oculo quē eruit. Dentem q̄z si er
cusserit ꝑuo vel ancille sue :simliter di/
mittet eos liberos. Si bos cornu pcus/
serit vir̄ aut mulierē ⁊ mortui fuerint.
lapidib⁹ obruet⁹ ⁊ nō comedent carnes
eius:dñs q̄z bouis innocens erit. Q̄ si
bos cornupeta fuerit ab hēri et nudiu/
stertius.⁊ ꝓtestati sunt dominum eius
nec recluserit eū. occideritq̄ virum aut
mulierem.⁊ bos lapidibus obruetur.⁊
dominū eius occidet. Q̄ si preciū fue/
rit ei ip̄sitū. dabit p aīa sua q̄cq̄d fuerit
postulat⁹. Filiū q̄z ⁊ filiā si cornu pcusse
rit simili sne subiacebit. Si ꝑuū ancil/
lāq̄ inuaserit:triginta siclos argenti do
mino dabit:bos lapidib⁹ opprimet.
Si quis apuerit cisternam ⁊ foderit.⁊
nō opuerit eam. ceciderit q̄ bos aut asi/
nus in eam:reddet dñs cisterne preciū
iumēto⁹:qō aūt mortuū est ipsius erit

Si bos alienus bouem alterius vulnerauerit & ille mortuus fuerit: vēdent bouē viuū & diuident pciū: cadauer aūt mortui inter se dispartiēt. Si autē sciebat q̄ bos cornupeta esset: ab hēri & nudi ustertius. & non custodiuit eum dñs suus reddet bouem pro boue et cadauer integrum accipiet. XXII

Si quis furatus fuerit bouē aut ouem. & occiderit vel vēdiderit quinq̄ boues pro uno boue restituet. & q̄tuor oues pro una oue. Si effringēs fur domū siue suffodiens fuerit inuentus. & accepto vulnere mortuus fuerit: pcussor non erit reus sanguinis. Q si orto sole hoc fecerit. homicidiū ꝑpetrauit & ipse moriat. Si nō habuerit q̄d pro furto reddat ipse vendūdabit. Si inuētū fuerit apud eū q̄d furatus est viuens siue bos siue asinus siue ouis. dupluz restituet. Si leserit q̄spiā agrum vel vineā & dimiserit iumētum suū vt depascat aliena: quicq̄d optimuz habuerit in agro suo vel in vinea. ꝑ dāni estimatiōe restituet. Si egress' ignis inuenerit spicas & cōprehenderit aceruos frugū siue stantes segetes in agris reddet dānum qui ignē succēderit. Si quis cōmendauerit amico pecuniā aut vas in custodiā. & ab eo qui suscepat furto ablata fuerint: si inuenit fur dupluz reddet. Si latet fur: dñs domus applicabit ad deos. & iurabit q̄ nō extenderit manū in rem primi sui ad ꝑpetrandum fraudē. tam in bouē q̄z in asino & oue ac vestimēto. & quicquid dānū inferre pōt Ad deos vtriusq̄ causa perueniet: & si illi iudicauerint: duplū restituet primo suo. Si quis cōmēdauerit primo suo bouē. asinū. ouē. & omne iumētū ad custodiā. & mortuū fuerit. aut debilitatuz vel captū ab hostib'. nullusq̄ hoc viderit iusiurādum erit in medio q̄ non extenderit manū ad rez primi sui: suscipietq̄ dñs iuramētū & ille reddere non cogēt. Q si furto ablatū fuerit restituet damnū dño. Si comestū a bestia. deferat ad eū q̄d occisum est. & non restituet. Qui a proximo suo quicq̄ hoz mutuo postulauerit: & debilitatū aut mortuū fuerit dño nō ꝑsente reddere cōpellit. Q si in ꝑsentiarū dñs fuerit: nō restituet: mercede opis sui. Si seduxerit q̄s virginē necdū despōsatam. dormieritq̄ cū ea: dotabit eā & habebit eā vxorē. Si pr̄ virginis dare noluerit: reddz pecuniā iuxta modū dotis quā virgines accipe ꝑsueuer̄t. Maleficos nō patieris viuere. Qui coierit cū iumēto. morte moriat. Qui īmolat dijs occidet̄: ꝑter dño soli. Aduenam nō ꝓtristabis: neq̄ affliges eum. Aduene enī & ipsi fuistis in terra egypti. Vidue & pupillo nō nocebitis. Si leseritis eos: vociferabūtur ad me. & ego audiā clamorē eorū & indignabit furor meus: ꝑcutiamq̄ vos gladio. & erunt vxores vestre vidue & filij vestri pupilli. Si pecuniā mutuā dederis populo meo pauperi qui hītat tecū: nō vrgebis eū q̄si exactor: nec vsuris oppr̄imes. Si pignus a ꝓximo tuo accepis vestimētū: ante solis occasum reddes ei. Ipsum enī est solū q̄ opitur īdumentū carnis eius: nec habet aliud in q̄ dormiat. Si clamauerit ad me exaudiā eū. q̄z misericors sum. Dijs nō detrahes & principi ꝑpli tui non maledices. Decimas & primitias tuas nō tardabis offerre. Primogenitū filioz tuoz dabis mihi. De bobus q̄z & ouib' similiter facies Septē diebus sit cū matre sua: die octaua reddes eum mihi. Viri sancti eritis mihi. Carnē q̄ a bestijs fuerit ꝑgustata. nō comedetis: sed ꝑjcietis canibus.

Non suscipies vocem XXIII
mēdacij nec iūges manū tuam vt ꝑ impio dicas falsum testimoniū. Non sequeris turbam ad faciēdum malū: nec in iudicio plurimoz acquiescēs sentētie. vt a vero dūies. Pauperis q̄z nō misereberis in iudicio. Si occurreris bouī inimici tui. aut asino erranti: reduc ad eum. Si videris asinū odientis te iacere sub onere: nō ꝓtrāsib' sed subleuabis cum eo. Nō declinabis in iudiciuz pauperis. Mēdaciū fugies.

Insontem ⁊ iustum non occides: qꝛ ad
uersoꝛ impiuꝫ. Nec accipies munera q̄
etiam excecant prudentes. ⁊ subuertūt
verba iustoꝛū. Peregrino molestus nō
eris. Scitis eī aduenarū aīas: qꝛ ⁊ ipsi
pegrini fuistis in terra egypti. Sex an
nis seminab̄ terrā tuā. ⁊ cōgregabis fru
ges eius. Anno autē septimo dimittes
eam ⁊ requiescere facies: vt comedant
pauperes ꝑpl̄i tui. ⁊ quicq̄d reliquuꝫ fue
rit. edant bestie agri. Ita facies in vinea
⁊ in oliueto tuo. Sex diebꝫ opaber̄: sep
tima die cessabis vt req̄escat bos ⁊ asin⁹
tuus. ⁊ refrigeret̄ filius ancille tue ⁊ ad
uena Omnia que dixi vob̄ custodite: et
per nomen externoꝝ deoꝝ non iurabit̄:
neq̄ audiet̄ ex ore vestro. Tribꝫ vicibꝫ ꝑ
singulos annos mihi festa celebrabitis
Sollennitatem q̄ꝫ açymoꝝ custodies.
Septem diebꝫ comedetis açyma sicut
precepi tibi tpe mēsis nouoꝝ: qñ egres
sus es de egypto. Nō apparebis in ꝯspe
ctu meo vacuus. Et solennitatē mēsis
primitiuoꝝ opis tui quecūq̄ seminaue
ris in agro: solennitatē q̄ꝫ in exitu anni
qñ ꝯgregauer̄ oēs fruges tuas de agro
Ter in āno apparebit omne masculinū
tuū coꝛā dño deo tuo. Non immolabis
sup̄ fermēto sanguinē victime tue: nec
remanebit adeps sollēnitatis mee vsq̄
mane. Primitias frugū terre tue defe
res in domū dñi dei tui. Non coques he
dum ī lacte matris sue. Ecce ego mittā
angelū meū q̄ precedat te ⁊ custodiat in
via et introducat in locū quē p̄paraui.
Obserua eum ⁊ audi vocē eius: nec cō
tēnendū putes: qꝛ nō dimittet cū pecca
ueris. ⁊ ē nomē meū in illo. Q̄ si audie
ris vocē ei⁹. ⁊ feceris oīa que loq̄ꝛ. inimi
cus ero inimicis tuis. ⁊ affligā affligen
tes te. Precedetq̄ te angelus me⁹ ⁊ in
troducet te ad amoꝛreū ⁊ etheū ⁊ phere
çeū chananeūq̄ ⁊ eueū ⁊ iebuseū: quos
ego ꝯteraꝫ. Non adorab̄ deos eoꝝ: neq̄
coles. eos. Nō facies opa eoꝝ: sꝫ d̄strues
eos. ⁊ ꝯfriges statuas eoꝝ. Seruietisq̄
dño deo vestro vt benedicā panibꝫ tuis
⁊ aquis. ⁊ auferaꝫ infirmitatē de medio
tui. Non erit infecunda nec sterilis ter
ra tua. Numerū dierū tuoꝛuꝫ implebo.
Terroꝛem meum mittā in precursum
tuum. ⁊ occidā omnem populū ad quē
ingredieris. Cunctoꝛūq̄ inimicoꝝ tuo
rum coꝛam te terga vertā: emittēs scra
brones prius qui fugabūt eueū ⁊ chana
neū ⁊ etheū anteq̄ꝫ introeas. Non eijci
am eos a facie tua anno vno. ne terra in
solitudinē redigat̄. ⁊ crescant contra te
bestie. Paulatim expellam eos de cōspe
ctu tuo: donec augearis ⁊ possideas ter
ram. Ponā aūt terminos tuos a mari
rubro. vsq̄ ad mare palestinoꝝ. ⁊ a d̄ser
to vsq̄ ad fluuiū. Tradā in manibꝫ ve
stris habitatoꝛes terre. ⁊ eijciam eos de
conspectu vestro. Non inibis cuꝫ eis fe
dus. nec cum dijs eoꝝ. Non habitēt in
terra tua: ne forte peccare te faciāt ī me
si seruieris dijs eoꝛum. quod tibi certe
erit in scandalum. XXIIII

Moysi q̄ꝫ dixit: Ascende ad domi
num tu ⁊ aaron. nadab ⁊ abiu
⁊ septuaginta senes ex israel. et
adoꝛabitis ꝓcul. Solusq̄ moyses ascē
det ad dñm. ⁊ illi nō appropinq̄būt: nec
ꝑpl̄us ascendet cū eo. Clenit ergo moy
ses ⁊ narrauit plebi oīa verba dñi atꝫ iu
dicia. Responditq̄ oīs ꝑpl̄us vna voce:
Oīa verba dñi que locutus est. faciem⁹
Scripsit aūt moyses vniuersos sermo
nes dñi. ⁊ mane ꝯsurgens edificauit al
tare dño ad radices montis ⁊ duodecī
titulos ꝑ duodecim tribꝫ isrl̄. Misitq̄
iuuenes de filijs isrl̄. ⁊ obtulerunt holo
causta. immolauerūtq̄ victimas pacifi
cas dño vitulos duodecim. Tulit itaq̄
moyses dimidiā ꝑtem sanguinis ⁊ mi
sit in crateras. ꝑtem aūt residuaꝫ fudit
super altare. Assumensq̄ volumen fede
ris legit audiente populo. Qui dixerūt
Omnia que locutus est dominus facie
mus. ⁊ erimus obedientes. Ille vero
sumptum sanguineꝫ respersit in popu
lum. Et ait: Hic est sanguis federis q̄d
pepigit dominus vobiscum super cun
ctis sermonibꝫ his. Ascenderūtq̄ moy
ses ⁊ aaron. nadab ⁊ abiu ⁊ septuaginta

de senioribꝫ israel ⁊ viderũt deuꝫ israel. Sub pedibꝫ eius q̃si opus lapidis sapphyrini ⁊ q̃si celũ cũ serenũ est. Necnon sup eos qui procul recesserãt de filijs isrl̃: misit manũ suam. Cliderũtq; deũ ⁊ comederũt ac biberũt. Dixit aũt dñs ad moysen: Ascende ad me in mõtez ⁊ esto ibi: dabꝫq; tibi tabulas lapideas ⁊ legez ac mandata que scripsi. vt doceas filios isrl̃. Surrexerũt moyses ⁊ iosue minister eius: ascenditq; moyses in montẽ dei. senioribꝫ ait: Expectate hic donec reuertamur ad vos. Habetis aarõ ⁊ hur vobiscum: si quid natum fuerit questiõis referetis ad eos. Cũq; ascendisset moyses. operuit nubes mõtem. ⁊ habitauit gl̃ia dñi sup̃ sinai tegens illuꝫ nube sex diebꝫ. Septimo aũt die vocauit eũ dominus de medio caliginis. Erat aũt species glorie dñi quasi ignis ardẽs super verticem mõtis: in ꝓspectu filioꝝ israel. Ingressusq; moyses medium nebule. ascẽdit in montem. ⁊ fuit ibi q̃draginta diebꝫ ⁊ q̃draginta noctibꝫ. XXV

Locutusq; ẽ dñs ad moysen dicens: Loq̃re filijs isrl̃ vt tollãt mihi primitias. Ab omni hoie qui offert vltroneꝰ accipietis eas. Hec sunt aũt q̃ accipere debetis. Aurũ ⁊ argẽtum ⁊ es ⁊ hyacinthũ ⁊ purpurã. coccũq; bis tinctũ ⁊ byssum ⁊ pilos caprarum ⁊ pelles arietũ rubricatas. pelles q; hyacinthinas ⁊ ligna sethim: oleũ ad luminaria cõcinnãda. aromata in vnguentum ⁊ thymiamata boni odoris: lapides onychios ⁊ gẽmas ad ornãdum ephot ⁊ rationale. Faciẽtq; mihi sanctuariũ ⁊ habitabo i medio eoꝝ. iuxta oẽm similitudinẽ tabernaculi qd̃ ostẽdam tibi. ⁊ omniũ vasoꝝ in cultũ eius. Sicq; facietis illud. Arcam de lignis sethim cõpingite: cuiꝰ longitudo habeat duos ⁊ semis cubitos: latitudo cubitũ ⁊ dimidiũ: altitudo cubitũ similiter ac semissem. ⁊ deaurabis eã auro mũdissimo intus ⁊ foris. Facies q; sup̃ coronã aureaz p circuitum. ⁊ quattuor circulos aureos. quos pones per quattuor arce angulos. Duo circuli sint in latere vno ⁊ duo in altero Facies q̃z vectes de lignis sethim. ⁊ operies eos auro: Inducesq; p circulos q̃ sunt in arce lateribꝫ. vt portetur in eis. Qui semp erũt in circulis: nec vnq̃z extrahent̃ ab eis. Ponesq; in arca testificationem quã dabo tibi. Facies ⁊ ꝓpitiatoriũ de auro mũdissimo. Duos cubitos ⁊ dimidiũ tenebit longitudo eius. ⁊ cubitũ ac semissez latitudo. Duos quoq; cherubin aureos ⁊ productiles facies ex vtraq; parte oraculi. Cherub vnus fit i latere vno. ⁊ alter in altero. Extrũq; latus ꝓpitiatorij tegant expandẽtes alas ⁊ opientes oraculũ: respiciantq; se mutuo versis vultibꝫ in ꝓpitiatoriuꝫ q̃ operienda est arca in q̃ pones testimonium. qd̃ dabo tibi. Inde precipiã ⁊ loq̃r ad te sup̃ ꝓpitiatorium. s. ac de medio duorum cherubin qui erunt sup̃ arcã testimonij cuncta q̃ mandabo per te filijs israel. Facies ⁊ mensam de lignis sethim habentem duos cubitos longitudinis ⁊ in latitudine cubitũ ⁊ in altitudine cubituz ac semissem: ⁊ inaurabis eã auro purissimo. Faciesq; illi labiũ aureũ per circuitũ: ⁊ ipsi labio coronã interrasilem altã q̃ttuor digitꝫ. ⁊ super illã alterã coronaz aureolaz. Quattuor q̃z circulos aureos preparabis. ⁊ pones eos in q̃ttuor angulis eiusdem mẽse per singulos pedes Subter coronam erũt circuli aurei vt mittant̃ vectes p eos: ⁊ possit mensa portari. Ipsos q̃z vectes facies de lignis sethim ⁊ circundabis auro ad subuehendã mensaz. parabis ⁊ acetabula ac phialas thuribula ⁊ cyathos in quibꝫ offerẽda sunt libamina ex auro purissimo: et pones supra mensam panes ꝓpositiõis in conspectu meo semper. Facies ⁊ candelabꝝ ductile de auro mũdissimo hastile eius ⁊ calamos. cyphos ⁊ sphæerulas ac lilia ex ipso procedentia. Sex calami egredientur de lateribus. tres ex vno latere: ⁊ tres ex altero. Tres cyphi quasi i nucis modum per calamos singulos: sphæerulaq; simul. ⁊ lilia. ⁊ tres similiter cyphi in stat nucis in calamo altero: sphæ-

rulecꝫ simul ⁊ lilia. Hoc erit op⁹ ser ca/
lamor: qui pducēdi sunt de hastili. In
ipso aūt candelabro erunt quattuor cy/
phi in nucis modū: splæruleqꝫ p singu
los ⁊ lilia. Splærule sō duob⁹ calamis
per tria loca. qui simul ser fiunt ꝓceden
tes de hastili vno. Et splærule igiť ⁊ ca/
lami er ipso: erunt vniuersa ductilia er
auro purissimo. Facies ⁊ lucernas sep/
tem: ⁊ pones eas sup candelabrū vt lu/
ceant er aduerso. Emūctoria ąꝫ ⁊ vbi ea
que emuncta sunt ertinguātur: fiant ō
auro purissimo. Omne pondus cande/
labri cum vniuersis vasis suis habebit
talētū auri purissimi. Inspice ⁊ fac ſm
exemplar qō tibi in mōte mōstratū est.

Tabernaculum vo ita facies. Decez cortinas de byſſo retorta ⁊ hyacintho ac purpura coccoqꝫ bis tincto variatas ope pluma rio facies. Longitudo cortine vniuſ ha bebit vigintiocto cubitos: latitudo ąꝫ tuor cubitor erit. Vnius mēsure fient vniuersa tentoria. Quinqꝫ cortine sibi iūgenť mutuo: ⁊ alie quinqꝫ neru simi/ li coſrerebunt. Ansulas hyacinthinas ī lateribꝫ ac summitatibꝫ facies cortinaꝝ. vt possint inuicem copulari. Quinqge nas ānsulas cortina habebit in vtraqꝫ p/ te. ita insertas. vt ansa otra ansam veni at: ⁊ altera alteri possit aptari. Facies et quinqginta circulos aureos quib⁹ cor/ tinarū vela iungenda sunt vt vnū taber naculū fiat. Facies ⁊ saga cilicina vnde/ cim. ad opiendū tectū tabernaculi. Lon gitudo sagi vni⁹ habebit triginta cubi/ tos ⁊ latitudo ānttuor. Equa erit mēsu/ ra sagor oīm. E quib⁹ quinqꝫ iūges se/ orsuz ⁊ ser sibi mutuo copulabis. ita vt sertū sagū in fronte tecti duplices. Fa/ cies ⁊ quinqginta ansas in ora sagi vni⁹ vt ꝓiungi cū altero queāt. ⁊ quinqgin/ ta ansas in ora sagi alterius vt cum al/ tero copuletur. Facies ⁊ quinquaginta fibulas eneas quibus iūgantur anse: vt vnū er omnib⁹ opimentū fiat. Qō aūt supfuerit in sagis que parātur tecto. i. vnū sagū qō amplius est: er medietate eius opies tabernaculi posteriora. ⁊ cu/ bit⁹ er vna pte pendebit. ⁊ alter ⁊ altera qui plus est in sagor lōgitudie. vtrūqꝫ latus tabernaculi ptegens. Facies ⁊ ope rimētū aliud tecto de pellib⁹ arietuz ru/ bricatis ⁊ sup hoc rursum aliō opimētū de hyacinthinis pellib⁹. Facies et tabu/ las stantes tabernaculi ō lignis sethim que singule denos cubitos in lōgitudi/ ne habeāt. ⁊ in latitudine singulos ac se missez. In lateribꝫ tabule due incastra/ ture fiēt quib⁹ tabula alteri tabule con/ nectať. Atqꝫ in hūc modū cūcte tabule parabūť. Quarū viginti erūt in latere meridiano qō vergit ad austrū: quib⁹ q̄ draginta bases argenteas fundes: vt bi ne bases singulis tabulis p duos angu los subijcianť. In latere ąꝫ secūdo tab/ naculi qō vergit ad aquilonē. viginti ta bule erūt: q̄draginta hūtes bases argē/ teas: bine bases singul' tabulis suppo/ nētur. Ad occidētalē vo plagaꝫ taberna culi facies ser tabulas. ⁊ rursuz alias du as que in angulis eriganť post tergū ta bernaculi. Erūtqꝫ sibi ꝓiuncte a deorsuz vsqꝫ ad sursuz. ⁊ vna oēs cōpago retine bit. Duab⁹ ąꝫ tabulis que in angul' po/ nēde sunt: similis iūctura seruabiť. Et erūt simul tabule octo: bases ear argē/ tee sedecim. duab⁹ basib⁹ p vnā tabulaz supputatis. Facies ⁊ vectes de lignis se/ thim quīqꝫ. ad otinēdas tabulas ī vno latere tabnaculi. ⁊ q̄nqꝫ alios in altero. ⁊ eiusdez numeri ad occidentalē plagaꝫ qui mittenť per medias tabulas a sum mo vsqꝫ ad summuz. Ipas ąꝫ tabulas deaurab. ⁊ fundes in eis annulos aure/ os p q̄s vectes tabulata otineāt. q̄s opi/ es laminis aureis. Et eriges tabnacu/ lū iurta erēplar qō tibi in mōte mōstra/ tū est. Facies ⁊ velū de hyacintho ⁊ pur pura. coccoqꝫ bis tincto ⁊ byſſo retorta opere plumario. ⁊ pulcra varietate con tertum: quod appendes ante quattuor colūnas de lignis sethim que ipse qui/ dem deaurate erunt. ⁊ habebunt capita aurea: ⁊ bases argēteas. Inseretur aūt velum p circulos: intra qō pones arcaꝫ

testimonij:quo ⁊ sanctuariū ⁊ sanctua/
rij sanctuaria diuidētur. Pones ⁊ ꝓpi/
tiatoriū sup arā testimonij ī sancta san/
ctor:mensāmq extra velū.⁊ contra mē
sam cādelabrū in latere tabernaculi me
ridiano. Mensa enī stabit in ꝑte aquilo
nis. Facies ⁊ tentorium in introitu ta/
bernaculi de hyacintho ⁊ purpura cocco
q bis tincto ⁊ byſſo retorta opere plu/
mario.⁊ q̄nq colūnas deaurabis ligno
rū sethim.ante q̄s ducēt tentoriū.qua/
rū erūt capita aurea ⁊ bases enee.

Facies ⁊ altare de lignis sethim qō hēbit q̄nq cu XXVII
bitos in lōgitudine.⁊ totidē in
latitudine.i.q̄drū ⁊ tres cubitos in alti
tudine. Cornua autē ꝑ q̄ttuor angulos
ex ipso erūt.⁊ operies illud ere. Facieſq
in vsus eius lebetes ad suscipiendos ci
neres ⁊ forcipes atq fuscinulas.⁊ igniū
receptacula. Oia vasa ex ere fabricabis
Craticulāq in modū retis eneā:ꝑ cui⁹
q̄ttuor ām̄gulos erūt q̄ttuor ām̄guli enei q̄s
pones subter arulā altaris. Eritq crati
cula vsq ad altaris mediū. Facies ⁊ ve/
ctes altaris de lignis sethī duos q̄s ope
ries laminis eneis ⁊ induces ꝑ circulos
erūtq ex vtroq latere altaris ad portā/
dū. Non solidū sed inane ⁊ cauū intrī/
q̄si vosmetip̄os. Fuistis. n. ⁊ vos adue
ne in t̄ra egypti. Ego dn̄s deus vr̄. No
lite facere iniquū aliq̄d. in iudicio. in re
gula. in pōdere: in mēsura. Statera iu
sta. ⁊ equa sint pondera: iustus modius
equusq; sextari⁹. Ego domin⁹ de⁹ vr̄. q̄
eduxi vos de t̄ra egypti. Custodite om
nia p̄cepta mea ⁊ vniuersa iudicia. ⁊ fa
cite ea. Ego dominus. XX

Locutusq; ē dn̄s ad moysen di
cens: Hec loq̄ris filijs isrl̄. Hō
de filijs isrl̄ ⁊ de aduenis qui hī
tāt in isrl̄: siquis dederit de semine suo
idolo moloch: morte moriat̄. Popul⁹
terre lapidabit eū. ⁊ ego ponā faciē meā
ꝯ illū: succidāq; eū de medio ꝑpli sui: eo
q̄ dederit de semīe suo moloch. ⁊ ꝯtami
nauerit scūariū meū ac polluerit nomē
sanctū meum. Q; si negligens populus
terre ⁊ q̄si ꝑuipēdēs impiū meuz: dimi
serit hoīem qui dedit de semine suo mo
loch nec voluerit eū occidere: ponā faciē
meā sup hoīem illū ⁊ cognatiōem eius
succidāq; ⁊ ip̄m ⁊ oēs qui ꝯsenserūt ei.
vt fornicaret̄ cū moloch de medio ꝑpli
tui. Aīa que declinauerit ad magos et
arilos. ⁊ fornicata fuerit cum eis: ponaz
faciem meā ꝯ eā. ⁊ interficiam illam de
medio populi sui. Sanctificamī ⁊ esto
te scī: qꝛ ⁊ ego scūs suz dn̄s deus vr̄. Cu
stodite p̄cepta mea ⁊ facite ea: Ego dn̄s
q̄ scīfico vos. Qui maledixerit p̄ri suo
aut mr̄i. morte moriat̄. P̄ri mr̄iq; qui
maledixerit: sanguis ei⁹ sit sup euz. Si
mechat⁹ quis fuerit cū vxore alterius
⁊ adulteriū ꝑpetrauerit cū coniuge ꝓxi
mi sui: morte moriat̄ ⁊ mechus ⁊ adul
tera. Qui dormierit cuz nouerca sua. ⁊
reuelauerit ig̊miniā p̄ris sui. morte mo
riant̄ ābo. Sāguis eoꝝ sit sup eos. Si
q̄s dormierit cū nuru sua. vtq; moriat̄
quia scelus opati sunt. Sāguis eoꝝ sit

super eos. Qui dormierit cuꝫ masculo coitu femineo: vterqꝫ opatus est nefas morte moriant̃. Sit sanguis eoꝝ super eos. Qui sup̃ vxorẽ filiã. duxerit matrẽ eius: scelus opat⁹ est. Cliuus ardebit cũ eis: nec ꝑmanebit tm̃ nefas in medio vestri. Qui cum iumento ⁊ pecore coierit morte moriat̃: pecus q̃ꝫ occidite. Mulier q̃ succubuerit cuilibet iumẽto: simul interficiet̃ cum eo. Sanguis eoꝝ sit super eos. Qui accepit sororẽ suã. filiã patris sui vl̃ filiã matris sue. ⁊ viderit turpitudinẽ ei⁹. illaqꝫ ꝯspexerit fratris ignominiã: nefariã rẽ opati sunt. occident̃ in cõspectu ꝑpl̃i. eo ꝙ turpitudinẽ suã mutuo reuelauerint. ⁊ portabũt iniq̃tatem suã: Qui coierit cũ muliere ĩ fluxu mẽstruo. ⁊ reuelauerit turpitudinẽ ei⁹: ipsaqꝫ apuerit fontẽ sanguinis sui: int̃fici ent̃ ambo de medio ꝑpl̃i sui. Turpitudinẽ matertere ⁊ amite tue nõ discoopies Qui h̃ fecerit ignominiã carnis sue nudauit: portabũt ambo iniq̃tatẽ suã. Qui coierit cum vxore patrui vel auũculi sui ⁊ reuelauerit ignominiam cognatiõis sue: portabũt ambo pctm̃ suũ. Absqꝫ liberis morient̃. Qui duxerit vxorẽ fratris sui. rẽ facit illicitã: turpitudinez fratris sui reuelauit. absqꝫ filijs erit. Custodite leges meas atqꝫ iudicia ⁊ facite ea: ne et vos euomat t̃ra quã intraturi est̃ ⁊ habitaturi. Nolite ambulare in legitimis nationũ: q̃s ego expulsur⁹ suꝫ ante vos Oĩa enĩ hec fecerũt. ⁊ abominatus sum eas. Vob̃ aũt loq̃r: Possidete terrã eoꝝ quã dabo vob̃ in hereditatẽ. terrã fluentem lacte ⁊ melle. Ego dñs deus vester: qui separaui vos a ceteris ꝑpl̃is. Separate g̃ ⁊ vos iumẽtũ mundũ ab ĩmũdo. ⁊ auẽ mũdã ab immũda. Ne polluatis animas vestras in pecore ⁊ auibꝫ ⁊ cunctis que mouẽtur in terra. ⁊ que vobis ostendi esse polluta. Eritis sancti mihi: qꝛ sanctus ego sum dñs. ⁊ separaui vos a ceteris ꝑpl̃is vt essetis mei. Vir siue mlr in q̃bꝫ phithonicus vl̃ diuinatiõis fuerit spũs: morte moriant̃. lapidibus obruẽt eos. Sãguis eoꝝ sit sup̃ illos.

XXI

Dixit q̃ꝫ dñs ad moysen loq̃re ad sacerdotes filios aarõ ⁊ dices ad eos: Ne ꝯtaminet̃ sacerdos in mortibꝫ ciuiũ suoꝝ. nisi tm̃ in cõsanguineis ac ꝓpinquis. i. sup̃ pr̃em ⁊ mr̃em ⁊ filiũ ⁊ filiã. fr̃em q̃ꝫ ⁊ sororẽ v̄gi nẽ q̃ nõ est nupta viro. sed nec in p̃ncipe ꝑpl̃i sui cõtaminabit̃. Nec radent caput nec barbã: neqꝫ in carnibꝫ suis faciẽt incisuras. Sc̃i erũt deo suo. ⁊ nõ polluẽt nomẽ eius. Incẽsuꝫ enĩ dñi ⁊ panes dei sui offerũt ⁊ iõ sc̃i erũt. Scortuꝫ ⁊ vile ꝓstibulũ nõ ducet vxorẽ: nec eã que repudiata est a marito. qꝛ ꝯsecratus ẽ deo suo. ⁊ panes ꝓpositionis offert. Sit ergo scũs: qꝛ ⁊ ego scũs sum dñs qui sc̃ifico vos. Sacerdotis filia si dep̃hẽsa fuerit ĩ stupro. ⁊ violauerit nomẽ pr̃is sui: flãmis exuret̃. Pontifex. i. sacerdos maximus int̃ fr̃es. sup̃ cuius caput fusuꝫ ẽ vnctiõis oleũ. ⁊ cui⁹ man⁹ in sacerdotõ cõsec̃te sunt: vestitusqꝫ est sc̃is vestibꝫ: caput suũ nõ discoopiet: vestimẽta nõ sc̃idet. ⁊ ad oẽm mortuũ nõ ingredie t̃ oĩo. Sup̃ pr̃e q̃ꝫ suo ⁊ mr̃e nõ ꝯtaminabit̃: nec egredie t̃ de sanctis ne polluat scũariũ dñi: qꝛ oleũ sc̃ẽ vnctiõis dei sui sup̃ eũ est. Ego dñs. Virginem ducet vxorẽ. Viduã aũt ⁊ repudiatã ⁊ sordidã atꝫ meretricẽ nõ accipiet sꝫ puellaꝫ de ꝑpl̃o suo. ne cõmisceat stirpẽ generis sui vulgo gẽtis sue. qꝛ ego dñs q̃ sc̃ifico eũ. Locutusqꝫ ẽ dñs ad moysen dicẽs: Loq̃re ad aarõ: Hõ de semine tuo ꝑ familias q̃ habuerit maculã. nõ offeret panes deo suo: nec accedet ad ministeriũ eius. Si cecus fuerit. si claudus. si vel paruo vel grandi ⁊ torto naso. si fracto pede. si manu. si gibbus. si lippus. si albuginem habens in oculo. si iugem scabiem. si impetiginẽ in corpe. vel herniosus: oĩs q̃ habuerit maculã de semĩe aarõ sacerdotis non accedet offerre hostias dño. nec panes deo suo. Vescet̃ tñ panibus qui offeruntur in sanctuario. ita dũtaxat. vt intra velũ non ingrediatur: nec accedat ad altare qui maculam habet. et contaminare non debet sanctuarium meum.

Ego dñs qui scīfico eos. Locutus est ꝯ moyses ad aarō ⁊ ad filios ei⁹ ⁊ ad oēm isrl̄: cūcta q̄ sibi fuerāt impata XXII

Locutus q̄z ē dñs ad moysen dicēs: Loq̄re ad aaron ⁊ ad filios ei⁹. vt caueāt ab his q̄ ꝯsecrata sunt filioꝝ isrl̄ ⁊ nō ꝯtaminēt nomē sctīficatoꝝ mihi q̄ ipsi offert̄. Ego domin⁹. Dic ad eos ⁊ ad posteros eorū. Oīs hō qui accesserit de stirpe vr̄a ad ea q̄ ꝯsecrata sunt. ⁊ q̄ obtulerūt filij isrl̄ dño in q̄ est īmūditia: ꝑibit corā dño. Ego suꝫ dominus. Hō de semine aaron qui fuerit leprosus aut patiēs fluxū semīs. non vescet̄ de his q̄ sctīficata sunt mihi. donec sanet̄. Qui tetigerit īmūdum sup̄ mortuo. ⁊ ex q̄ egredit̄ semē q̄si coitus. ⁊ qui tāgit reptile ⁊ q̄tlibet īmūdū cui⁹ tactus est sordidus. īmūdus erit vsq̄z ad vesperū. ⁊ nō vescet̄ his q̄ sctīficata sunt. sꝫ cū lauerit carnē suā aq̄ ⁊ occubuerit sol tūc mūdatus vescet̄ de sanctificatis: q̄z cibꝫ illius est. Morticinū ⁊ captū a bestia nō comedēt. nec polluent̄ in eis. Ego sum dñs. Custodiāt p̄cepta mea vt nō subiaceāt pctō. ⁊ moriant̄ in scūario cū polluerint illud. Ego dñs qui sctīfico eos. Oīs alienigena nō comedet de sctīficatis. Inq̄lin⁹ sac̄dotis ⁊ mercēnari⁹ nō vescent̄ ex eis. Quē aūt sacerdos emerit ⁊ q̄ v̄naculus dom⁹ ei⁹ fuerit: hi comedēt ex eis. Si filia sac̄dotꝫ cuilibet ex populo nupta fuerit. de his q̄ scīficata sūt ⁊ de p̄mitijs nō vescet̄. Sinautē vidua vl̄ repudiata ⁊ absq̄z liberis reuꝰsa fuerit ad domū p̄ris sui. sic̄ puella ꝯsueuerat. alet̄ cib̄ p̄ris sui. Oīs alienigena comedendi ex eis nō habet ptātez. Qui comederit de sauctificatis p̄ ig̃rantiam. addet q̄ntā p̄tē cum eo q̄d comedit. ⁊ dabit sacerdoti in sanctuariū: nec ꝯtaminabūt scīficata filioꝝ isrl̄ q̄ offerūt̄ dño: ne forte sustineāt iniq̄tatē delicti sui cū scīficata comederīt. Ego dñs qui sctīfico eos Locutusq̄z est dñs ad moysen dicēs: Loq̄re ad aarō ⁊ filios ei⁹. ⁊ ad oēs filios israel. dicesq̄z ad eos: Hō de domo isrl̄ ⁊ d̄ aduenis q̄ hītāt apd̄ vos qui obtulerit oblatiōem suā. vel vota soluēs vel spōte offerēs. quicq̄d illd̄ obtulerit ī holocaustū dñi vt offerat̄ p̄ vos: masculus īmaculatus erit ex bobus ⁊ ouibꝫ ⁊ ex capris Si maculā habuerit nō offeretis. neq̄z erit acceptabile. Hō qui obtulerit victimā pacificoꝝ dño vl̄ vota soluēs vl̄ spōte offerēs tā de bobus q̄z d̄ ouibꝫ īmaculatū offeret vt acceptabile sit. Oīs macula nō erit in eo. Si cecū fuerit. si fractū. si cicatricē hñs. si papulas aut scabiē aut impetiginē. nō offeretis ea dño nec adolebitis ex eis sup̄ altare dñi. Bouem ⁊ ouē aure ⁊ cauda āputatis. volūtarie offerre potes. votū aūt ex his solui nō pōt. Dē aīal q̄d vl̄ ꝯtritis vel tonsis vel sectis. ablatisq̄z testiculis est. nō offeretis dño. ⁊ in terra vr̄a h̄ omnino ne faciatis. De manu alienigene non offertis panes deo vr̄o. ⁊ quicq̄d alid̄ dare voluerit. q̄z corrupta ⁊ maculata sunt oīa nō suscipietis ea. Locutusq̄z est dñs ad moysen dicēs: Bos. ouis ⁊ cap̄ cū genita fuerint septez diebꝫ erunt sub vbere mr̄is sue die aūt octauo ⁊ deīceps offerri poterūt dño. Siue illa bos siue ouis nō immolabunt̄ vna die cū fetibꝫ suis. Si īmolaueritis hostiā p̄ gr̄aꝝ actione dño vt possit esse placabilis: eodē die comedetis eā. Nō remanebit quicq̄z ī mane alteri⁹ diei. Ego dñs: Custodite mādata mea ⁊ facite ea. Ego dñs. Ne polluatis nomē meū sctm̄ vt sctīficer ī medio filioꝝ isrl̄. Ego dñs qui sctīfico vos ⁊ eduxi de terra egypti vt essez vob̄ in deum. Ego dominus. XXIII

Locutusq̄z est dominus ad moysen dicens: Loquere filijs israel ⁊ dices ad eos: He sunt ferie domini q̄s vocabitꝫ scās. Sex diebꝫ facietꝫ opus: dies septim⁹ q̄z sabbati requies ē vocabitur sanctus. Omne opus nō facietis in eo. Sabbatuꝫ domini est in cūctis habitationibꝫ vestris. He sunt ergo ferie domini sancte quas celebrare debetis temporibus suis. Mense primo quartadecima die mensis ad vesperum. phase domini est. ⁊ quintadecima

die mẽſis huiꝰ. ſolennitas açymoꝝ dñi
eſt. Septẽ diebꝫ açyma comedetis. Di
es primus erit vob celeberrimꝰ. ſctũſqꝫ.
Oẽ opus ſeruile nõ facietis in eo: ſz offe/
retis ſacrificiũ in igne dño ſeptẽ diebus.
Dies aũt ſeptimꝰ erit celebrioꝝ ⁊ ſancti
oꝝ: nullũqꝫ ſeruile opꝰ faciet in eo. Locu/
tuſqꝫ ẽ dñs ad moyſẽ dicẽs: Loqre filijs
iſrl ⁊ dices ad eos: Cũ ingreſſi fueritis
terrã quã ego dabo vob. ⁊ meſſueritis ſe
getem feretis manipulos ſpicarũ primi/
tias meſſis vre ad ſacerdotez. Qui ele/
uabit faſciculũ coram dño vt acceptabile
ſit p vobis altero die ſabbati. ⁊ ſctificа/
bit illũ. Atqꝫ in eodẽ die quo manipul⁹
cõſecrab. cedet agn⁹ immaculat⁹ ãnicu/
lus in holocauſtũ dñi. ⁊ libamẽta offerẽ
tur cũ eo due decime ſimile ɔſpſe oleo
in incẽſuz dñi odoreꝫqꝫ ſuauiſſimũ. liba
ũz vini. ꝙrta pars hin. Panẽ ⁊ polẽtam
⁊ pultes nõ comedet ex segete: vſqꝫ ad
diẽ q offeretis ex ea deo vro. Preceptuz
eſt ſempiternũ in generatiõibꝫ cũctiſqꝫ
hitaculi vris. Numerabitis ꝙ ab altero
die ſabbati in q obtuliſtis manipulum
primitiarum ſeptẽ hebdomadas plenas
vſqꝫ ad alterã diẽ expletionis hebdoma
de ſeptime. i. quinqginta dies ⁊ fic offe/
retis ſacrificiũ nouũ dño ex oĩbꝫ hitacu
lis vris: panes primitiarũ duos de dua/
bus decimis ſimile fermẽtate: qs coque
tis in primitias dñi. Offeretiſqꝫ cũ pani
bus ſeptẽ agnos imaculatos ãniculos:
⁊ vitulũ de armẽto vnũ ⁊ arietes duos
⁊ erũt i holocauſtũ cũ libamẽtis ſuis in
odorẽ ſuauiſſimũ dño. Facietis ⁊ hircũ
p pctõ. duoſqꝫ agnos ãniculos hoſtias
pacificoꝝ. Cũqꝫ eleuauerit eos ſacerdos
cũ panibꝫ primitiaꝝ coram dño. cedet i vſũ
ei⁹. Et vocabitis hũc diẽ celeberrimum
atqꝫ ſctiſſimũ. Oẽ opus ſeruile nõ faciet
in eo. Legitimũ ſempiternũ erit in cũctiſ
hitaculi ⁊ generatiõibꝫ vris. Poſtqꝫ ãt
meſſueritis ſegetẽ terre vre. nõ ſecabit
eã vſqꝫ ad ſolũ: nec remanentes ſpicas
colligetis. ſz paupibꝫ ⁊ pegrinis dimit/
tetis eas. Ego ſum dñs deus vr. Locu/
tuſqꝫ eſt dñs ad moyſen dicẽs: Loqre fi
lijs iſrl: Menſe ſeptimo. prima die mẽſis
erit vob ſabbatuz memoriale clãgẽtib⁹
tub. ⁊ vocabit ſcm. Oẽ opꝰ ſeruile non fa
cietis in eo. ⁊ offeretis holocauſtũ dño.
Locutuſqꝫ ẽ dñs ad moyſen dicẽs: De/
cimo die mẽſis huiꝰ ſeptimi dies expia
tionũ erit celebrimꝰ. ⁊ vocabit ſctũs: af/
fligetiſqꝫ aias vras in eo. ⁊ offeretis holo
cauſtũ dño. Oẽ opus ſeruile nõ faciet in
tpe diei huiꝰ: qꝫ dies ꝓpitiatiõis eſt. vt
ꝓpitiet vob dñs deus vester. Oĩs aia q̃
afflicta non fuerit die hac. peribit de pplis
ſuis. ⁊ q̃ opis q̃ppiã fecerit: delebo eaz de
pplo ſuo. Nihil ꝙ opis facietis in eo. Le
gitimũ ſempiternũ erit vob in cũctaz gene
ratiõibꝫ ⁊ hitatiõibꝫ vris. Sabbatũ re/
quietiõis eſt. ⁊ affligetis aias vras. Die
nono mẽſis ſeptimi a veſpe vſqꝫ ad ve/
ſperũ celebrabitis ſabbata vra. Et locutꝰ
ẽ dñs ad moyſen dicẽs: Loqre filijs iſrl
A q̃ntodecimo die mẽſis huiꝰ ſeptimi.
erũt ferie tabernaculoꝝ ſeptem diebus
dño. Dies primꝰ vocabit celeberrimus
atz ſctiſſimꝰ. Oẽ opus ſeruile nõ facietis
in eo: ⁊ ſeptẽ diebꝫ offeretis holocauſta
dño. Dies octauus erit celeberrimꝰ
atz ſctiſſimꝰ. ⁊ offeretis holocauſtũ dño
Eſt enĩ cetꝰ atqꝫ collecte. Oẽ opus ſer/
uile nõ facietis i eo. He ſũt ferie dñi qs
vocabitis celeberrimas atqꝫ ſctiſſimas:
offeretiſqꝫ i eis oblatiões dño. holocau/
ſta ⁊ libamẽta iuxta ritũ vniuſcui⁹ uſqꝫ di
ei exceptis ſabbatꝫ dñi domiſqꝫ vris. ⁊ q̃
offeretis ex voto. vel q̃ ſponte tribuetis
dño. A q̃ntodecimo ꝙ die menſ ſeptimi
qñ ꝓgregaueritis oes fructꝰ terre veſtre
celebrabitis ferias dñi ſeptẽ diebꝫ. Die
primo ⁊ die octauo erit ſabbatũ. i. requies.
Sumetiſqꝫ vobis die primo fructus ar/
boris pulcerrime. ſpatulaſqꝫ palmaruz
⁊ ramos ligni denſarũ frondium. ⁊ ſali/
ces de torrente. ⁊ letabimini coraz dño
deo veſtro. celebrabitiſqꝫ ſolennitatem
eius ſeptem diebus per annum. Legiti
mũ ſempiternũ erit in generatiõibꝫ vris:
Menſe ſeptimo feſta celebrabitis ⁊ hi/
tabitis in umbraculis ſeptẽ diebꝫ. Oĩs
qui de genere ẽ iſrl. manebit in tabnacu

lis vt discāt posteri vr̄i q̄ in tab̄naculꝰ hi
tare feceri filios isrl̄ cū educerē eos de t̄
ra egypti. Ego dn̄s deus vr̄. Locutusq̄
est moyses super solennitatib̄ domini
ad filios israel

XXIIII

Et locutꝰ est dn̄s ad moysen di
cens: Precipe filijs isrl̄ vt affe
rāt tibi oleum de oliuis purissi
mū ac lucidū ad ꝯcīnādas lucnas iugit̄
extra velū testimonij in tab̄naculo fede
ris. Ponetq̄ eas aarō a vespe vsq̄ ī ma
ne corā dn̄o cultu ritoq̄ ꝑpetuo in gene
rationib̄ vr̄is. Sup̄ cādelabrū mūdis
simū ponent̄ sp̄ in ꝯspectu dn̄i. Accipies
q̄z similā ⁊ coques ex ea duodecī panes
qui singuli hēbūt duas decimas. Quo
rū senos altrinsecus sup̄ mēsam puris
simā corā dn̄o statues ⁊ pones sup̄ eos
thus lucidissimū vt sit panis in moni
mētū oblationis dn̄i. Per singula sab
bata mutabunt̄ corā dn̄o. suscepti a fili
is isrl̄ federe sempit̄no. erūtq̄ aarō ⁊ fi
lioꝝ eius vt comedāt eos ī loco sctō. q̄z
sctm̄ sctōꝝ est de sacrificijs dn̄i iure ꝑpe
tuo. Ecce aūt egressus filiꝰ mulieris is
raelitidis quē pepat de viro egyptio int̄
filios isrl̄: iurgatꝰ est in castris cuz viro
israelite. Cūq̄ blasphemassz nomē dn̄i
⁊ maledixisset ei: adductus est ad moy
sen. Vocabat̄ aūt mater eius salumith
filia dabri: de tribu dan: Miserūtq̄ euz
in carcerē: donec noscēt quid iuberet do
minꝰ. Qui locutꝰ est ad moysen dicēs:
Educ blasphemū extra castra. ⁊ ponant
oēs qui audierūt manꝰ suas sup̄ caput
eius. ⁊ lapidet eū ꝓplus vniūsus. Et ad
filios isrl̄ loq̄r̄: Hō qui maledixerit deo
suo portabit pctm̄ suū: ⁊ qui blasphema
uerit nomē dn̄i: morte moriat̄. Lapidi
bus opprimet eū oīs mltitudo ꝓpl̄i. Si
ue ille ciuis siue peregrinus fuerit. qui
blasphemauerit nom̄ dn̄i morte moria
tur. Qui ꝑcusserit ⁊ occiderit hominez:
morte moriat̄. Qui ꝑcusserit aīal red
dz vicariū. i. aīaz ꝓ aīa. Qui irrogauerit
maculā cuilibz ciuiū suoꝝ: sic̄ fec̄: sic fiet
ei. Fracturā ꝓ fractura. oculū ꝓ oclo. dē
tem ꝓ dente restituet. Qualē inflixerit
maculā. talē sustinere coget̄. Qui ꝑcus
serit iumētū. reddat aliud. Qui ꝑcusse
rit hoīem. puniet̄. Equū iudiciū sit int̄
vos. siue ꝑegrinꝰ siue ciuis peccauerit:
q̄z ego suz dn̄s deꝰ vr̄. Locutusq̄ ē moy
ses ad filios isrl̄. ⁊ eduxerūt eū qui blas
phemauerat extra castra: ac lapidib̄ op
presserūt. Feceruntq̄ filij israel sicut p̄
ceperat dn̄s moysi.

XXV

Locutusq̄ ē dn̄s ad moysen in
mōte sinai dicēs: Loq̄re filijs is
rael. ⁊ dices ad eos: Qn̄ īgressi
fuerit̄ terrā quā ego dabo vob̄: sabbati
cetis sabbatum dn̄o. Sex annis seres
agrum tuuz. et sex annis putabis vine
am tuaz: colligesq̄ fructus eiꝰ. Septio
aūt āno sabbatū erit t̄re requietiōis do
mini. Agrū nō seres. vineā nō putabis
Que spōte gignet humꝰ non metes et
vuas p̄mitiaꝝ tuaꝝ nō colliges q̄si vīde
miā. Annꝰ eī req̄etiōis t̄re ē. Sed erūt
vob̄ in cibū tibi ⁊ suo tuo. ancille ⁊ mer
cēnario tuo. ⁊ aduene q̄ ꝑegrinat̄ apud
te. Iumentis tuis ⁊ pecorib̄ oīa q̄ na
scūt̄ p̄bebūt cibū. Nūerab̄ q̄z tibi septez
hebdomadas ānoꝝ. i. septies septē. q̄ sil̄
faciūt q̄dragintanouē. ⁊ clāges buccina
mēse septimo decima die mēsis ꝓpitia
tionis tp̄e in vniūsa t̄ra vr̄a. Sctīfica
bisq̄ ānū q̄nq̄gesimū. ⁊ vocab̄ remissio
nē cūctis hītatorib̄ t̄re tue. Ipe est enī
iubileꝰ. Reūtet̄ hō ad possessionē suā. et
vnusquisq̄ rediet ad familiā p̄stinā. q̄z
iubileus ē ⁊ q̄nq̄gesimꝰ ānꝰ. Nō seretis
atz metet̄. spōte in agro nascētia. ⁊ p̄mi
tias vindemie nō colliget̄: ob sctīficatō
nē iubilei: sed statim ablata comedetis.
Anno iubilei rediēt omnes ad possessio
nes suas. Quādo vendes quippiam ci
ui tuo vel emes ab eo. ne contristes fra
trem tuum: sed iuxta numerū annoruz
iubilei emes ab eo. ⁊ iuxta supputatiōez
frugum vendet tibi. Quanto plus an
ni remanserint post iubileum. tāto cre
scet et precium: quanto minus tempo
ris numeraueris. tanto minoris ⁊ emp
tio constabit. Tempus enim frugum
vēdet tibi. Nolite affligere contribules

vr̄os: sed timeat vnusq̄sq; deū suuz: qꝛ
ego dn̄s deus vester. Facite p̄cepta mea
⁊ iudicia custodite. ⁊ implete ea vt habi
tare possitis in terra absq; vllo pauore.
⁊ gignat vob̄ humus fructus suos q̄bꝫ
vescamī vsq; ad saturitatē: nullius īpe/
tum formidātes: Q; si dixeritis quid co
medem⁹ anno septimo si nō seuerim⁹
neq; collegerim⁹ fruges nr̄as: dabo bn̄/
dictiōem meā vobis anno sexto. ⁊ faciet
fructus triū annoꝝ: seretisq; anno octa
uo ⁊ comedetis veteres fruges vsq; ad
nonū annū. donec noua nascant̄ edetis
vetera. Terra q̄z nō vendet̄ in ꝑpetuum
quia mea est. ⁊ vos aduene ⁊ coloni mei
estis. Cūn̄ cūcta regio possessiōis vr̄e sub
redemptionis ꝯditiōe vendet̄. Si atte
nuat⁹ frater tuus vēdiderit possessiūcu
lam suā ⁊ voluerit ꝓpinquus eius: pōt
redimere qd̄ ille vēdiderat. Sinaūt nō
habuerit ꝓximū. ⁊ ip̄e preciū ad redimē
dum potuerit inuenire: cōputabuntur
fruct⁹ ex eo tp̄e q̄ vēdidit. ⁊ qd̄ reliquuz
est. reddz emptori sicq; recipiet possessio
nē suā. Q; si nō inuenerit man⁹ eius vt
reddat preciū: hēbit emptor qd̄ emerat
vsq; ad annū iubileū. In ip̄o eī oīs ven
ditio redibit ad dn̄m ⁊ ad possessorē p̄sti
nū. Qui vēdiderit domū ītra vrbis mu
ros: hēbit lnīam redimēdi donec vnus
impleat̄ annus. Si nō redemerit ⁊ an/
ni circulus fuerit euolut⁹. emptor possi
debit eā ⁊ posteri eius in ꝑpetuū. ⁊ redi/
mi nō poterit etiā in iubileo. Sinautē
in villa fuerit domus q̄ muros nō hēt:
agroꝝ iure vendet̄. Si ante redēpta nō
fuerit: in iubileo reūtet̄ ad dn̄m suum:
Edes leuitarū q̄ in vrbibꝫ sunt: semper
p̄nt redimi. Si redempte non fuerint.
in iubileo reūtent̄ ad dominos: qꝛ dom⁹
vrbiū leuitarū ꝓ possessiōibꝫ sunt int̄ fi/
lios isrl̄. Suburbana aūt eoꝝ nō vene/
ant: qꝛ possessio sempit̄na ē. Si attenua
tus fuerit frater tuus ⁊ īfirm⁹ manu. ⁊
suscep̄is eū q̄si aduenā ⁊ ꝑegrinū ⁊ vixe
rit tecū: ne accipias vsuras ab eo. nec ā/
plius q̄z dedisti. Time deū tuū vt viue/
re possit frater tuus apud te. Pecuniaz
tuā nō dabis ei ad vsurā. ⁊ frugum sup̄
abūdantiā nō exiges. Ego dn̄s deus vr̄
qui eduxi vos de terra egypti: vt darem
vobis terrā chanaan ⁊ essem vester de⁹.
Si paup̄tate cōpulsus vendiderit se ti
bi frater tuus: non eū opprimes serui/
tute famuloꝝ: sed q̄si mercennarius et
colonus erit: Usq; ad annū iubileū ope
rabit̄ apd̄ te. ⁊ postea egredie t̄ cū liberis
suis. ⁊ reuertet̄ ad cognatiōem ⁊ ad pos/
sessiōem patrū suoꝝ. Mei enī s̄ui sunt.
⁊ ego eduxi eos de terra egypti: Non ve/
neāt ꝯditione s̄uoꝝ. Ne affligas eum ꝑ
potētiam. sed metuito deū tuum. Ser
uus ⁊ ancilla sint vobis de nationibꝫ q̄
in circūitu vr̄o sunt. ⁊ de aduenis qui
peregrinātur apud vos vel qui ex his na
ti fuerint in t̄ra vr̄a. Hos hēbitis famu
los. ⁊ hereditario iure transmittetis ad
posteros. ac possidebitis in eternū. Fra
tres aūt vr̄os filios isrl̄: ne opprimatis
ꝑ potētiā. Si inualuerit apud vos ma/
nus aduene atz peregrini. ⁊ attenuatus
frater tuus vendiderit se ei: aut cuiq̄z de
stirpe eius. post venditiōem potest redi/
mi. Qui voluerit ex fratribꝫ suis redi/
met eū. ⁊ patruus ⁊ patruel̄ ⁊ ꝯsangui/
neus ⁊ affinis. Sinautē ⁊ ipse potuerit
redimz se: supputatis dumtaxat annis
a tp̄e venditionis sue vsq; in annū iubi
leū. ⁊ pecunia q̄ venditus fuerat iuxta ā/
noꝝ numerū. ⁊ ratione mercēnarij sup/
putata. Si plures fuerint āni q̄ rema/
nent vsq; ad iubileū s̄m hos reddet ⁊ p̄/
ciū. si pauci. ponet rationē cū eo iuxta ā/
noꝝ nūeꝝ. ⁊ reddet emptori qd̄ reliquū
est ānoꝝ quibꝫ āte s̄uiuit mercedibꝫ im/
putatis. Nō affliget eū violēter in ꝯspe
ctu tuo. Q; si ꝑ hec redimi non potuerit
anno iubileo egredie t̄ cum liberis suis
Mei enī sunt serui filij isrl̄. q̄s eduxi de
terra egypti.

XXVI

Ego dn̄s de⁹ vr̄. Nō facietis vo/
bis idolū ⁊ sculptile nec titulos
eriget̄, nec īsignē lapidē ponet̄,
in terra vestra vt adoretis eū. Ego eniz
sum dn̄s deus vester. Custodite sabba/
ta mea. ⁊ pauete ad sanctuarium meuz

Ego dñs. Si in preceptis meis ambu
laueritis ⁊ mãdata mea custodieritis ⁊
feceritis ea: dabo vob pluuias tempib
suis: ⁊ terra gignet germẽ suũ. ⁊ pomis
arbores replebũtur. Apprehẽdet messiũ
tritura vindemiã. ⁊ vindemia occupa
bit sementẽ. ⁊ comedetis panẽ vsq in
saturitate. ⁊ absq pauore habitabitis i
terra vra. Dabo pacem in finib vestris
dormietis. ⁊ nõ erit qui exterreat. Auferã
malas bestias. ⁊ gladius nõ trãsibit ter
minos vros. Persequemini inimicos
vros. ⁊ corruẽt coram vob. Persequẽt̃ qn
q de vris centũ alienos. ⁊ centũ de vob
decẽ milia. Cadẽt inimici vri gladio in
conspectu vro. Respiciã vos ⁊ crescere
faciã mltiplicabimini. ⁊ firmabo pactuz
meum vobiscuz. Comedetis vetustissi
ma veterũ ⁊ vetera nouis supuenienti
bus proijcietis. Ponam tabernaculuz
meũ in medio vestri. ⁊ non abijciet vos
aĩa mea. Ambulabo inter vos. ⁊ ero de⁹
vester. vosq eritis pplus meus. Ego do
min⁹ deus vester qui eduxi vos de terra
egyptioz ne seruiretis eis. ⁊ qui cõfregi ca
tenas ceruicũ vrazt vt incederetis erecti.
Q si nõ audieritis me. nec feceritis oĩa
mãdata mea. sed spreueritis leges me
as. ⁊ iudicia mea detẽpseritis vt nõ facia
tis ea q a me cõstituta sunt: ⁊ ad irritũ p
ducatis pactũ meũ: ego hoc facã vob
Visitabo vos velociter in egestate ⁊ ar
dore. qui cõficiat oculos vestros. ⁊ consu
mat aĩas vras. Frustra seretis semen
tem. q ab hostib devorabitur. Ponã fa
ciem meã contra vos. ⁊ corruetis coram ho
stib vris. ⁊ subijciemini his qui odert
vos. Fugietis nemine persequẽte. Sin
aũt nec sic obedieritis mihi. addam cor
reptiões vestras septuplũ propter peccata
vra. ⁊ superbiã duritie vre. Dabo q
vobis celũ desup sicut ferrũ: ⁊ terrã ene
am. Consumet incassuz labor vester. nõ
proferet terra germen: nec arbores poma
prebebunt. Si ambulaueritis ex aduso
mihi: nec volueritis audire me: addam
plagas vestras vsq in septuplum propter
peccata vra. Emittãq in vos bestias agri
que deuorãt vos ⁊ pecora vra. ⁊ ad pau
citatem cuncta redigant: deserteq fient
vie vre. Q si nec sic volueritis recipe di
sciplinã. sed ambulaueritis ex aduso mi
hi: ego q̃q contra vos aduersus incedã. ⁊ p
cutiã vos septies propter pctã vra. indu
camq super vos gladium vltoremq fede
ris mei. Cumq profugeritis in vrbes. mit
tã pestilentiam in medio vestri. ⁊ trade
mini in manib hostiuz postq confregero
baculum panis vestri. ita vt decẽ mulie
res in vno clibano coquãt panes ⁊ red
dãt eas ad pondus ⁊ comedetis ⁊ nõ sa
turabimini. Sinautem nec per hec au
dieritis me: sed ambulaueritis contra me
⁊ ego incedã aduersus vos in furore cõ
trario: ⁊ corripiam vos septem plagis
propter pctã vestra: ita vt comedatis car
nes filioz vroz ⁊ filiarum vestrarũ. De
struã excelsa vra: ⁊ simulacra confringam
Cadetis int̃ ruinas idoloz vroz. ⁊ abo
minabit̃ vos aĩa mea intãtuz vt vrbes
vras redigã in solitudinẽ. ⁊ deserta faci
am scũaria vra. nec recipiã vltra odorẽ
suauissimũ. dispergãq terrã vram. ⁊ stu
pebũt sup ea inimici vri cũ hitatores il
lius fuerint. Vos aũt dispgã in gẽtes.
⁊ euaginabo post vos gladiũ: eritq terra
vestra deserta. ⁊ ciuitates vestre dirute.
Tunc placebunt terre sabbata sua cun
ctis diebus solitudinis sue. Quando
fueritis in terra hostili: sabbatizabit ⁊ re
q̃escet i sabbatis solitudis sue: eo q nõ
requieuerit in sabbatis vris. qñ habita
batis in ea. Et qui de vob remanserint
dabo pauorẽ in cordib eoz in regiõib
hostiũ. Terrebit eos sonitus folij volã
tis. ⁊ ita fugient q̃si gladiũ. Cadent nul
lo sequente: ⁊ corruẽt singuli super fra
tres suos quasi bella fugientes. Nemo
vim inimicis audebit resistere. Peribi
tis inter gentes. ⁊ hostilis vos terra dsu
met: Q si ⁊ de his aliq remãserit: tabe
scẽt in iniq̃tatib suis in tra ĩmicoz suoz
⁊ ppt̃ pctã patrũ suoz ⁊ sua affligẽt̃ vo
nec confiteãt iniq̃tates suas ⁊ maioz suoz
q̃b ꝓuaricati sũt i me. ⁊ ãbulauerit er ad
uerso mihi. Ambulabo igit̃ ⁊ ego ꝓ eos

⁊ inducā illos in terrā hostilē. donec eru
bescat icircūcisa mēs eoꝝ. Tūc orabūt ꝓ
ipietatib⁹ suis. ⁊ recordabor federis mei
qđ pepigi cū iacob ⁊ ysaac ⁊ abraā. t're q̄z
memor ero: q̄ cū relicta fuerit ab eis. cō
placebit sibi in sabbatis suis: patiēs so
litudinē ꝓpter illos. Ipsi vo rogabunt
ꝓ pctis suis: eo q̄ abiecerīt iudicia mea
⁊ leges meas despexerint. Attñ etiā cuz
essent in terra hostili. nō penitus abieci
eos: neq̄z sic despexi vt ꝯsumerent̄. ⁊ irri
tū facerē pactū meū cum eis. Ego eniz
sum dñs deus eoꝝ. ⁊ recordabor federis
mei pristini: qñ eduxi eos đ terra egypti
in ꝯspectu gentiū vt essem deus eorum
Ego dñs deus. Hec sunt iudicia atq̄z p̄
cepta ⁊ leges q̄s dedit dñs inter se ⁊ int̄
filios isrl̄ in mōte sinai ꝑ manū moysi.

XXVII

Locutusq̄z est dñs
ad moysen dicēs: Loq̄re filijs is
rael ⁊ dices ad eos: Hō qui vo
tū fecerit ⁊ spopōderit deo aīaz suā: sub
estimatiōe dabit p̄ciū. Si fuerit mascu
lus a vicesimo āno vsq̄z ad sexagesimū
ānū. dabit q̄nq̄ginta siclos argēti ad mē
surā sanctuarij: si mulier. trigīta. A qui
to aūt āno vsq̄z ad vicesimū. masculus
dabit viginti siclos: femina decem. Ab
vno mēse vsq̄z ad ānū q̄ntū: ꝓ masculo
dabunt̄ q̄nq̄z sicli. ꝓ femina tres. Sexa
genari⁹ ⁊ vltra masculus dabit q̄ndeciz
siclos: femīa decē. Si paup̄ fuerit ⁊ esti
matiōem reddere nō valebit: stabit corā
sacerdote. ⁊ q̄ntū ille estimauerit ⁊ vide
rit eū posse reddere tm̄ dabit. Aīal autē
qđ īmolari potest dño siq̄s vouerit. scm̄
erit ⁊ mutari nō poterit. i. nec meli⁹ ma
lo nec peius bono. Q̄ si mutauerit. ⁊ ip
sum qđ mutatū est. ⁊ illud ꝓ q̄ mutatū
est ꝯsec̄tum erit dño. Aīal immūdū qđ
immolari dño nō pōt si q̄s vouerit ad
ducet̄ añ sacerdotē. qui diiudicās vtrū
bonū an malū sit. statuet p̄ciuz. Q̄ si da
re volueritis qui offert. addet sup̄ esti
matiōez q̄ntā ꝑtē. Hō si vouerit domuz
suā ⁊ scīficauerit dño: ꝯsiderabit eā sac̄
dos vtꝝ bona an mala sit. ⁊ iuxta p̄cium
qđ ab eo fuerit ꝯstitutū venundabitur:
Si aūt ille qui vouerat voluerit redi
mere eā. dabit q̄ntā ꝑtē estimatiōis sup̄
⁊ hēbit domū: Q̄ si agꝝ possessionis sue
vouerit ⁊ ꝯsec̄uerit dño. iuxta mēsurā se
mētz estimabit̄ preciū. Si triginta mo
dijs hordei serit̄ t'ra. q̄nq̄gīta siclis venū
det̄ argēti. Si statī ab āno incipiētis iu
bilei vouerit agrū: q̄nto valere pōt. tan
to estimabit̄. Sin autē post aliq̄ntuluz
tp̄is: supputabit sacerdos pecuniā iuxta
annoꝝ qui reliqui sunt nūeꝝ vsq̄z ad iu
bileū. ⁊ detrahet̄ ex precio. Q̄ si voluerit
redimere agꝝ ille q̄ vouerat. addet q̄ntā
ꝑtez estimate pecunie ⁊ possidebit eam:
Sin autē noluerit redimere. sed alteri
cuilibet fuerit venūdat⁹. vltra eū qui vo
uerat redimere nō poterit. q̄z cum iubi
lei venerit dies: scīficat⁹ erit dño. ⁊ pos
sessio ꝯsecrata ad ius ꝑtinet sacerdotuz
Si ager emptus est ⁊ nō de possessione
maioꝝ sanctificatus fuerit dño: suppu
tabit sacerdos iuxta annoꝝ numeꝝ vsq̄z
ad iubileū preciū. ⁊ dabit ille qui voue
rat eum dño. In iubileo aūt reūtet̄ ad
priorē dñm qui vendiderat eum ⁊ hūe
rat in sortē possessiōis sue. Omnis esti
matio siclo sanctuarij ponderabit̄. Si
clus viginti obolos habet. Primogeni
ta q̄ ad deuz ꝑtinēt nemo sanctificare po
terit ⁊ vouere. Siue bos siue ouis fue
rit: dñi sunt. Q̄ si immūdū est aīal redi
met qui obtulit iuxta estimationē suaz.
⁊ addet q̄ntā ꝑtē p̄cij. Si redimere no
luerit vēdet̄ alteri. q̄ntūcūq̄z fuerit ante
estīatū. Oē qđ dño ꝯsec̄tur siue hō fue
rit siue aīal siue ager. nō veniet nec redi
mi potit. Quicq̄d semel fuerit ꝯsec̄tum
scm̄ scōꝝ erit dño. Et oīs ꝯsec̄tio q̄ offer
tur ab hoīe nō redimet̄. sz morte morietur
Oēs decime t're siue de pomis arboꝝ si
ue de frugib⁹ dñi sunt. ⁊ illi scīficantur.
Si q̄s aūt voluerit redimere decimas
suas addet q̄ntā ꝑtē eaꝝ. Oīm decimaꝝ
bouis ⁊ ouis ⁊ capre q̄ sub pastoris v̄ga
trāseūt: q̄cq̄d decimuz venerit scīficabit̄
dño nō eliget̄ nec bonū nec malū nec al
tero cōmutabit̄. Siq̄s mutauerit. ⁊ qđ
mutatū ē. ⁊ ꝓ q̄ mutatū ē scīficabit̄ dño

lia quingenti q̄nq̄ginta. Leuite autē nō
sunt numerati int filios isrl'. Sic enim
p̄cepat dn̄s moysi. Fecerūtq; filij isrl' iu
xta oīa que mādauerat dn̄s. Castrame-
tati sunt ꝑ turmas suas. ⁊ profecti per
familias ac domos patꝝ suoꝝ. III

HE sunt generatiōes aarō ⁊ moy
si in die q̄ locut⁹ est dn̄s ad moy
sen in mōte sinai. ⁊ h̄ noīa filio-
rū aarō. Primogenitus eius nadab: de
inde abiu ⁊ eleaçar ⁊ ythamar. Hec no-
mina filioꝝ aaron sacerdotuꝫ qui vncti
sunt. ⁊ q̄rū replete ⁊ ꝯsecr̄te man⁹ vt sac̄-
dotio fungerent̄. Mortui sunt eniꝫ na-
dab ⁊ abiu cum offerēt ignē alienuꝫ in
cōspectu dn̄i: in deſto sinai absq; liberis
functiq; sunt sacerdotio eleaçar ⁊ ytha-
mar corā aarō p̄re suo. Locutusq; ē dn̄s
ad moysen dicens: Applica tribū leui. ⁊
fac stare in ꝯspectu aarō sac̄dotis vt mi-
nistrent ei ⁊ excubent ⁊ obseruent quic-
quid ad cultum pertinet multitudinis
corā tabernaculo testimonij ⁊ custodiāt
vasa tab̄naculi. ſuiētes in mīsterio eius
Dabisq; dono leuitas aaron ⁊ filijs ei⁹
quib⁹ traditi sunt a filijs isrl'. Aarō aūt
⁊ filios eius ꝯstitues sup̄ cultū sacerdo
tij. Externus qui ad ministrādū accesse
rit. morieť. Locutusq; est dn̄s ad moy-
sen dicēs: Ego tuli leuitas a filijs israel
pro oī primogenito qui ap̄it vuluā in fi
lijs isrl'. erūtq; leuite mei. Meū est eniꝫ
oē primogenitū. Ex q̄ ꝑcussi p̄mogeni-
tos in t̄ra egypti: scīficaui mihi quicq̄d
p̄mū nascit̄ in isrl'. Ab hoīe vsq; ad pec⁹
mei sunt. Ego dn̄s. Locutusq; est dn̄s
ad moysen in deserto sinai dicens: Nu-
mera filios leui ꝑ domos patrū suoꝝ ⁊
familias. oēm masculū ab vno mense ⁊
sup̄. Numerauit moyses vt p̄cepat dn̄s
⁊ inuēti sunt filij leui ꝑ noīa sua: gerson
⁊ caath ⁊ merari. Filij gerson: lebni ⁊ se-
mei. Filij caath: amram ⁊ iessaar. hebrō
⁊ oçiel. Filij merari: mooli ⁊ musi. De
gerson fuere familie due: lebnitica ⁊ se-
meitica. q̄rum nūerat⁹ est ꝓpl'us sexus
masculini ab vno mense ⁊ sup̄: septem
milia quingenti. Hi post tabernaculuꝫ
metabunt̄ ad occidētē sub p̄ncipe helia-
saph filio iahel. ⁊ habebūt excubias ī ta-
bernaculo federis: ip̄m tabernaculuꝫ et
op̄imētū eius. tentoriū q̄d trahit̄ ante
fores tecti federis ⁊ cortinas atrij. tēto-
riū q̄ꝫ q̄d appendit̄ in introitu atrij tab̄-
naculi. ⁊ quicquid ad ritū altaris ꝑtinꝫ:
funes tabernaculi ⁊ oīa vtēsilia ei⁹. Cog̃-
tio caath hēbit ꝓpl'os amramitas ⁊ ies-
saaritas et hebronitas ⁊ oçielitas. He
sunt familie caathitarū. recēsite ꝑ noīa
sua oēs generis masculini ab vno men
se ⁊ sup̄ octo milia sexcenti: Habebūt ex
cubias sancturij ⁊ castrametabūtur ad
meridianā plagā. Princepsq; eorū erit
helisaphā filius oçiel ⁊ custodiāt arcam
mēsamq; ⁊ cādelabꝝ altaria ⁊ vasa san-
ctuarij in quib⁹ ministrat̄ ⁊ velū. cūctā-
q; huiuscemodi supellectilē. Princeps
aūt principū leuitarū: eleaçar filius aa-
ron sacerdotis erit sup̄ excubitores cu-
stodie sanctuarij. At vero d̄ merari erūt
ꝓpl'i moolite ⁊ musite. recēsiti per noīa
sua oēs generis masculini ab vno men
se ⁊ sup̄ sex milia ducēti. Princeps eoꝝ
suriel filius abiael in plaga septētriona
li castrametabūt̄. Erūt sub custodia eoꝝ
tabule tabernaculi ⁊ vectes ⁊ colūne ac
bases earū. ⁊ oīa q̄ ad cultū huiuscemōi
ꝑtinēt: colūneq; atrij ꝑ circūitū cū basi-
bus suis: ⁊ paxilli cū funib⁹: Castrame-
tabūtur ante tabernaculuꝫ federis. i. ad
orientalē plagā. moyses ⁊ aarō cuꝫ filijs
suis. hn̄tes custodiā scūarij ī medio filio
rū israel. Quisquis alien⁹ accesserit: mo
rieť. Oēs leuite q̄s nūerauerūt moyses
⁊ aaron iuxta p̄ceptū dn̄i ꝑ familias su-
as in genere masculino a mense vno et
sup̄. fuerūt vigintiduo milia. Et ait do
min⁹ ad moysen. Nūera primogenitos
sexus masculini de filijs isrl' ab vno mē
se ⁊ sup̄. ⁊ hēbis summaꝫ eoꝝ. Tollesq;
leuitas mihi ꝓ oī primogenito filioruꝫ
isrl'. Ego sum dn̄s. Et pecora eoꝝ ꝓ vni
uersis primogenitis pecoꝝ filioꝝ israel.
Recēsuit moyses sic̄ p̄cepat dn̄s primo
genitos filioꝝ isrl'. ⁊ fuerūt masculi per
noīa sua a mense vno ⁊ sup̄. vigintiduo

ꝛ non redimetur. Hec sunt precepta q̄ mandauit dominus moysi ad filios isrl̄ in monte sinai.

Explicit liber Leuiticus. Incipit vaiedabber.id est.liber Numeri.Capm. I

Locutusqz ē dñs mnus ad moysen in deserto sinai in tabnaclo federis pma die mēsis secūdi anno alto egressionis eoꝝ ex egypto dicens: Tollite summā vniuse ꝯgregationis filioꝝ israel p cognatiōes ꝛ domos suas.ꝛ noia singuloꝝ.quicquid sexus est masculini a vicesimo anno ꝛ supꝫ.oim viroꝝ fortiū ex israel:ꝛ numerabitis eas p turmas suas tu ꝛ aaron: erūtq; vobiscū principes tribuū ac domoꝝ in cognationibꝫ suis: q̄ꝝ ista sunt noia. De tribu ruben:elysur filius sedeur. De tribu symeon: salamihel filius surisaddai. De tribu iuda :naason filꝰ aminadab. De tribu ysachar: nathanael filius suar. De tribu çabulō eliab filꝰ helō .Filioꝝ autē ioseph de tribu ephraiz.elisama filꝰ ammiud. De tribu manasse:gamalihel filius phadassur De tribu beniamin:abidan filꝰ gedeonis. De tribu dan:abiezer filꝰ amisaddai. De tribu aser: phegiel filꝰ ochran. De tribu gad :heliasaph filꝰ duel . De tribu neptalim:ahira filꝰ enan. Hi nobilissimi principes multitudis p tribꝫ ꝛ cognatiōes suas ꝛ capita exercitus isrl̄ q̄s tulerūt moyses ꝛ aaron cū oi vulgi multitudie.ꝛ ꝯgregauerunt primo die mēsis secūdi recensentes eos p cognatōnes ꝛ domos ac familias.ꝛ capita ꝛ nomina singuloꝝ a vicesimo anno ꝛ supꝫ: sicut precepat dñs moysi. Numeratiqz sunt in deserto sinai de ruben primogenito israelis p generationes ꝛ familias ac domos suas ꝛ noia capitū singuloꝝ oē qd̄ sexus est masculini a vicesimo anno ꝛ supꝫ pcedētiū ad bellū :q̄dragītasex milia quigenti. De filijs symeon per generationes ꝛ familias ac domos cognationū suarū recēsiti sunt p noia ꝛ capita singuloꝝ.omne qd̄ sexus est masculini a vicesimo anno ꝛ supꝫ pcedentiū ad bellū:quinq̄gintanouez milia trecenti. De filijs gad p generatiōes ꝛ familias ac domos cognationū suaꝝ recēsiti sunt p nomia singuloꝝ a vigīti annis ꝛ supꝫ oēs qui ad bella pcederāt:q̄dragintaq̄n qz milia sexcēti quinq̄ginta. De filijs iuda p generationes ꝛ familias ac domos cognationū suaꝝ p noia singuloꝝ a vicesimo anno ꝛ supꝫ oēs qui poterāt ad bella pcedere.recēsiti sunt : septuagintaq̄tuoꝝ milia sexcēti. De filijs ysachar per generationes ꝛ familias ac domos cognationū suarū p noia singuloꝝ a vicesimo anno ꝛ supꝫ oēs qui ad bella pcederent.recēsiti sunt quinquagintaq̄ttuoꝝ milia q̄dringenti. De filijs çabulon per generataones ꝛ familias ac domos cognationū suarū:recēsiti sunt p noia singloꝝ a vicesimo āno ꝛ supꝫ oēs qui poterāt ad bella pcedere:quinq̄gintaseptem milia q̄dringenti. De filijs ioseph filiorū ephraī p generationes ꝛ familias ac domos cognationū suarū recēsiti sunt p noia singuloꝝ a vicesimo anno ꝛ supꝫ. oēs qui poterāt ad bella pcedere:q̄dragīta milia quingenti. Porro filioꝝz manasse per generationes ꝛ familias ac domos cognationuz suarū :recensiti sunt per noia singuloꝝ a viginti annis ꝛ supꝫ oēs qui poterant ad bella pcedere:trigītaduo milia ducēti. De filijs beniamin per generationes ꝛ familias ac domos cognationū suarū .recensiti sunt noibus singuloꝝ a vicesimo āno ꝛ supꝫ.omnes qui poterāt ad bella pcedere:trigintaq̄nqz milia q̄dringenti. De filijs dan p generatiōes ꝛ familias ac domos cognationum suarū.recēsiti sunt noibꝫ singulorū a vicesimo anno ꝛ supꝫ.oēs qui poterāt ad bella pcedere: sexagītaduo milia septingenti. De filijs aser p generationes ꝛ familias ac domos cognationum suarū recēsiti sunt p noia singuloꝝ a vicesimo anno ꝛ supꝫ.oēs qui poterant ad bella procedere:q̄draginta milia ꝛ mille quigēti. De filijs neptalim p gñatiōes

⁊ familias ac domos cognationū suarū recēsiti sunt noīb⁹ singulor̄ a vicesimo anno ⁊ sup̄. oēs qui poterāt ad bella ꝓcedere: quinq̄gītatria milia q̄dringēti. Hi sunt q̄s nūerauerūt moyses ⁊ aaron ⁊ duodeciz p̄ncipes isrl̄. singl̄os ꝑ domos cognationū suar̄. Fuerūtq̄ oēs filij isrl̄ ꝑ domos ⁊ familias suas a vicesimo anno ⁊ sup̄ qui poterāt ad bella procedere: sexcēta tria milia virorū q̄ngēti q̄nq̄ginta. Leuite aūt in tribub⁹ familiarū suarū nō sunt nūerati cū eis. Locutusq̄ est dn̄s ad moysen dicēs: Tribuz leui noli nūerare: neq̄ pones sūmā eor̄ cuz filijs isrl̄: sz ꝯstitues eos sup̄ tab̄naculū testimonij ⁊ cūcta vasa eius. ⁊ quicq̄d ad cerimonias ꝑtinet. Ipi portabunt tab̄naculū ⁊ oīa vtēsilia eius. ⁊ erūt in mīsterio ac ꝑ gyrū tab̄naculi metabunt̄. Cuz ꝓficiscēdū fuerit deponēt leuite tabernaculū. cuz castrametāda erigēt. Quisq̄s ext̄nor̄ accesserit occidet̄. Metabunt̄ āt castra filij isrl̄. vnusquisq̄ ꝑ turmas et cuneos atq̄ exercitū suuz. Porro leuite ꝑ gyrū tab̄naculi figēt tētoria. ne fiat indignatio sup̄ mlt̄itudinē filior̄ isrl̄. et excubabūt in custodijs tab̄naculi testimonij. Fecerunt g̊ filij israel iuxta oīa q̄ preceperat dn̄s moysi.

II

Locutusq̄ ē dn̄s ad moysen et aarō dicēs: Sīgl̄i ꝑ turmas sig̃ atq̄ vexilla ⁊ domos cog̃tionuz suarū castrametabunt̄ filij isrl̄. ꝑ gyruz tabernaculi federis. Ad oriētem iudas figet tētoria ꝑ turmas exercit⁹ sui: erit q̄ princeps filior̄ eius naason fili⁹ aminadab. ⁊ oīs de stirpe eius sūma pugnātiū septuagītaq̄ttuor milia sexcēti. Iuxta eū castrametati sunt de tribu ysachar. q̄rū p̄nceps fuit nathanael fili⁹ suar ⁊ oīs numer⁹ pugnator̄ eius quinq̄gintaq̄ttuor milia q̄dringenti. In tribu çabulō p̄nceps fuit heliab filius helō: omnisq̄ de stirpe eius exercit⁹ pugnatoruz quinq̄ginta septem milia q̄dringenti. Uniūsi qui in castris iude annumerati sunt. fuerūt centū octogintasex milia q̄dringenti ⁊ ꝑ turmas suas primi egredient̄. In castris filioruz ruben ad meridianā plagā erit p̄nceps elysur filius sedeur. ⁊ cūctus exercitus pugnator̄ eius qui nūerati sunt q̄dragintasex milia q̄ngenti. Iuxta eū castrametati sunt de tribu symeō. q̄r̄ p̄nceps fuit salamihel filius surisaddai. ⁊ cūctus exercit⁹ pug̃tor̄ eius qui numerati sunt q̄nq̄gintanouē milia trecēti. In tribu gad p̄nceps fuit heliasaph filius duel. ⁊ cunctus exercit⁹ pugnator̄ eius qui nūerati sunt q̄dragintaq̄nq̄ milia sexcēti quinquaginta. Oēs qui recēsiti sunt in castris rubē cētū q̄nq̄ginta milia ⁊ mille q̄dringēti q̄nq̄ginta: ꝑ turmas suas in secūdo loco ꝓficiscēt̄. Leuabit̄ aūt tab̄naculū testimonij ꝑ officia leuitarum ⁊ turmas eoruz. Quō erigēt̄. ita ⁊ deponēt̄. Singuli ꝑ loca ⁊ ordines suos ꝓficiscent̄. Ad occidentalē plagā erūt castra filior̄ ephraiz: q̄rū p̄nceps fuit helisama filius āmiud Cūctus exercitus pugnator̄ ei⁹ qui numerati sunt: q̄dragīta milia quingenti. Et cū eis trib⁹ filior̄ manasse. q̄r̄ princeps fuit gamaliel fili⁹ phadassur: cūct⁹q̄ exercit⁹ pug̃tor̄ ei⁹ qui nūerati sunt trigītaduo milia ducēti. In tribu filiorū beniamī p̄nceps fuit abidan, fili⁹ gedeonis. ⁊ cūctus exercit⁹ pug̃tor̄ ei⁹ qui recēsiti sunt. trigintaq̄nq̄ milia q̄dringēti. Oēs q̄ nūerati suut ī castr̄ ephraim cētūocto milia cētuz ꝑ turmas suas tertij ꝓficiscēt̄. Ad aq̄lonis ꝑtē castrametati sunt filij dan. q̄r̄ p̄nceps fuit abieçer fili⁹ amisaddai. Cūct⁹ exercit⁹ pug̃tor̄ ei⁹ qui nūerati sunt. sexagnitaduo milia septīgēti. Iuxta eū fixere tētoria de tribu aser: q̄r̄ p̄nceps fuit phegiel filius ochran. Cūct⁹ exercit⁹ pug̃tor̄ eius qui nūerati sunt q̄dragīta milia ⁊ mille q̄ngēti. De tribu filior̄ neptalī p̄nceps fuit ahira fili⁹ enan. Cūct⁹ exercit⁹ pug̃tor̄ eius q̄nq̄gintatria milia q̄dringēti. Oēs qui nūerati sunt ī castris dan. fuerūt centū quinq̄gintaseptem milia sexcēti. ⁊ nouissim ꝓficiscent̄. Hic nūerus filior̄ israel ꝑ domos cognationū suarū ⁊ turmas diuisi exercit⁹: sexcēta tria mi-

milia ducēti septuagītatres Locutusq̄ est dn̄s ad moysen dicēs: Tolle leuitas ꝓ prīogenitis filioꝝ isrl'. ⁊ pecora leuitaꝝ ꝓ pecoribꝫ eoꝝ. eruntq̄ leuite mei. Ego sum dn̄s. In p̄cio aūt ducentoꝝ septuagintatriū qui excedūt numerū leuitaꝝ de primogenitis filioꝝ isrl'. accipies q̄nq̄ siclos ꝑ singula capita: ad mensuraꝫ sanctuarij. Siclus habet viginti obolos. Dabisq̄ pecuniā aarō ⁊ filijs eiꝰ: p̄ciū eorū qui sup̄ sunt. Tulit igit̄ moyses pecuniā eoꝝ qui fuerāt ampliꝰ. ⁊ q̄s redemerat a leuitis ꝓ primogenitis filiorū isrl': mille trecētoꝝ sexagītaq̄nq̄ siclorꝝ iuxta pōdus scūarij. ⁊ dedit eā aarō ⁊ filijs eiꝰ iuxta v̄bū q̄d p̄cepat sibi dn̄s

Locutusq̄ est dn̄s ad moysen ⁊ aarō dicēs: Tolle summā filioꝝ caath d̄ medio leuitarū ꝑ domos ⁊ familias suas a tricesimo āno ⁊ sup̄ vsq̄ ad quinq̄gesimū annuꝫ: oīm qui ingrediunt̄ vt stēt ⁊ ministrēt in tabernaculo feder'. Hic est cultꝰ filiorū caath. Tabernacl'm feder' ⁊ scm̄ scōꝝ ingredient̄ aarō ⁊ filij eiꝰ q̄n mouenda sunt castra. ⁊ deponēt velū q̄d pendet añ fores īuoluētq̄ eo arcā testimonij ⁊ operiēt rursum velamīe hyacinthinarū pelliū: extēdentq̄ desup̄ palliū totū hyacinthinū ⁊ inducēt vectes. Mensam q̄ꝫ ꝓpositionis inuoluēt hyacinthino pallio ⁊ ponēt cum eo thuribula ⁊ mortariola cyathos ⁊ crateras ad liba fundēda. Panes sp̄ in ea erūt. Extēdentq̄ desup̄ palliū coccineū q̄d rursum opiēt velamēto hyacinthinarū pelliū. ⁊ inducēt vectes. Sumēt ⁊ palliū hyacinthinū q̄ opient cādelabrū cū lucernis ⁊ forcipibꝫ suis ⁊ emūctorijs ⁊ cūctis vas olei q̄ ad ꝯcīnādas lucernas nec̄ria sunt. ⁊ sup̄ omnia ponēt opimētuꝫ hyacinthinaꝝ pellium ⁊ inducēt vectes. Necnō ⁊ altare aureuꝫ inuoluēt hyacinthino vestimento. ⁊ extendent desup̄ opimētū hyacinthinarū pelliū: inducentq̄ vectes. Oīa vasa quibus ministrat̄ in scūario īuoluēt hyacīthino pallio. ⁊ extendēt desup̄ opimētū hyacinthinaꝝ pelliū inducentq̄ vectes: Sed ⁊ altare mūdabūt cinere. ⁊ inuoluēt illd̄ purpureo vestim̄to: ponētq̄ cū eo oīa vasa quibꝫ in mīsterio eiꝰ vtunt̄ id ē igniū receptacula. fuscinulas ac tridētes. vncinos ⁊ batilla. Cūcta vasa altaris opient siml' velamīe hyacinthinarū pelliū. ⁊ inducēt vectes. Cūq̄ inuoluerint aarō ⁊ filij eius scūariū ⁊ oīa vasa eius in cōmotiōe castroꝝ. tunc intrabūt filij caath vt portēt inuoluta. ⁊ non tāgent vasa scūarij ne moriantur. Ista sunt onera filioꝝ caath in tabernaculo federis sup̄ q̄s erit eleaçar filiꝰ aarō sac̄dotis: ad cuius ꝑtinet curā oleū ad ꝯcinnādas lucernas ⁊ cōpositiōis incēsuꝫ et sacrificiū q̄d sp̄ offert̄ ⁊ oleū vnctiōis et quicquid ad cultū tabernaculi pertinet oīmq̄ vasoꝝ q̄ in scūario sunt. Locutusq̄ ē dn̄s ad moysen ⁊ aaron dicens. Nolite ꝑdere ppl'm caath de medio leuitaꝝ sed h̄ facite eis vt viuāt ⁊ nō moriātur si tetigerint scā scōꝝ. Aarō ⁊ filij eius intrabūt. ipsiq̄ disponent opa singuloꝝ. ⁊ diuidēt q̄d portare quis debeat. Alij nulla curiositate videāt q̄ sunt ī scūario p̄usq̄ īuoluāt̄: alioq̄n morient̄. Locutusq̄ est dn̄s ad moysen dicēs: Tolle summā etiā filioꝝ gerson ꝑ domos ac familias ⁊ cog̃tiones suas a triginta ānis et sup̄ vsq̄ ad ānos q̄nq̄ginta. Nūera oēs qui īgrediūtur ⁊ mīstrāt in tabernacl'o federis. Hoc est officiū familie gersonitaꝝ vt portēt cortinas tab̄naculi ⁊ tectū federis opimētū alid̄. ⁊ sup̄ oīa velamē hyacīthinū: tētoriūq̄ q̄d pēdet in ītroitu tab̄naculi federis cortinas atrij ⁊ veluꝫ in ītroitu q̄d est añ tab̄naculū. Oīa q̄ ad altare ꝑtinēt funiculos ⁊ vasa ministerij iubēte aarō ⁊ filijs eiꝰ portabūt filij gerson. ⁊ sciēt singuli cui d̄beāt oneri mācipari. Hic ē cultꝰ familie gersonitaꝝ in tab̄naculo feder': Erūtq̄ sub manu ythamar filij aarō sac̄dot'. Filios q̄ꝫ merari ꝑ familias ⁊ domos patꝝ suorū recēsebis a triginta annis ⁊ sup̄ vsq̄ ad annos q̄nq̄ginta: oēs qui īgrediunt̄ ad officiū mīsterij sui ⁊ cultū federis testimonij. Hec sunt onera eoꝝ. Portabūt

tabulas tabnaculi ⁊ vectes eius. colum
nas ac bases eaꝝ. colũnas q̃z atrij p cir
cũitũ cum basib⁹ ⁊ paxillis ⁊ funib⁹ su
is. Oia vasa ⁊ suppellectilẽ ad numerũ
accipiẽt. ficq̃z portabũt. Hoc est officiuz
familie merarit aꝝ ⁊ mĩsteriũ in taberna
culo federis: erũtq̃z sub manu ythamar
filij aarõ sacdotis. Recẽsuerũt igit̃ moy
ses ⁊ aaron ⁊ pncipes synagoge filios ca
ath p cognationes ⁊ domos pr̃m suoꝝũ
a triginta annis ⁊ sup̃ vsq̃z ad annũ q̃nq̃
gesimũ. oẽs qui ingrediunt̃ ad mĩsteri
uz tabernaculi federꝭ. ⁊ inuẽti sunt duo
milia septingẽti quinq̃ginta. Hic ẽ nũe
rus ppl̃i caath qui intrãt tabernaculũ fe
derꝭ. Hos nũerauit moyses ⁊ aarõ iuxta
ꝓmonẽ dñi p manũ moysi. Nũerati sũt
⁊ filij gerson p cogtiões ⁊ domos patrũ
suoꝝ a triginta annis ⁊ sup̃ vsq̃z ad q̃nq̃
gesimũ ãnũ. oẽs qui ĩgrediũtur, vt mi
nistret in tabnaculo federis. ⁊ inuẽti sunt
duo milia sexcẽti triginta. Hic est ppl̃s
gersonitarũ. q̃s nũerauerũt moyses et
aarõ iuxta ꝛbũ dñi. Nũerati sunt ⁊ filij
merari p cognationes ⁊ domos patruz
suoꝝ a trigĩta annis ⁊ sup̃ vsq̃z ad annũ
quinq̃gesimũ. oẽs qui ĩgrediunt̃ ad ex
plẽdos rit⁹ tabnaculi federꝭ. ⁊ ĩuẽti sũt
tria milia ducẽti. Hic ẽ nũer⁹ filioꝝ me
rari: q̃s recẽsuerũt moyses ⁊ aarõ iuxta
ĩpiũ dñi p manũ moysi. Oẽs qui recẽsi
ti sunt de leuitis ⁊ q̃s recẽseri fec̃ ad no
mẽ. moyses ⁊ aarõ ⁊ pncipes isr̃l p cog̃
tiones ⁊ domos pr̃m suoꝝ a trigĩta an
nis ⁊ sup̃ vsq̃z ad annũ quinq̃gesimũ in
grediẽtes ad mĩsteriũ tabernaculi ⁊ one
ra portãda: fuerũt simul octo milia qui
genti octoginta. Juxta ꝛbũ dñi recẽsu
it eos moyses vnũquẽq̃z iuxta officiuz
⁊ onera sua. sic̃ pcepat ei dñs. V

Locutusq̃z ẽ dñs ad moysen di
cens: Præcipe filijs isr̃l. vt eiici
ant de castris oẽm leprosum et
qui semine fluit. pollutusq̃z est sup̃ mor
tuo. Tam masculũ q̃z feminã eiicite de
castris: ne ꝓtaminẽt ea cũ hĩtauerint vo
biscũ. Fecerũtq̃z ita filij isr̃l ⁊ eiecerũt e
os extra castra sic̃ locut⁹ erat dñs moysi

Locutusq̃z est dñs ad moysen dicẽs: Lo
quere ad filios isr̃l: Cuir siue mulier cuz
fecerint ex oĩb⁹ peccatis q̃ solẽt hoĩb⁹ ac
cidere. ⁊ p negligentiã trãsgressi fuerint
mãdatũ dñi atq̃z delĩq̃rint: ꝓfitebuntur
pctm̃ suũ ⁊ reddẽt ipm caput. quintãq̃z
ptẽ desup̃ ei in quẽ peccauerint. Sin ãt
nõ fuerit qui recipiat. dabũt dño ⁊ erit
sacerdotis. excepto ariete qui offerr̃ p ex
piatiõe vt sit placabil̃ hostia. Oẽs q̃z pri
mitie q̃s offert filij isr̃l ad sacerdotẽ pti
nẽt. ⁊ quicq̃d in scũariũ offerr̃ a singul
⁊ tradit̃ manib⁹ sacdotis. ipius erit. Lo
cutusq̃z est dñs ad moysen dicens. Lo
q̃re ad filios isr̃l. ⁊ dices ad eos: Cuir cu
ius vxor errauerit. maritũq̃z ꝓtẽnẽs vxo
rem cũ alĩo viro. ⁊ ꝺ marit⁹ dẽ p̃hẽde
re nõ quiuerit fz latet adulteriũ ⁊ testi
bus argui nõ põt. qz nõ est iuẽta in stu
pro: si spũs ẓelotypie ꝓcitauerit virum
vxorẽ suã q̃ vl̃ polluta est. vel falsa suspi
tiõe appetit̃ adducet eã ad sacerdotẽ. et
offeret oblatiõem p illa decimã partẽ sa
ti farine hordeacee. Nõ fundz sup eã ole
um. nec imponet thus qz sacrificiũ ẓelo
typie est. ⁊ oblatio inuestigãs adulteriũ
Offeret igit̃ eã sacerdos ⁊ statuet coraz
dño: assumetq̃z aquã scãm in vase ficti
li. ⁊ paxillũ terre de pauimẽto taberna
culi mittet in eã. Cumq̃z steterit mulier
in ꝓspectu dñi. discoopiet caput ei⁹ ⁊ po
net sup̃ man⁹ illius sacrificiũ recordatõ
nis ⁊ oblatiõem ẓelotypie. Ipse aũt te
nebit aq̃s amarissimas in quib⁹ cũ execr̃
tiõe maledicta ꝓgessit: adiurabitq̃z eã ⁊
dicet: Si ñ dormiuit vir alien⁹ tecũ. ⁊ si
nõ polluta es deserto mariti thoro: non
te nocebũt aq̃ iste amarissime in q̃s ma
ledicta ꝓgessi. Sinaũt declinasti a viro
tuo atq̃z polluta es. ⁊ ꝓcubuisti cum al
tero: his maledictiõib⁹ subiacebis. Det
te dñs in maledictiõez. exẽplũq̃z cũctoꝝ
in popl̃o suo. Putrescere faciat femur
tuũ. ⁊ tumẽs vterus tuus dirũpat̃. Ingre
diant̃ aque maledicte in ventrẽ tuũ
⁊ vtero tumescẽte putrescat femur. Et
respõdebit mulier. Amen. amen. Scri
betq̃z sacerdos in libello ista maledicta:

⁊ delebit ea aquis amarissimis in quas maledicta congessit. ⁊ dabit ei bibere. Quas cum exhauserit. tollet sacerdos de manu eius sacrificiū çelotypie ⁊ eleuabit illud corā dño. imponetq; illd̄ super altare: ita dūtaxat vt prius pugillū sacrificij tollat de eo quod offertur ⁊ incēdat sup̄ altare. ⁊ sic potum det muleri aq̄s amarissimas. Quas cū biberit si polluta est. ⁊ ɔtēpto viro adulterij rea: p̄trāsibūt eā aq̄ maledictionis. ⁊ inflato ventre cōputrescet femur: eritq; mulier in maledictiōem ⁊ in exempluz oī populo. Q̄ si polluta nō fuerit: erit innoxia ⁊ faciet liberos. Ista est lex çelotipie. Si declinauerit mulier a viro suo. ⁊ si polluta fuerit maritusq; çelotipie spiritu ɔcitatus adduxerit eā in ɔspectu domini: ⁊ fecerit ei sacerdos iuxta omīa q̄ scripta sunt: maritus absq; culpa erit. ⁊ illa recipiet iniquitatem suam.

VI

min⁹ deus iſrl̃.Clade deſcẽde:⁊ duc exer
citum in mõtem thaboꝛ:tolleſq; tecum
decem milia pugnatoꝛ de filijs neptaliz
⁊ de filijs zabulõ. Ego autẽ adducaz ad
te in loco toꝛrẽtis ciſon ſyſarã principẽ
exercitus iabin ⁊ currus ei⁹ atq; oẽm mlt̃
titudinẽ:⁊ tradaz eos in manu tua.Di
xitq; ad eam barach:Si vxenis mecũ va
dam:ſi nolueris venire mecum non p/
gam.Que dixit ad eũ. Ivo quidem te/
cum ſed in hac vice victoria nõ reputa
bitur tibi:quia in manu mulieris trade
tur ſyſara.Surrexit itaq; deboꝛa ⁊ pre/
xit cum barach in cedeſ.Qui accerſitis
zabulon ⁊ neptalim aſcendit cum decez
milibꝰ pugnatoꝛ hñs deboꝛã in comita
tu ſuo.Heber aũt cineus receſſerat quõ/
dam a ceteris cineis fratribꝰ filijs ſuis
obab cognati moyſi.⁊ tetenderat taber/
nacula vſq; ad vallẽ que vocat̃ ſennim.
⁊ erat iurta cedes.Nunciatumq; eſt ſy/
ſare q̃ aſcendiſſet barach filius abinoez
in montem thaboꝛ. Et congregauit nõ
gentos falcatos currus.⁊ omnem exer
citum de aroſeth gentium ad toꝛrentẽ
ciſon.Dixitq; deboꝛa ad barach: Sur/
ge.Hec eſt enĩ dies in qua tradidit dñs
ſyſaram in manꝰ tuas. Ecce ipſe ductoꝛ
eſt tuus.Deſcẽdit itaq; barach de mon
te thaboꝛ ⁊ decem milia pugnatoꝛ cum
eo.Perterruitq; dñs ſyſarã ⁊ oẽs cur/
rus eius.vniuerſamq; multitudinem
in oꝛe gladij ad ꝓſpectũ barach intãtuz
vt ſyſara de curru deſiliens pedibꝰ fuge
ret.⁊ barach ꝑſequeret fugiẽtes currus ⁊
exercitum vſq; ad aroſeth gentiũ.⁊ oĩs
hoſtiũ multitudo vſq; ad internitiõem
caderet.Syſara autem fugiens perue/
nit ad tentoꝛiuz iahel vxoꝛis aber cinei.
Erat autẽ pax inter iabin regẽ aſoꝛ.⁊ do
muz aber cinei.Egreſſa igit̃ iahel in oc/
curſuz ſyſare.dixit ad eũ: Intra ad me
dñe mi:ne timeas.Qui ingreſſus tab/
naculũ eius ⁊ optus ab ea pallio dixit
ad eam:Da mihi obſecro paululũ aq̃.
q; ſitio valde.Que aperuit vterem la/
ctis.⁊ dedit ei bibere.⁊ operuit illũ.Dixit
q; ſyſara ad eam:Sta ante oſtiũ taber/
naculi:⁊ cũ venerit aliquis interrogãs te
⁊ dicens:nunquid hic eſt aliquis:rñde
bis:Nullus ẽ. Tulit itaq; iahel vxoꝛa/
ber clauũ tabernaculi aſſumẽs pariter ⁊
malleũ.⁊ ingreſſa abſcõdite ⁊ cum filen
tio.poſuit ſupra tps capitis eius clauũ
percuſſumq; malleo defixit in cerebꝝum
vſq; ad terram:qui ſopoꝛem moꝛtis ſo/
cians defecit:⁊ moꝛtuus eſt. Et ecce ba/
rach ſequẽs ſyſarã veniebat.egreſſaq; ia
hel in occurſuz eius dixit ei:Veni.⁊ oſtẽ/
dam tibi virum quẽ queris.Qui cũ in
traſſet ad eam.vidit ſyſarã iacentẽ moꝛ/

tuuz. ⁊ clauū infixū in tempe eius. Hu
miliauit ergo deus in die illo iabin regē
chanaan corā filijs israel: qui crescebāt
quotidie. ⁊ forti manu opprimebant ia
bin regē chanaā donec delerent eū. V

Cecineruntq; delbora ⁊ barach fi
lius abinoem in illo die dicen/
tes. Qui sponte obtulistis de isra
el aīas vr̄as ad periculuz: bn̄dicite dn̄o.
Audite reges auribꝫ ꝑcipite principes:
Ego sum ego sum q̄ dn̄o canā: psallam
dn̄o deo israel. Dn̄e cum exires de seyr.
⁊ transires ꝑ regiones edom. terra mo/
ta est: celiq; ac nubes distillauerūt aq̄s.
Mōtes fluxerūt a facie dn̄i. ⁊ sinai a facie
dn̄i dī isrl'. In diebꝫ sangar filij anath
in diebꝫ iahel quieuerunt semite ⁊ qui
ingrediebant ꝑ eas ambulauerūt ꝑ cal
les deuios. Cessauerūt fortes in israel
⁊ quieuerūt donec surgeret delbora: sur/
geret mater in israel. Noua bella elegit
dn̄s: ⁊ portas hostiū ipse subuertit. Cly
peus ⁊ hasta si apparuerūt in quadragī/
ta milibꝫ israel. Cor meū diligit princi
pes israel: Qui ꝓpria voluntate obtuli/
stis vos discrimini bn̄dicite dn̄o: qui a/
scenditis sup̄ nitentes asinos. ⁊ sedetis
sup̄ in iudicio ⁊ ābulatis ī via loquimi
ni. Ubi collisi sunt curr⁹ ⁊ hostiū suffo/
catus est exercitus. ibi narrent̄ iusticie
dn̄i. ⁊ clemētia in fortes israel. Tunc de
scendit populus dn̄i ad portas: ⁊ obtinu
it principatum. Surge surge delbora:
surge surge ⁊ loquere canticum. Sur/
ge barach ⁊ apprehende captiuos tuos
fili abinoem. Saluate sunt reliquie po
puli. Dn̄s ī fortibꝫ dimicauit. Et effra/
im deleuit eos in amalech ⁊ post euz ex
beniamin in ꝑpl'os tuos o amalech. De
machir prīcipes descenderūt. ⁊ de çabu
lon qui exercitū ducerent ad bellanduz
Duces ysachar fuere cum delbora. ⁊ ba/
rach vestigia sunt secuti: qui quasi in p̄/
ceps ac baratrū se discrimini dedit. Di/
uiso contra se ruben. magnanimoꝝ re/
perta est contentio. Quare habitas in/
ter duos t̄mīos: vt audias sibilos gre/
gum: Diuiso contra se ruben: magna/
nimoꝝ repta est cōtentio. Galaad trās
iordanem quiescebat. ⁊ dan vacabat na
uibus. Aser habitabat in litore maris.
⁊ in portubus morabatur. zabulon vero
⁊ neptalim obtulerunt aīas suas mor/
ti in regione morome. Venerūt reges
⁊ pugnauerunt: pugnauerūt reges cha
naan in thane iuxta aquas mageddo: ⁊
tamen nihil tulere predantes. De celo
dimicatum est contra eos: stelle manē/
tes in ordine ⁊ cursu suo aduersus sysa
ram pugnauerunt. Torrens cyson tra/
xit cadauera eorum. torrens cadumim
torrens cyson. Cōculca anima mea ro/
bustos. Ungule equorum ceciderunt:
fugientibus impetu. ⁊ preceps ruenti/
bus fortissimis hostiuz. Maledicite ter
re meroç. dixit angelus domini: maledi
cite habitatoribꝫ eius. quia non venerūt
ad auxilium domini. in adiutorium for
tissimoꝝ eius. Benedicta inter mulie/
res iahel vxor aber cinei: ⁊ bn̄dicatur in
tabernaculo suo: Aquam petenti lac de/
dit. ⁊ in ꝓhiala principum obtulit buty
rum. Sinistram manum misit ad cla/
uum. ⁊ dextram ad fabrorum malleos:
percussitq; sysaraz querēs ī capite vul/
neri locū. ⁊ tempus valide ꝑforās. In/
ter pedes eius ruit: defecit ⁊ mortuus ē
Voluebat̄ ante pedes eius: ⁊ iacebat ex
animis ⁊ mirabilis. Per fenestrā respi
ciēs vlulabat mater ei⁹. ⁊ de cenaculo lo
quebat̄. Cur morat̄ regredi currus ei⁹:
quare tardauerūt pedes q̄drigaꝝ illius:
Una sapiētior ceteris vxoribꝫ ei⁹ hec so
crui v̄ba rn̄dit: Forsitā nūc diuidit spo/
lia. ⁊ pulcerrima feminaꝝ eligit̄ ei. Ve/
stes diuersoꝝ coloꝝ sysare traduntur in
predam. ⁊ supellex varia ad ornanda col
la congeritur. Sic pereant omnes ini/
mici tui dn̄e: qui aūt diligunt te: sicut
sol ī ortu suo splēdet. ita rutilēt. Quie/
uitq; terra ꝑ quadraginta annos. VI

Fecerunt autem filij israel ma/
lum in ꝯspectu domini: qui tra/
didit illos in manu madian se/
ptez annis ⁊ oppressi sunt valde ab eis.
Feceruntq; sibi antra ⁊ spelūcas in mō/

tibus. ⁊ munitissima ad repugnādum
loca. Cunq; seuissz israel. ascēdebat ma-
dian ⁊ amalech ceteriq; orientaliuz na-
tionū ⁊ apud eos figentes tētoria. sicut
erant in herbis cūcta vastabant vsq; ad
introitum gaçe. nihilq; omnino ad vi-
tam ꝑtinens relinq̄bant in israel: non
oues. nō boues. non asinos. Ipsi enī ⁊
vniuersi greges eoꝝ veniebāt cū taber-
naculis suis. ⁊ instar locustaꝝ vniuersa
complebant. innūera multitudo hoīm
⁊ cameloꝝ quicquid tetigerāt deuastan
tes. Humiliatusq; est israel valde in cō
spectu madian. Et clamauit ad dn̄m po
stulās auxiliū contra madianitas. Qui
misit ad eos virū prophetaz. ⁊ locutus
est. Hec dicit dn̄s deus israel: Ego vos
feci cōscendere de egypto. ⁊ eduxi vos de
domo seruitutis. ⁊ liberaui de māu egy-
ptioꝝ. ⁊ omniū inimicoꝝ qui affligebāt
vos. Eieciq; eos ad introitū vr̄m. ⁊ tra
didi vobis terraz eoꝝ. ⁊ dixi: Ego domi
nus deus vester. Ne timeatis deos am
morreoꝝ in quoꝝ terra habitatꝫ. Et no-
luistis audire vocē meā. Venit aūt an
gelus domini ⁊ sedit sub quercu q̄ erat
in effra. ⁊ pertinebat ad ioas pr̄em fami
lie eçri. Cunq; gedeon filius eius excu
teret atq; purgaret frumēta in torcula
ri vt fugeret madian: apparuit ei ange
lus dn̄i. ⁊ ait. Dn̄s tecū viroꝝ fortissime
Dixitq; ei gedeō. Obsecro mi dn̄e si do
minus nobiscū est. cur ergo apprehende
rūt nos hec omīa? Vbi sunt mirabilia
eius que narrauer̄t pr̄es nostri atq; di
xerūt: de egypto eduxit nos dn̄s. Nunc
aūt dereliquit nos domin⁹. ⁊ tradidit in
manu madian. Respexitq; ad eū dn̄s et
ait: Vade in hac fortitudine tua ⁊ libera
bis isrl̄ de manu madian. Scito q̄ mi
serim te. Qui rn̄dens ait: Obsecro mi
domīe in quo liberabo israel? Ecce fami
lia mea infima est in manasse. ⁊ ego mi
nimus in domo pr̄is mei. Dixitq; ei do
minus. Ego ero tecū. ⁊ ꝑcuties madian
quasi vnū virū. Et ille: si inueni inquit
gr̄az corā te. da mihi signū q̄ tu sis qui
loq̄ris ad me. Ne recedas hinc donec re
uertar ad te portans sacrificiū ⁊ offerēs
tibi. Qui rn̄dit: Ego p̄stolabor aduētuz
tuū. Ingressus est itaq; gedeon ⁊ coxit
hedū. ⁊ de farine modio açymos panes
carnesq; ponēs in canistro. ⁊ ius carniū
mittens in ollam. tulit oīa sub quercu.
⁊ obtulit ei. Cui dixit angelus domini:
Tolle carnes ⁊ açymos panes. ⁊ pone su
pra petrā illam. ⁊ ius desuꝑ funde. Cun
q; fecisset ita. extēdit āgelus dn̄i summi
tatē virge quā tenebat in manu ⁊ teti-
git carnes ⁊ panes açymos: ascenditq;
ignis de petra ⁊ carnes açymosq; panes
cōsūpsit: āgelus aūt dn̄i euanuit ex ocu
lis eius. Videnscq; gedeon q̄ esset ange
lus dn̄i: ait. Heu mi dn̄e deus: qr vidi
angelū dn̄i facie ad faciē. Dixitq; ei dn̄s
Pax tecū. Ne timeas: nō morierꝫ. Edi-
ficauit g̃ ibi gedeon altare dn̄o vocauit
q; illud. domini pax vsq; in pn̄tem diez.
Cunq; adhuc esset in effra que est fa-
milie eçri. nocte illa dixit dn̄s ad eum:
Tolle taurū pr̄is tui ⁊ alterū taurū an-
noꝝ septē destruesq; aram baal q̄ est pa-
tris tui. ⁊ nemus qd̄ circa aram est suc-
cide. ⁊ edificabis altare dn̄o deo tuo in
summitate petre huius. suꝑ quaz ante
sacrificiū posuisti: tollesq; taurū secun-
dum. ⁊ offeres holocaustū suꝑ struez li-
gnoꝝ que de nemore succideris. Assum
ptis ergo gedeon decē viris de seruis su
is: fecit sicut p̄ceꝑat ei dn̄s. Timēs aūt
domū pr̄is sui. ⁊ hoīes illius ciuitatis ꝑ
diē noluit facere: sed oīa nocte cōpleuit
Cunq; surrexissent viri oppidi eius ma
ne: viderūt d̄structā arā baal lucūq; suc
cisum. ⁊ taurū alteꝝ impositū suꝑ alta-
re qd̄ tunc edificatū erat dixer̄tq; ad in-
uicē: Quis h̄ fecit? Cunq; ꝑquirerent
auctorē facti. dictū est: Gedeon filius
ioas fecit hec omīa. Et dixerūt ad ioas.
Produc filium tuū huc vt moriat̄: qr
destruxit arā baal ⁊ succidit nem⁹. Qui
bus ille rn̄dit: Nunquid vltores estis
baal vt pugnetis ꝓ eo? Qui aduersari⁹
est eius. moriatur anteq̄ lux crastina ve
niat. Si deus est: vindicet se de eo qui
suffodit aram eius. Ex illo die vocatus

est gedeon hierobaal: eo q̄ dixisset ioas
vlciscatur se de eo baal. qui suffodit arā
eius. Igitur omnis madian ⁊ amalech
⁊ orientales ppl'i ꝯgregati sunt simul. ⁊
trāseuntes iordane. castrametati sunt ī
valle ieçrael. Spūs aūt dñi induit ge-
deon. qui clangens buccina cōuocauit
domū abieçer vt seq̄ret̄ se. Misitq̄ nun
cios in vniuersuz manassen: qui ⁊ ipse
secutus ē euz. Et alios nuncios in aser
⁊ çabulon ⁊ neptalim qui occurrerunt
ei. Dixitq̄ gedeon ad dñm: Si saluuz
facis ꝑ manū meaz ppl'm israel sicut lo-
cutus es: ponā h̄ vellus lane ī area. Si
ros in solo vellere fuerit ⁊ in oī terra sic
citas: sciā q̄ ꝑ manū meā sicut locutus
es liberabis israel. Factumq̄ est ita. Et
de nocte ꝯsurgēs exp̄sso vellere conchā
rore impleuit. Dixitq̄ rursus ad dñm:
Ne irascatur furor tuus ꝯtra me: si ad
huc semel temptauero signuz querēs ī
vellere. Oro vt solum vellus siccū sit ⁊
oīs terra rore madens. Fecitq̄ dñs no-
cte illa vt postulauerat. ⁊ fuit siccitas in
solo vellere. ros in omni terra. VII

Igitur hierobaal qui ⁊ gedeon
de nocte cōsurgēs ⁊ oīs ppl's cū
eo: venit ad fontē q̄ vocat̄ arad:
Erāt aūt castra madian in valle ad se-
ptētrionalē plagam collis excelsi. Dixit
q̄ dñs ad gedeon: Multus tecum est
ppl'us. nec tradet̄ madian in manus ei⁹
ne glorie t̄ ꝯtra me isrl'. ⁊ dicat: meis vi-
rib⁹ liberatus sum. Loq̄re ad ppl'm. ⁊ cū
ctis audientib⁹ p̄dica. Qui formidolo-
sus ⁊ timidus est. reuertat̄. Recesserūt
q̄ de mōte galaad. ⁊ reuersi sunt ex ppl'o
vigintiduo milia viroꝝ. ⁊ tm̄ decē milia
remāserūt. Dixitq̄ dñs ad gedeon: Ad
huc ppl'us multus est. Duc eos ad aq̄s
⁊ ibi ꝓbabo illos. ⁊ de quo dixero tibi vt
tecū vadat ipse ꝑgat: quē ire ꝓhibuero.
reuertatur. Cūq̄ descendisset ppl'us ad
aquas. dixit dominus ad gedeon: Qui
manu ⁊ lingua lambuerīt aquas sicut
solent canes lambere. sep̄abis eos seor-
sum: qui aūt curuatis genub⁹ biberint.
in altera parte erunt. Fuit itaq̄ nume-
rus eoꝝ qui manu ad oēs ꝓijciente aq̄s
lambuerant trecēti viri: omnis aūt reli
qua multitudo flexo poplice biberat. Et
ait dñs ad gedeon: In trecentis viris q̄
lambuerunt aquas liberabo vos ⁊ tradā
in manu tua madian: omnis autē reliq̄
multitudo reuertat̄ in locū suum. Sū
ptis itaq̄ ꝑ nūero cibarijs ⁊ tubis oēm
reliquā multitudinē abire p̄cepit ad ta
bernacl'a sua. Et ip̄e cū trecentis viris se
certamī dedit. Castra aūt madian erāt
subter in valle. Eadem nocte dixit dñs
ad eū: Surge ⁊ descende in castra quia
tradidi eos ī manu tua. Sin autez sol⁹
ire formidas. descēdat tecū phara puer
tu⁹. Et cū audieris q̄d loq̄nt̄. tuc ꝯforta
būt̄ man⁹ tue ⁊ securior ad hostiū castra
descēdes. Descēdit ergo ip̄e ⁊ phara pu
er eius in ꝑtem castroꝝ. vbi erant arma
toꝝ vigilie. Madian autez ⁊ amalech ⁊
oēs orientales ppl'i fusi iacebant in val
le vt locustaꝝ multitudo. Cameli autē
innūerabiles erāt. sicut arena que iacet
in litore maris. Cunq̄ venisset gedeon
narrabat aliquis somniū ꝓximo suo. ⁊
⁊ in hūc modum referebat q̄d viderat:
Vidi somnium. ⁊ videbat̄ mihi q̄si sub
cinericius panis ex hordeo volui. ⁊ in ca
stra madiā descēdere. cūq̄ ꝑuenisset ad
tabernaculū. ꝑcussit illud atq̄ subuer-
tit. ⁊ terre funditus coeq̄uit. Rn̄dit is
cui loq̄bat̄. Non est h̄ aliud nisi gladius
gedeonis filij ioas viri israelite. Tradi-
dit enī dñs in manus ei⁹ madian. ⁊ oīa
castra eius. Cūq̄ audisset gedeon som
nium ⁊ interp̄tationē eius. adorauit et
reuersus est ad castra israel. ⁊ ait: Sur-
gite: tradidit eī dñs in man⁹ nr̄as castra
madian. Diuisitq̄ trecentos viros in
tres partes ⁊ dedit tubas in manib⁹ eo
rū. lagenasq̄ vacuas ac lampades ī me
dio lagenaruz. Et dixit ad eos: Q̄d me
facere videritis h̄ facite. Ingrediar par
tem castroꝝ. ⁊ q̄d fecero sectamini. Qñ
personuerit tuba in manu mea: vos q̄z
per castroꝝ circūitū clāgite. ⁊ conclama-
te dño ⁊ gedeoni. Ingressusq̄ est gede-
on ⁊ trecēti viri qui erant cū eo in ꝑtez

Judicum

castroꝝ incipiẽtibꝫ vigilijs noctis me/
die ⁊ custodibꝫ suscitatis ceperunt buc
cinis clangere. ⁊ complodere inter se
lagenas. Cunctꝫ p gyruꝫ castroꝝ in tri/
bus psonarẽt locꝭ. ⁊ hydrias ꝓfregissent
tenuerũt finistris manibꝫ lampades ⁊
dextris sonãtes tubas clamauerũtqꝫ gla/
dius dñi ⁊ gedeonis. ſtãtes singuli ī lo/
co suo p circũitꝫ castroꝝ hostiliũ. Om
nia itaqꝫ castra turbata sunt ⁊ vociferã/
tes vlulãtesqꝫ fugerũt. Et nihilomin⁹
insistebãt trecenti viri buccinis perso/
nantes. Immisitqꝫ dñs gladiũ in oĩbꝫ
castris. ⁊ mutua se cede truncabãt. fugi
entes vsqꝫ ad bethseca ⁊ crepidinez abel
meula in thebbath. Cõclamãtes autez
viri israel de neptalim ⁊ aser ⁊ omi ma/
nasse psequebanꝫ madian. Et dedit domi/
nus victoriã pl'o isrl'in die illa. Misit
qꝫ gedeon nũcios in oẽm mõtem effra/
im dicẽs: Descẽdite ī occursuꝫ madian
⁊ occupate aquas vsqꝫ bethbera atqꝫ ior
danẽ. Clamauitqꝫ oĩs effraim. ⁊ põccu/
pauit aq̃s atꝫ iordanẽ vsqꝫ bethbera. Ap
prehẽsosqꝫ duos viros madian. oreb ⁊
zeb. interfecit oreb in petra oreb: zeb vo
in torcular zeb. Et psecuti sunt madiã
capita oreb ⁊ zeb portantes ad gedeon
trans fluenta iordanis. VIII

Dixerũtqꝫ ad eum viri effraim:
Quid est hoc qꝺ facere voluisti
vt nos nõ vocares cũ ad pugnã
pergeres ꝯ madian? Jurgãtes fortiter
⁊ ppe vim inferentes. Quibꝫ ille rñdit:
Quid enī tale facere potui q̃le vos feci/
stis? Nõne melior est racem⁹ effraim vi
demijs abiezer? In man⁹ vras dñs tra
didit prĩcipes madiã. oreb ⁊ zeb. Quid
tale facere potui q̃le vos fecistis? Qꝺ cũ
locutus esset requieuit spũs eoꝝ q̃ tu/
mebant ꝯ eum. Cunctꝫ venisset gedeon
ad iordanẽ trãsiuit eũ cũ trecẽtis viris
qui secũ erãt. ⁊ pre lassitudine. fugiẽtes
psequi nõ poterãt. Dixitqꝫ ad viros soc
coth: Date obsecro panes pl'o qui me
cum est. qꝫ valde defecerũt: vt possimus
psequi zebee ⁊ salmana reges madian.
Rñderũt princpes soccoth. Forsitã pal
me manuũ zebee ⁊ salmana ī manu tua
sunt ⁊ idcirco postulas vt demus exerci
tui tuo panes. Quibꝫ ille ait. Cuꝫ ergo
tradiderit dñs zebee ⁊ salmana in man⁹
meas. ⁊ cũ reuꝫsus fuero victor in pace
cõterã carnes vras cũ spinis tribulisqꝫ
dextri. Et inde pscẽdẽs venit in phanuel
locutusqꝫ est adviros loci illius similia
Cui ⁊ ille rñderũt sicut rñderãt viri soc
coth. Dixit itaqꝫ eis: Cuꝫ reuꝫsus fuero
victor ī pace: destruã turrim hãc. Zebee
autẽ ⁊ salmana requiescebãt cũ oĩ exer/
citu suo. Quindecim enī milia viri re/
mãserant ex oĩbꝫ turmis orientaliũ pl'o/
ru. cesis cẽtuꝫ viginti milibꝫ bellatoꝝ ⁊
educẽtiuꝫ gladiũ. Ascendensqꝫ gedeon
p viã eoꝝ qui in tabnaculis morabãtur
ad orientalem ptẽ nobe ⁊ iecbaa: percussit
castra hostiũ qui securi erãt. ⁊ nihil adũ/
si suspicabãtur. fugieꝝtqꝫ zebee ⁊ salma/
na q̃s psequẽs gedeon cõprehẽdit tur/
bato oĩ exercitu eoꝝ. Reuẽtensqꝫ de bello
ante solis ortũ apprehendit puerũ de vi
ris soccoth: interrogauitqꝫ eũ noĩa prĩ/
cipũ ⁊ senioꝝ soccoth. ⁊ ꝺscripsit septua
gintaseptẽ viros. Venitqꝫ ad soccoth.
⁊ dixit eis: En zebee ⁊ salmana sup quibꝫ
exprobrastis mihi dicẽtes: Forsitan ma/
nus zebee ⁊ salmana ī manibꝫ tuis sunt
⁊ idcirco postulas vt demus viris q̃ las/
si sunt ⁊ defecerũt panes. Tulit ergo se
niores ciuitatis. ⁊ spinas deserti ac tri/
bulos. ⁊ ptriuit cũ eis atqꝫ cõminuit vi
ros soccoth. Turrĩ q̃qꝫ phanuel subũtit
occisis habitatoribꝫ ciuitatĩ. Dixitqꝫ ad
zebee ⁊ salmana: Quales fuerũt viri q̃s
occidistis in thabor? Qui rñderũt: Si/
miles tui: ⁊ vnus ex eis q̃si filius regis.
Quibꝫ ille rñdit. frẽs mei fuerunt filij
mris mee. Juiuit dñs: qꝺ si fuasset eos
nõ vos occiderẽ. Dixitqꝫ iether primo/
genito suo: Surge ⁊ interfice eos. Qui
nõ edurit gladiũ. Timebat enī qꝺ adhuc
puer erat. Direruntqꝫ zebee ⁊ salmana:
Tu surge ⁊ irrue in nos: qꝺ iuxta etatez
robur est hominis. Surrexit gedeon ⁊
interfecit zebee ⁊ salmana. ⁊ tulit orna/
mẽta ac bullas quibus colla regalium

camelorꝫ decorari solent. Dixerũtq̃ om
nes viri isrl' ad gedeon: Dñare nr̃i tu ⁊
filiꝰ tuus ⁊ filiꝰ filij tui: qꝛ liberasti nos
de manu madian. Quibꝫ ille ait: Nõ do
minabor vr̃i. nec dñabit̃ in vos filus me
us. sed dñabitur vobis dñs. Dixitq̃ ad
eos: Vnã petitionem postulo a vob. Da
te mihi inaures ex preda vr̃a. Inaures
enĩ aureas hismaelite hr̃e cõsueuerant
Qui rñderũt. Libentissime dabimus:
Expandẽtesq̃ sup terrã palliũ ꝓiecer̃t
in eo inaures de preda. ⁊ fuit põdus po
stulataꝝ inauriuꝫ mille septingẽti auri
sicli. absq̃ ornamẽtis ⁊ monilibꝫ ⁊ veste
purpurea quibꝫ reges madian vti soli
ti erant. ⁊ p̃ter torques aureas camelo
rũ. Fecitq̃ ex eo gedeon ephot. ⁊ posuit
illud in ciuitate sua ephra. Fornicatus
q̃ est oĩs israel in eo. ⁊ factũ est gedeoni
⁊ oĩ domui eius in ruinã. Hũiliatus ẽ
aũt madian corã filijs israel nec potuer̃t
vltra ceruices eleuare: sed quieuit ter
ra ꝑ q̃draginta annos quibꝫ gedeõ pre
fuit. Abijt itaq̃ hierobaal filius ioas ⁊
habitauit ĩ domo sua habuitq̃ septua
ginta filios qui egressi sunt de femore
eius: eo ꝙ plures hr̃et vxores. Cõcubi
na aũt illius quam habebat in sychem
genuit ei filiũ nomĩe abimelech. Mor
tuusq̃ est gedeon filius ioas in senectu
te bona. ⁊ sepultus est in sepulcro ioas
patris sui in ephra de familia esri. Po
stq̃ aũt mortuꝰ est gedeon. auersi sunt
filij isrl'. ⁊ fornicati sunt in baalim. Per
cusseruntq̃ cũ baal fedus vt esset eis in
deũ: nec recordati sũt dñi dei sui q̃ eruit
eos de manibꝫ inimicoꝝ suoruꝫ oĩm per
circũitũ: nec fecer̃t mĩaꝫ cũ domo hiero
baal gedeõ iuxta oĩa bona q̃ fecerat isrl'i

Abijt aũt abimelech filiꝰ hie/IX
robaal in sychem ad frẽs mr̃is
sue. ⁊ locutꝰ est ad eos ⁊ ad oẽm
cognationeꝫ domus pr̃is matrisq̃ sue
dicens. Loquimini ad oẽs viros sychez
Quid vobis est melius. vt dominẽtur
vestri septuaginta viri omnes filij hie
robaal. an vt dñetur vobis vnus vir?
Simulq̃ ꝯsiderate. qꝛ os vr̃m et caro
vr̃a sum. Locutiq̃ sunt fratres matris
eius de eo ad oẽs viros sychem vniuer
sos ꝑmones istos: ⁊ inclinauerũt cor eo
rũ post abimelech dicentes: Frater no
ster est. Dederũtq̃ illi septuaginta pon
dera argenti de phano baal berith. Qui
cõduxit sibi ex eo viros inopes ⁊ vagos
secutiq̃ sũt eũ. Et venit ĩ domũ pr̃is sui
in ephra. ⁊ occidit frẽs suos filios hiero
baal septuaginta viros sup lapidẽ vnũ
Remansitq̃ ioathan filiꝰ hierobaal mi
nimus. ⁊ abscõditꝰ est. Cõgregati sunt
aũt oẽs viri sychem ⁊ vniuerse familie
vrbis mello: abierũtq̃ ⁊ ꝯstituerũt re
gem abimelech iuxta quercum que sta
bat in sychem. Qd̃ cum nunciatũ esset
ioathan iuit ⁊ stetit in vertice mõtis ga
riçim: eleuataq̃ voce clamauit et dixit:
Audite me viri sychez ita vt audiat vos
dñs: Jerũt ligna vt vngerent sup se re
gem. Dixerũtq̃ oliue. Impera nobis.
Que rñdit: Nũquid possuꝫ deserere pin
guedinẽ meã q̃ ⁊ dij vtũtur ⁊ hoĩes ⁊ ve
nire vt inter ligna promouear? Dixer̃t
q̃ ligna ad arborẽ ficũ: Veni ⁊ sup nos
regnum accipe. Que respondit eis: Nũ
quid possum deserere dulcedinem meã
fructusq̃ suauissimos. ⁊ ire vt int̃ cete
ra ligna promouear? Locutaq̃ sunt li
gna ad vitẽ: Veni ⁊ impera nobis. Que
respondit eis. Nunquid possum desere
re vinũ meum quod letificat deuꝫ ⁊ ho
mines. ⁊ inter ligna cetera promoueri?
Dixeruntq̃ omĩa ligna ad rhãnuꝫ: Ve
ni ⁊ impera super nos. Que respondit
eis: Si vere me regem vobis constitui
tis. venite ⁊ sub vmbra mea requiescite
Si autẽ non vultis egrediatur ignis
de rhãno. ⁊ d̃uoret cedros libani. Nunc
igitur si recte ⁊ absq̃ peccato constitui
stis super vos regem abimelech. ⁊ bene
egistis cum hierobaal ⁊ cum domo eiꝰ
⁊ reddidistis vicem beneficijs eius qui
pugnauit ꝓ vobis ⁊ animã suam dedit
periculis vt erueret vos de manu madi
an qui nunc surrexistis contra domum
patris mei. ⁊ interfecistis filios eius se
ptuaginta viros super vnum lapidem

⁊ constituistis regem abimelech filium
ancille eius super habitatores sychez eo
q̄ frater vester sit. Si ergo recte ⁊ absq̄
vitio egistis cum hierobaal ⁊ domo ei⁹
hodie letemini in abimelech. ⁊ ille letet̄
in vobis. Sin aūt peruerse: egrediatur
ignis ex eo. ⁊ ꝯsumat hītatores sychem
⁊ oppiduz mello: egrediaturq̄ ignis de
viris sychem ⁊ de oppido mello. ⁊ deuo-
ret abimelech. Que cū dixisset fugit et
abijt in bera: habitauitq̄ ibi ob metum
abimelech fratris sui. Regnauit itaq̄
abimelech sup̄ israel trib⁹ annis. Misit
q̄ dn̄s spiritū pessimū inter abimelech
⁊ habitatores sychez qui ceperunt eum
detestari. ⁊ scelus interfectionis septua
ginta filiorum hierobaal ⁊ effusionem
sanguinis eoꝝ conferre in abimelech
fratrē suū. ⁊ in ceteros sychimoꝝ princi
pes qui eum adiuuerant: Posuerūtq̄
insidias aduersum eum in summitate
mōtium. ⁊ dum illius p̄stolabātur ad-
uētū. exercebāt latrocinia agētes p̄das
de pretereūtib⁹. Nūciatumq̄ est abime
lech. Venit aūt gaal filius obed cuz fra-
trib⁹ suis: ⁊ trāsiuit in sychymā. Ad cu-
ius aduentū erecti habitatores sychem
egressi sunt in agros vastantes vineas
vuasq̄ calcātes. ⁊ factis cantātiū choris
ingressi sunt phanū dei sui ⁊ inter epu-
las ⁊ pocula maledicebāt abimelech cla
mante gaal filio obed: Quis est iste abi
melech. ⁊ que est sychem vt ꝑuiamus ei
Nunquid non est ipse filius hierobaal
⁊ cōstituit principem çebul ꝑuuz suum
super viros emor p̄tis sychem. Cur er-
go ꝑuiemus ei: Vtinā daret aliquis po
pulū istū sub manu mea vt auferrez de
medio abimelech. Dictūq̄ est abime-
lech. Cōgrega exercitus multitudinez:
⁊ veni. Zebul enī princeps ciuitatis au
ditis ꝑmonib⁹ gaal filij obed iratus est
valde. ⁊ misit clam ad abimelech nunci
os dicens: Ecce gaal filius obed venit ī
sychimā cū fratrib⁹ suis: ⁊ oppugnat ad
uersum te ciuitatē. Surge itaq̄ nocte
cum ꝓpl'o qui tecum est. ⁊ latita in agro
⁊ p̄rio mane oriēte sole irrue sup̄ ciuita
tem. Illo autē egrediente aduersuz te
cum ꝓpl'o suo. fac ei q̄d potueris. Sur-
rexit itaq̄ abimelech cū oī exercitu suo
nocte ⁊ tetendit insidias iuxta sychimā
in quattuor locis. Egressusq̄ est gaal fi-
lius obed. ⁊ stetit in introitu porte ciui-
tatis. Surrexit autez abimelech ⁊ oīs
exercitus cū eo de insidiaꝝ loco. Cunq̄
vidisset ꝓpl'm gaal. dixit. ad çebul: Ecce
de mōtib⁹ multitudo descēdit. Cui ille
rn̄dit: Vmbras montiū vides quasi ca
pita hoīm. ⁊ hoc errore d̄cipis. Rursum
q̄ gaal ait. Ecce ꝓpl'us de vmbilico ter-
re descēdit. ⁊ vnus cuneus venit per vi-
am que respicit quercū. Cui dixit çebul
Vbi est nūc os tuū quo loq̄baris: quis
est abimelech vt ꝑuiamus ei. Nōne hic
ꝓpl'us est quē despiciebas: Egredere et
pugna ꝯtra eū. Abijt ergo gaal expectā-
te sychimoꝝ ꝓpl'o ⁊ pugnauit ꝯtra abi-
melech qui p̄secut⁹ est eū fugiētem ⁊ in
vrbem cōpulit. Ceciderūtq̄ ex p̄te eius
plurimi vsq̄ ad portā ciuitatis. ⁊ abime
lech sedit in ruma. Zebul autem gaal ⁊
socios eius expulit de vrbe. nec ī ea pas-
sus est commorari. Sequenti ergo die
egressus est ꝓpl'us in campū: q̄d cuz nū-
ciatū esset abimelech. tulit exercitū suū
⁊ diuisit in tres turmas: tēdēs insidias
in agr⁹. Vidēsq̄ q̄ egrederet̄ ꝓpl'us de ci
uitate surrexit ⁊ irruit in eo cum cuneo
suo oppugnās ⁊ obsidēs ciuitatez. due
aūt turme palātes p̄ cāpuz adu̇sarios p̄
seq̄bātur. Porro abimelech oī die illo
oppugnabat vrbē: quā cepit interfectis
habitatorib⁹ eius: ipsa q̄z destructa. ita
vt sal in ea disp̄geret. Quod cū audis-
sent qui habitabāt in turre sychimorū:
ingressi sunt phanū dei sui berith vbi fe
dus cū eo pepigerāt. ⁊ ex eo locus nomē
accep̄at: qui erat munitus valde. Abi-
melech q̄z audiēs viros turris sychimo
rum pariter cōglobatos. ascēdit in mō-
tem selmon cū omni populo suo. ⁊ arre
pta securi precidit arboris ramum: im-
positumq̄ ferens humero. dixit ad so-
cios: Quod me vidistis facere. cito fa-
cite. Igitur certatim ramos de arborib⁹

precidētes seq̄bant̄ ducē. Qui circūdā-
tes p̄sidiū succēderūt. atz ita factū est vt
fumo ⁊ igne mille hoīm necarent̄ viri
pariter ⁊ mlieres hītatoꝝ turris sychez
Abimelech aūt inde ꝓficiscēs venit ad
oppidū thebes: qd̄ circūdans obsidebat
exercitu. Erat aūt turris excelsa in me-
dia ciuitate ad quā ꝯfugerāt simul viri
ac mulieres ⁊ oēs prīcipes ciuitat̄, clau-
sa firmissime ianua. ⁊ sup̄ turris tectuz
stātes p̄ ꝓpugnacula. Accedēsq̄ abime-
lech iuxta turrim pugnabat fortiter. et
appropinquās ostio ignē supponere ni-
tebat̄. Et ecce vna mulier fragmen mo
le desup̄ iaciēs illisit capiti abimelech ⁊
cōfregit cerebrū eius. Qui vocauit cito
armigerū suū. ⁊ ait ad eū: Euagina gla
dium tuuz ⁊ p̄cute me: ne forte dicat̄ q̄
a femina interfect⁹ sim. Qui iussa p̄fici
ens int̄fecit eū. Illo q̄z mortuo oēs qui
cū eo erāt de isrl̄. reuersi sunt in sedes su-
as. ⁊ reddidit deus malū qd̄ fecerat abi-
melech ꝯ p̄tem suū interfectis septua-
ginta fratribꝫ suis. Sychimitis q̄z qd̄
opati erāt retributū est. ⁊ venit sup̄ eos
maledictio ioathan filij hierobaal. X

Post abimelech surrexit dux in
israel thola filius phua patrui
abimelech vir de ysachar q̄ ha-
bitauit in sanir mōtis effraim. ⁊ iudica
uit israel viginti ⁊ tribꝫ annis: mortu-
usq̄ est ac sepultus in sanir. Huic suc-
cessit iair galaadites qui iudicauit isra-
el p̄ viginti ⁊ duos ānos: hn̄s triginta
filios sedētes sup̄ triginta pullos afina
rū ⁊ principes trigīta ciuitatū q̄ ea noīe
eius sunt appellate anothiair. i. oppida
iair vsq̄ in p̄ntem diem in terra galaad
Mortuusq̄ ē iair ac sepult⁹ in loco cui
est vocabulū camon. Filij aūt isrl̄ pecca-
tis veteribꝫ iūgētes noua. fecerūt malū
in ꝯspectu dn̄i. ⁊ ꝯuierūt idolis baalim
⁊ astaroth ⁊ dijs syrie ac sidonis ⁊ moab
⁊ filioꝝ āmon ⁊ philistijm: dimiserūtq̄
dn̄m ⁊ nō coluerūt euz. Contra q̄s dn̄s
iratus tradidit eos in man⁹ philistijm
⁊ filioꝝ āmon: afflictiq̄ sunt ⁊ vehemen
ter oppressi p̄ annos decē ⁊ octo oēs qui
habitabāt trās iordanē ī terra ammor-
rei que est in galaad: intantū vt filij am
mon iordane trāsmisso vastarēt iudam
⁊ beniamin ⁊ effraim. Afflictusq̄ est isrl̄
nimis. Et clamātes ad dn̄m dixerunt.
Peccauimus tibi: qꝛ dereliquim⁹ dn̄m
deū nr̄m ⁊ ꝯuiuim⁹ baalim. Quibꝫ lo-
cutus est dn̄s. Nunquid non egyptij et
ammorrei filijq̄ āmon ⁊ philistijm. si-
donij q̄z ⁊ amalech ⁊ chanaan oppresserūt
vos. ⁊ clamastis ad me ⁊ erui vos de ma
nu eoꝝ? Et tn̄ reliq̄stis me ⁊ coluistis de
os alienos. Idcirco nō addam vt vltra
vos liberē. Ite ⁊ inuocate deos q̄s elegi
stis. Ipsi vos liberent in tp̄e angustie.
Dixeruntq̄ filij isrl̄ ad dn̄m. Peccaui-
mus: redde tu nob̄ quicq̄d tibi placet:
tm̄ nūc libera nos. Que dicentes oīa de
finibꝫ suis alienoꝝ deoꝝ idola ꝓiecerūt
⁊ ꝯuiernnt dn̄o deo: qui doluit sup̄ mise
rijs eoꝝ. Itaq̄ filij āmon cōclamātes ī
galaad fixere tētoria: ꝯtra q̄s ꝯgregati fi
lij isrl̄. ī maspha castrametati sunt. Di-
xeruntq̄ principes galaad singuli ad p̄-
ximos suos. Qui prim⁹ ex nob̄ cōtra fi-
lios ammon ceperit dimicare: erit dux
populi galaad. XI

Fuit itaq̄ illo in tp̄e iepthe gala
adites vir fortissimus atq̄ pug̃
tor. filius mulieris meretricis
qui natus est de galaad. Habuit aūt ga
laad vxorem de qua suscepit filios: qui
postq̄z creuerant eiecerūt iepthe dicen-
tes: Heres in domo patris nostri eē nō
poteris quia de adultera mr̄e natus es
Quos ille fugiens atq̄ deuitans habi
tauit in terra thob. Congregatiq̄ sunt
ad eum viri inopes ⁊ latrocinantes. et
quasi principem sequebantur. In illis
diebꝫ pug̃bāt filij āmō ꝯ isrl̄ q̄bꝫ acriter
instātibꝫ perrexerūt maiores natu de ga
laad vt tollereut in auxilium sui iepthe
de terra thob. Dixeruntq̄ ad eum: Ve-
ni ⁊ esto princeps noster. ⁊ pugna ꝯtra
filios ammon. Quibus ille respondit:
Nonne vos estis qui odistis me ⁊ eieci-
stis de domo patris mei. ⁊ nunc venistis
ad me necessitate compulsi? Dixerūtq̄

principes galaad ad iepthe: Ob hāc igit̄
causam nūc ad te venim⁹ vt ꝓficiscaris
nobiscū. ⁊ pugnes ꝯ filios ammō: fisq̄
dux oīm qui habitāt in galaad. Iepthe
q̄z dixit eis. Si vere venistis ad me vt
pugnē ꝑ vobis ꝯ filios āmon: tradide-
ritq̄ eos dn̄s in manus meas. ego ero
vester princeps? Qui rn̄derūt ei. Dn̄s
qui hec audit ipse mediator ac testis est
q̄ nr̄a ꝓmissa faciemus. Abijt itaq̄ ie-
pthe cū principibꝫ galaad fecitq̄ eū oīs
ꝑpl̄s principez sui. Locutusq̄ est iepthe
oēs s̄mones suos corā dn̄o in maspha.
Et misit nūcios ad regē filioꝝ ammon
qui ex ꝑsona sua dicerēt: Quid mihi et
tibi est: q̄r venisti ꝯ me vt vastares terrā
meā? Quibꝫ ille rn̄dit: Quia tulit isrl̄
terrā meā qn̄ ascēdit de egypto: a finibꝫ
arnon vsq̄ ieboc atq̄ iordanē. Nūc g̊ cuz
pace redde mihi eā. Per q̄s rursuz mā-
dauit iepthe: ⁊ imperauit eis vt dicerēt
regi ammō. Hec dicit iepthe: Nō tulit
israel terrā moab nec terrā filioꝝ āmon
sed qn̄ de egypto ꝯscenderēt. ambulauit
ꝑ solitudinē vsq̄ ad mare rubrū ⁊ venit
in cades. Misitq̄ nūcios ad regē edō di-
cens: Dimitte vt trāseā terram tuam.
Qui noluit acquiescere p̄cibꝫ ei⁹. Misit
q̄z ad regē moab: qui ⁊ ipse transituz p̄-
bere ꝯtempsit. Mansit itaq̄ in cades et
circūiuit ex latere terrā edom ⁊ terram
moab. Venitq̄ ad oriētalē plagaz terre
moab. ⁊ castrametat⁹ est trās arnon: nec
voluit intrare termīos moab. Arnō q̄p
pe ꝯfinium est terre moab. Misit itaq̄
israel nūcios ad seon regez āmorreoꝝ q̄
hītabat in esebon. ⁊ dixerunt ei. Dimit-
te vt trāseam per terrā tuā vsq̄ ad fluui-
um. Qui ⁊ ipse israel v̄ba despiciēs nō
dimisit eū trāsire ꝑ terminos suos: sed
infinita multitudīe ꝯgregata egressus
est cōtra eū in iasa. ⁊ fortiter resistebat.
Tradiditq̄ eū dn̄s in manu israel com
omni exercitu suo ⁊ ꝑcussit eum ⁊ posse-
dit oēm terrā ammorrei hītatoꝝ regio-
nis illius ⁊ vniuersos fines eius de ar-
non vsq̄ ieboc ⁊ de solitudine vsq̄ ad ior-
danem. Domin⁹ ergo de⁹ israel subuer-
tit ammorreū pugnantē ꝯtra illum po-
pulo suo israel. Et tu nūc vis possidere
terram eius? Nōne ea que possedit cha-
mos de⁹ tuus tibi iure debentur? Que
aūt dn̄s deus noster victor obtinuit. in
nr̄am cedent possessionez. Nisi forte me-
lior es balac filio sephor rege moab. aut
docere potes q̄ iurgatus sit ꝯtra israel
⁊ pugnauerit ꝯ eū qn̄ hītauit in esebon
⁊ viculis ei⁹ ⁊ in aroer ⁊ villis illius. vel
in cūctis ciuitatibꝫ iuxta iordanē ꝑ tre-
centos annos? Quare tanto tp̄e nihil
sup̄ hac repetitione temptasti? Igitur
nō ego pecco in te. sed tu ꝯtra me male
agis indicens mihi bella non iusta. Iu-
dicet dn̄s arbiter huius diei int̄ isrl̄ ⁊ fi-
lios ammon. Noluitq̄ acquiescere rex
filioꝝ āmō v̄bis iepthe q̄ per nūcios mā-
dauerat. Fact⁹ est ergo sup̄ iepthe spūs
dn̄i ⁊ circūiens galaad ⁊ manasse. mas-
pha q̄z galaad. ⁊ inde trāsiens ad filios
ammon votū vouit dn̄o dicēs: Si tra-
dideris filios āmon in man⁹ meas qui-
cunq̄ prim⁹ fuerit egressus de foribꝫ do-
mus mee. mihiq̄ occurrerit reuerten-
ti cū pace a filijs āmon: eū holocaustuz
offerā dn̄o. Trāsiuitq̄ iepthe ad filios
ammon vt pugnaret contra eos quos
tradidit dominos in manus eius. per-
cussitq̄ ab aroer vsq̄ dum venias ī mē-
nithviginti ciuitates. ⁊ vsq̄ ad abel que
est vineis consita plaga magna nimis.
humiliatiq̄ sunt filij ammon a filijs is-
rael. Reuertenti autē iepthe in maspha
domum suam: occurrit ei vnigenita fi-
lia sua cum tympanis ⁊ choris. Non eī
habebat alios liberos. Qua visa scidit
vestimēta sua ⁊ ait: Heu me filia mi: de-
cepisti me. ⁊ ip̄a decepta es. Ap̄ui enī os
meū ad dn̄m. ⁊ aliđ facere nō poto. Cui
illa rn̄dit: Pater mi: si ap̄uisti os tuum
ad dn̄z. fac mihi q̄đcūq̄ pollicit⁹ es ꝯces-
sa tibi vltiōe atz victoria de hostibꝫ tuis
Dixitq̄ ad p̄rez: Hoc solū mihi p̄sta q̄đ
đp̄cor. Dimitte me vt duobꝫ mēsibꝫ cir-
cūeā mōtes. ⁊ plāgā v̄gītatē meā cū so-
dalibꝫ meis. Cui ille rn̄dit: Vade. Et
dimisit eā duobꝫ mēsibꝫ: cūq̄ abisset cū

ſocijs ac ſodalib⁹ ſuis: flebat virginitatez ſuã in mõtib⁹. Expletiſq; duob⁹ mẽſibus. reuerſa eſt ad ꝓtem ſuũ. ⁊ fecit ei ſicut vouerat. Que ignorabat virũ. Et inde mos increuit in iſrael. ⁊ ꝓſuetudo ſuata eſt: vt poſt anni circulũ ꝓueniant in vnũ filie iſrael. ⁊ plangãt filiã iepthe galaadite dieb⁹ quattuor. XII

Ece aũt in effraim orta eſt ſedi-tio. Nam trãſeuntes ꝓtra aquilonẽ. dixerũt ad iepthe: Quare vadẽs ad pugnã ꝓtra filios ammon vocare nos noluiſti: vt ꝓgeremuſ tecum? Igitur incendem⁹ domũ tuã. Quib⁹ ille rñdit. Diſceptatio erat mihi ⁊ pp̃lo meo ꝯ filios ammon vehemẽs: vocaui q; vos vt ꝓpetretis mihi auxiliũ. ⁊ facere noluiſtis. Qõ cernẽs. poſui aiam meaz in manib⁹ meis trafiuiq; ad filios ãmõ ⁊ tradidit eos dom̃n⁹ in manus meas Quid cõmerui: vt aduerſum me conſurgatis in ꝓlũ? Clocatis itaq; ad ſe cũctis viris de galaad pugnabat ꝯ effraiz. Percuſſerũtq; viri galaad effraim. qz dixerat: fugitiuus eſt galaad de effraim ⁊ habitat in medio effraim ⁊ manaſſe. Occupauerũtq; galaadite vada iordanis per que effraim reuerſur⁹ erat. Cũq; veniſſet ad ea de effraim numero fugiẽs atq; diriſſet: obſecro vt me trãſire ꝓmittas. dicebant ei galaadite: Nũq̃d effrateus es? Quo dicẽte. nõ ſum. interrogabãt eũ. Dic g̃ ſebboleth qõ interp̃tat̃ ſpica. Qui rñdebat chebboleth. eadez lẽa. ſpicã exꝓimere nõ valens ſtatimq; apprehẽſum iugulabãt in ipſo iordãis trãſitu. Et ceciderũt in illo tpe de effraĩ quadragĩtaduo milia. Judicauit itaq; iepthe galaadites iſrael ſex annis. ⁊ mortuus eſt ac ſepultus in ciuitate ſua galaad. Poſt hũc iudicauit iſrael abeſſan de bethleẽ: qui habuit triginta filios et totidez filias. Quas emittẽs foras maritis dedit. ⁊ eiuſdez numeri filijs ſuis accepit vxores. introducẽs in domũ ſuam. Qui ſeptez annis iudicauit iſrael: mortuuſq; eſt ac ſepultus in bethleem. Cui ſucceſſit abialon zabulonites. ⁊ iudicauit iſrael decem annis: mortuuſq; eſt ac ſepult⁹ in zabulõ. Poſt hũc iudicauit iſrael abdon filius hellel pharatonites qui habuit q̃draginta filios ⁊ triginta ex eis nepotes aſcendentes ſup ſeptuagĩta pullos aſinaz. ⁊ iudicauit iſrl octo annis: mortuuſq; eſt ac ſepultus i pharatõ terre effraim ĩ mõte amalech.

Rurſumq; filij iſrael fece XIII cerũt malũ in ꝓſpectu dñi q̃ tradidit eos in manus philiſtinorum quadraginta annis. Erat aũt quidam vir de ſaraa ⁊ de ſtirpe dan nomine manue hñs vxorẽ ſterilem: cui apparuit angelus dñi. ⁊ dixit ad eaz. Sterilis es ⁊ abſq; liberis. ſed concipies ⁊ paries filiũ. Caue ergo ne bibas vinũ ac ſicerã. nec immũduz quicq; comedas: qz cõcipies ⁊ paries filiũ: cuius nõ tanget caput nouacula. Erit enĩ naçareus dei ab infantia ſua ⁊ ex matris vtero. ⁊ ipe incipiet liberare iſrael de manu philiſtinoz. Que cum veniſſet ad maritũ ſuuz dixit ei: Vir dei venit ad me hñs vultũ angelicũ: terribilis nimis. Quem cuz interrogaſſem quis eſſet ⁊ vnde veniſſ ⁊ q̃ nõie vocaretur: noluit mihi dicere. ſed hꝰ rñdit: Ecce ꝓcipies ⁊ paries filiuz Caue ne vinũ bibas nec ſiceraz ⁊ ne aliquo veſcaris immũdo. Erit ei puer naçareus dei ab infantia ſua ⁊ ex vtero matris ſue vſq; ad diem mortis ſue. Orauit itaq; manue dominum ⁊ ait: Obſecro domine vt vir dei quem miſiſtine veniat iterum ⁊ doceat nos quid debeam facere de puero qui naſcitur⁹ eſt. Exaudiuitq; dominus deprecantem manue ⁊ apparuit rurſum angel⁹ dñi mulieri ſedenti in agro. Manue autem maritꝰ eius non erat cum ea. Que cum vidiſſ angelum feſtinauit ⁊ cucurrit ad virum ſuum. nunciauitq; ei dicens: Ecce apparuit mihi vir quem ante videraz. Qui ſurrexit ⁊ ſecutus eſt vxorem ſuam: venienſq; ad virum dixit ei: Tu es qui locut⁹ es mulieri? Et ille rñdit: Ego ſum. Cui manue: qñ inq̃t ſermo tu⁹ fuerit expletus q̃d vis vt faciat puer. aut a q̃ ſe

obseruare debebit? Dixitq; angelus dñi ad manue. Ab oĩbꝫ q̃ locutꝰ sum vxori tue abstineat se. ⁊ quidq̃d ex vinea nascitur nõ comedat. vinũ ⁊ sicerã nõ bibat: nullo vescat̃ ĩmũdo. ⁊ qd̃ ei p̃cepi impleat atq; custodiat: Dixit itaq; manue ad angelũ dñi: Obsecro te vt acq̃escas p̃cibus meis. ⁊ faciamꝰ tibi hedũ de capris Cui rñdit ãgelꝰ. Si me cogꝫ non comedã panes tuos: si aũt vis holocaustũ facere. offer illud dño. Et nesciebat manue q̃ ãgelꝰ dñi eẽt. Dixitq; ad eũ. Qd̃ est tibi nomẽ vt si ſmo tuꝰ fuerit expletus honoremꝰ te? Cui ille rñdit: Cur q̃ris nomẽ meum qd̃ est mirabile? Tulit itaq; manue hedũ de capr̃ ⁊ libamẽta. ⁊ posuit sup̃ petrã offerẽs dño qui fac̃ mirabilia. Ipse aũt ⁊ vxor eiꝰ intuebãtur. Cũq; ascenderet flãma altaris in celuꝫ angelus dñi parit̃ in flãma ascẽdit. Qd̃ cũ vidisset manue ⁊ vxor eiꝰ. ꝓni cecidẽrũt in terrã. ⁊ vltra eis nõ apparuit angelus dñi. Statimq; intellexit manue angelũ dñi esse. ⁊ dixit ad vxorez suam: Morte moriem̃: q̃ vidimus dñm. Cui rñdit mulier: Si dñs nos vellet occidere. de manibꝫ nr̃is holocaustũ ⁊ libamẽta nõ suscepisset. nec oñdisset nobis hec oĩa: neq; ea q̃ sunt vẽtura dixisset. Peperit itaq; filiuꝫ. ⁊ vocauit nomen eius samson. Creuitq; puer. ⁊ bñdixit ei dñs cepitq; spiritus domini esse cum eo in castris dan: inter saraa ⁊ esthaol. XIIII

Descendit g̃ samson in thãnata videnſq; ibi mulierẽ de filiabꝫ philistijm. ascẽdit ⁊ nunciauit p̃ri suo ⁊ mr̃i sue dicens: Vidi mulierẽ in thãnata de filiabꝫ philistinoꝝ: quam queso vt mihi accipiatis vxorẽ. Cui dixerũt pater ⁊ mater sua: Nũquid nõ est mulier in filiabꝫ fratrũ tuoꝝ ⁊ in oĩ populo tuo q̃ vis accipe vxorẽ de philistiim qui ĩcircũcisi sunt? Dixitq; samson ad p̃rem suũ. Hãc mihi accipe: q̃ placuit oculꝰ meis. Parẽtes aũt eiꝰ nesciebãt q̃ res a dño fieret. ⁊ quereret occasiões cõtra philistijm. Eo enĩ tp̃e philistijm dominabant̃ israeli. Descẽdit itaq; samson cum patre suo ⁊ matre in thãnata. Cũq; vẽissent ad vineas oppidi apparuit catulꝰ leonis seuꝰ ⁊ rugiẽs ⁊ occurrit ei. Irruit aũt spũs dñi in samson. ⁊ dilacerauit leonẽ q̃si hedũ in frusta decerperet nihil omnino hñs in manu. ⁊ hoc patri ⁊ matri noluit indicare. Descenditq; ⁊ locutus est mulieri q̃ placuerat oculꝰ eius. Et post aliq̃t dies reuertẽs vt accip̃et eam. declinauit vt videret cadauer leonis. Et ecce examẽ apũ in ore leonis erat. ac fauus mellis. Quẽ cũ sumpsisset in manibꝫ. comedebat in via veniensq; ad p̃rem suũ ⁊ mr̃em dedit eis ꝑtem qui ⁊ ipsi comedert̃. nec tñ eis voluit indicare q̃ mel de corp̃e leonis assumpserat. Descẽdit itaq; p̃r eiꝰ ad mulierẽ ⁊ fec̃ filio suo samson ꝯuiuiũ. Sic enĩ iuuenes facere ꝯsueuerant. Cũ g̃ ciues loci illius vidissent eũ. dederunt ei sodales trigĩta qui eẽnt cũ eo. Quibꝫ locutꝰ ẽ samson: Proponã vob̃ ꝓbleuma qd̃ si solueritis mihi intra septẽ dies cõuiuij. dabo vob̃ trigĩta syndones ⁊ totidem tunicas. Sin aũt nõ potuerit̃ soluere. vos dabitis mahi triginta syndones. ⁊ eiusdẽ numeri tunicas. Qui rñderunt ei: Propone ꝓbleuma vt audiamus. Dixitq; eis: De comedẽte exiuit cibꝫ. ⁊ de forti egressa ẽ dulcedo. Nec potuerũt p̃ tres dies ꝓpositiõem soluere Cunq; adesset dies septimꝰ dixerũt ad vxorẽ samsõ. Blãdire viro tuo. ⁊ suade ei vt indicet tibi q̃d significet ꝓbleuma Qd̃ si facere noluer̃: incendemꝰ te ⁊ domũ p̃ris tui. An idcirco vocastis nos ad nuptias vt spoliaretis? Que fundebat apud samson lachrymas. ⁊ q̃rebat̃ dicẽs Odis me ⁊ nõ dilig̃: idcirco ꝓbleuma qd̃ ꝓposuisti filijs ꝓpl̃i mei nõ vis mihi exponere. At ille rñdit. P̃ri meo et mr̃i nolui dicere. ⁊ tibi ĩdicare poto? Septẽ igit̃ diebꝫ ꝯuiuij flebat ante eũ. tandemq; die septimo cum ei eẽt molesta exposuit: Que statim indicauit ciuibꝫ suis: Et illi dixerũt ei die septimo ante solis occubitũ. q̃d dulciꝰ melle. ⁊ q̃d fortius leone? Qui ait ad eos: Si nõ arassetis

in vitula mea nō inuenissetis ꝓpositio/
nem meā. Irruit itaq; in euz spūs dñi
descenditq; aschalonē: ⁊ pcussit ibi trigi
ta viros: q̄z ablatas vestes dedit his qui
ꝓblema soluerāt. Iratusq; nimis ascē
dit in domū p̄tis sui: vxor aūt eius acce
pit maritū vnū de amicis ei⁹ ⁊ ꝓnubis.

Post aliq̄ntulū aūt tpis XV
cū dies triticee messis instarēt:
venit samson iuisere volēs vxo
rem suam. ⁊ attulit ei hedum de capris:
Cunq; cubiculū eius solito vellet intra
re, phibuit illū pater illius dicēs: Pu/
taui q̄ odisses eam. ⁊ ideo tradidi illam
amico tuo. Sed habet sororem que iu/
nior ⁊ pulcrior illa est. sit tibi ꝓ ea vxor:
Cui samson rndit: Ab hac die non erit
culpa in me contra philisteos. Faciam
enī vobis mala. Perrexitq; ⁊ cepit tre
centas vulpes: caudasq; earū iunxit ad
caudas. ⁊ faces ligauit in medio: quas
igne succendens dimisit vt huc illucq;
discurrerēt. Que stati p̄rexerūt in sege/
tes philistinoz. Quib⁹ succēsis ⁊ cōpo
tate iam fruges ⁊ adhuc stātes in stipu/
la ꝓcremate sunt: intantū vt vineas q̄z
⁊ oliueta flāma ꝓsumeret. Dixeruntq;
philistijm. Quis fecit hanc rem: Qui/
bus dictū est. Samson gener thānatei
q̄ tulit vxorez eius ⁊ alteri tradidit: hec
opatus est. Ascēderuntq; philistijm. et
cōbusserūt tam mulierē q̄z p̄rem eius:
Quib⁹ ait samson: Licet hec feceritis:
tamē adhuc ex vobis exp̄tā vltionem ⁊
tūc quiescā. Percussitq; eos ingēti pla
ga. ita vt stupentes surā femori impone
rēt. Et descendēs habitauit in spelunca
petre etham: Igit̄ ascendentes philisti
im in terrā iuda. castrametati sunt i lo/
co qui postea vocatus est lechi. i. maxilla
vbi eoz fusus est exercitus. Dixerūtq;
ad eos de tribu iuda: Cur ascēdistis ad/
uersum nos: Qui rndērūt. Et ligem⁹
samson venimus. ⁊ reddamus ei que
in nos opatus est. Descenderunt ergo
tria milia viroz de iuda ad specū silicis
etham. Dixerūtq; ad samson: Nescis q̄
philistijm imperēt nobis. Quare h̄ fa/
cere voluisti: Quib⁹ ille ait: Sicut fece
runt mihi. sic feci eis. Ligare inquiunt
te venimus ⁊ tradere in manus philis/
tinoz. Quib⁹ samson. iurate ait ⁊ spon
dete mihi q̄ non occidatis me. Dixēt:
Non te occidemus. sed vinctū tradem⁹
Ligauerūtq; eū duob⁹ nouis funibus
⁊ tulerūt eum de petra etham. Qui cū
venisset ad locū maxille. ⁊ philistijm vo
ciferātes occurrissent ei: irruit spūs do/
mini in eū. ⁊ sicut solēt ad ardorē ignis
ligna ꝓsumi. ita vincula quib⁹ ligatus
erat. dissipata sunt ⁊ soluta: Inuentāq;
maxillā id est mādibulam asini que ia/
cebat arripiēs. interfecit in ea mille vi/
ros. ⁊ ait: In maxilla asini in mādibula
pulli asinaz dedeui eos ⁊ pcussi mille vi
ros. Cunq; hec verba canēs complesset
piecit mādibulā de manu. ⁊ vocauit no
mē loci illius ramathlechi: q̄ interp̄ta
tur eleuatō maxille. Sitiēsq; valde. cla
mauit ad dñz. ⁊ ait: Tu dedisti in manu
serui tui salutē hāc maximā atq; victo/
riā: ⁊ en siti moriar: incidamq; in ma⁹
incircūcisoz. Aperuit itaq; dñs molarē
dentem i maxilla asini ⁊ egresse sunt ex
eo aque. Quib⁹ hausit̄ refocillauit spūs
⁊ vires recepit. Idcirco appellatum est
nomē loci illius. fons inuocātis de ma
xilla. vsq; in p̄sentem diem. Iudicauitq;
isrl̄ in diebꝫ philistijm vigīti ānis. XVI

Abijt quoq; in gazaz. ⁊ vidit ibi
mulierem meretricem. ingres/
susq; est ad eam. Quod cuz au/
dissent philistijm ⁊ percrebruisset apud
eos intrasse vbez samson. circundede/
runt eum. positis in porta ciuitatis cu/
stodibus. ⁊ ibi tota nocte cum silentio
p̄stolantes vt facto mane ereuntem
occiderēt. Dormiuit aūt samson vsq;
ad medium noctis ⁊ inde consurgens
apprehendit ambas portę fores cum po/
stibus suis et sera: impositisq; humeris
suis portauit ad verticem montis que
respicit hebron. Post hec amauit mu/
lierem que habitauit in valle sorech.
et vocabatur dalila. Eleneruntq; ad eaz
principes philistinoz. atq; dixerunt

Decipe eum ⁊ discе ab illo in quo habe/
at tantã fortitudinẽ. ⁊ quõ eũ superare va
leam⁹ ⁊ vinctũ affligere. Qõ si feceris.
dabimus tibi singuli mille centũ argẽ/
teos. Locuta ẽ ḡ dalila ad samson: Dic
mihi obsecro in q̃ sit tua maxima forti/
tudo ⁊ quid sit q̃ ligatus erumpere neq̃
as. Cui rñdit samson. Si septẽ neruice
is funibꝫ necdũ siccis ⁊ adhuc humẽti/
bus ligatus fuero: infirmus ero vt ce/
teri homines. Attulerũtq̃ ad eã satrapæ
philistinoꝝ septẽ funes vt dixerat: qui/
bus vinxit eũ latẽtibꝫ apud se insidijs ⁊
in cubiculo finem rei expectãtibꝫ. Cla/
mauitq̃ ad eum: Philistijm sup te sam/
son. Qui rupit vincula quõ si rumpat
quis filium de stuppa tortũ sputamine
cũ odorẽ ignis acceperit. ⁊ nõ est cogni/
tum in q̃ esset fortitudo ei⁹. Dixitq̃ ad
eum dalila: Ecce illusisti mihi. ⁊ falsum
locutus es. Saltẽ nũc indica mihi q̃ li
gari debeas. Cui ille rñdit. Si ligatus
fuero nouis funibꝫ qui nunq̃ fuerũt i
ope. infirmus ero. ⁊ alioꝝ hoim similis.
Quibꝫ rursum dalila vinxit eũ. ⁊ clama/
uit: philistijm super te samson. in cubi/
culo insidijs ꝓparatis. Qui ita rupit vi/
cula quasi fila telaꝝ. Dixitq̃ dalila rur
sum ad eũ: Usq̃quo deципis me ⁊ falsum
loq̃ris? Dñe de q̃ vinciri debeas. Cui
rñdit samson. Si iquit septẽ crines ca/
pitis mei cũ licio plexueris ⁊ clauõ his
circũligatũ terre fixeris: infirmus ero.
Qõ cũ fecisset dalila. dixit ad eũ. Phili
stijm sup te samson. Qui ꝓsurgens de
somno extraxit clauũ cũ crinibꝫ ⁊ licio.
Dixitq̃ ad eũ dalila: Quõ dicis q̃ amas
me cũ animus tuus nõ sit mecũ? Ter
tres vices mẽtitus es mihi. ⁊ noluisti
dicere in quo sit maxima fortitudo tua
Cunq̃ molesta esset ei ⁊ p multos dies
iugiter adhereret. spatiũ ad quietẽ non
tribuẽs. defecit aĩa eius: ⁊ ad mortẽ vsq̃
lassata est. Tũc aperiẽs veritatẽ rei dixit
ad eã; Ferrus nunq̃ ascendit sup caput
meũ q̃ naçareus. i. ꝓsecratus dño sum
de vtero matris mee. Si rasum fuerit
caput meũ. recedet a me fortitudo mea
⁊ deficiã. eroq̃ sicut ceteri hoies. Videꝫ
q̃ illa q̃ confessus ei esset oẽm animuꝫ
suũ: misit ad principes philistinoꝝ ac mã
dauit: Ascẽdite adhuc semel. q̃ nũc mi
hi aperuit coꝛ suũ. Qui ascenderũt: as/
sumpta pecunia quã ꝓmiserant. At illa
dormire eũ fecit sup genua sua ⁊ in sinu
suo reclinare caput. Vocauitq̃ tõsorẽ
⁊ rasit septẽ crines ei⁹ ⁊ cepit abigere eũ
⁊ a se repellere. Statim enĩ de eo fortitu/
do discessit. Dixitq̃: Philistijm sup te
samson. Qui de somno ꝓsurgens dixit
in animo suo: Egrediar sicut ante feci
⁊ me excutiaꝫ nesciẽs q̃ recessisset ab eo
dñs. Quẽ cũ apprehẽdissent philistijm
statim eruerũt oculos eius. ⁊ duxerunt
gaçam vinctum catenis. ⁊ clausum in
carcere molere fecerunt. Jamq̃ capilli
eius renasci ceperant. ⁊ principes phili/
stinoꝝ cõuenerũt in vnum vt immola
rent hostias magnificas dagõ deo suo ⁊
epularentur dicentes. Tradidit de⁹ no/
ster inimicum nr̃m samson in manus
nostras. Qõ etiam ꝑplus videns lau/
dabat deũ suum eademq̃ dicebat. Tra
didit deus noster aduersarium nr̃m in
manus nr̃as: qui deleuit terrã nr̃am ⁊
occidit plurimos. Letantesq̃ p cõuiuia
sumptis iam epulis præceperũt vt voca
retur samson: ⁊ ante eos luderet. Qui
adductus de carcere ludebat ante eos:
feceruntq̃ eum stare inter duas colum
nas. Qui dixit puero regẽti gressus su
os: Dimitte me vt tãgã colũnas quibꝫ
ois imminet domus. ⁊ recliner sup eas
⁊ paululuꝫ requiescam. Domus autẽ
erat plena viroꝝ ac mulieruꝫ. ⁊ erãt ibi
oẽs principes philistinoꝝ. ac de tecto ⁊ so
lario circiter tria milia vtriusq̃ sex⁹ spe
ctãtes ludẽtesq̃ samson. At ille inuocato
dño ait: Dñe de⁹ me⁹ mei⁹to mei. ⁊ red
de mihi nũc fortitudinẽ pristinã de⁹ me⁹
vt vlciscar me de hostibꝫ meis. ⁊ p amis/
sione duoꝝ luminũ vnã vltionẽ recipiã
Et apprehẽdẽs ãbas colũnas q̃bꝫ inite/
batur domus. alteraq̃ earuꝫ dextera et
alteram leua tenẽs ait: Moriatur ani/
ma mea cũ philistijm. Cõcussisq̃ fortiꝫ

colūnis: cecidit domus sup̄ oēs princi-
pes ⁊ ceterā multitudinē q̄ ibi erat. Mul-
toq̄ plures intfecit moriēs: q̄ ante vi-
uus occiderat. Descēdētes aūt frēs ei⁹
⁊ vniūsa cogtio. tulerūt corp⁹ eius: ⁊ se-
pelierunt inter saraa ⁊ esthaol in sepul-
cro patris sui manue: iudicauitq̄ israel
viginti annis. XVII

Fuitq̄ eo tp̄e vir quidā de mon-
te effraim noīe michas: qui di-
xit matri sue. Mille centū argē-
teos q̄s sep̄aueras: ⁊ sup̄ quib⁹ me audi-
ente iuraueras: ecce ego habeo. ⁊ apud
me sunt. Cui illa rn̄dit: Bn̄dictus fili⁹
meus dn̄o. Reddidit g̊ eos mr̄i sue. que
dixerat ei. Cōsecraui ⁊ voui hoc argen-
tum dn̄o: vt de manu mea suscipiat fili-
us meus ⁊ faciat sculptile atq̄ ꝯflatile
⁊ nunc trado illd̄ tibi. Reddidit igitur
eos mr̄i sue. Que tulit ducētos argen-
teos. ⁊ dedit eos argentario: vt faceret
ex eis sculptile atq̄ cōflatile qd̄ fuit in
domo miche. Qui ediculaz q̄z in ea deo
separauit ⁊ fecit ephot ⁊ theraphim id ē
vestē sacerdotalem ⁊ idola. Impleuitq̄
vnius filioꝝ suoꝝ manū. ⁊ fact⁹ est ei sa-
cerdos. In dieb⁹ illis nō erat rex in isrl̄
sed vnusquisq̄ qd̄ sibi rectū videbat̄ h̄
faciebat. Fuit q̄z in tp̄e illo alter adole-
scens de bethleez iuda ex cognatione ei⁹
eratq̄ ipse leuites ⁊ hītabat ibi. Egres-
susq̄ de ciuitate bethleē: p̄egrinari volu-
it vbicunq̄ sibi cōmodū reperisset. Cū-
q̄ venisset in mōtem effraim iter faciēs
⁊ declinasset parumper in domo miche:
interrogat⁹ est ab eo vnde venissz. Qui
respōdit. Leuita sum de bethleem iuda
⁊ vado vt habitem vbi potuero ⁊ vtile
mihi eē ꝓspexero. Dixitq̄ micha: Ma-
ne apud me inquit. ⁊ esto mihi parens
ac sacerdos daboq̄ tibi per annos singu-
los decem argenteos ac vestem duplicē
⁊ que ad victuz sunt necessaria. Acquie-
uit ⁊ mansit apud hominem fuitq̄ illi
quasi vn⁹ de filijs. Impleuitq̄ micha
manuz eius. ⁊ habuit puerū sacerdotez
apud se. nūc scio dicēs q̄ bn̄faciet mihi
de⁹ hn̄ti leuitici gener⁹ sac̄dotē. XVIII

In dieb⁹ illis nō erat rex in isra-
el. ⁊ trib⁹ dan q̄rebat possessiōez
sibi vt hītaret in ea. Usq̄ ad il-
lum enī diez inter ceteras trib⁹ sortem
non acceperat. Miserunt ergo filij dan
Locutus est autem saul ad ionathan filiũ suum et ad oẽs seruos suos vt occiderent dauid. Porro ionathas filius saul diligebat dauid valde. Et indicauit ionathas dauid dicens: Querit saul pater meus occidere te. Quapropter obserua te queso mane. ⁊ manebis clam ⁊ absconderis. Ego autem egrediens stabo iuxta patrẽ meuz in agro vbicũq; fuerit. ⁊ ego loquar de te ad patrẽ meum: quodcunq; videro nunciabo tibi. Locutus est ꝯ ionathas de dauid bõa ad saul patrẽ suum. Dixitq; ad euz: Ne peccet rex in seruum tuũ dauid: q̃ non peccauit tibi. ⁊ opa eius bona sunt tibi valde. et posuit aiam suã in manu tua ⁊ percussit philisteuz. ⁊ fecit dñs salutez magnam vniuerso israeli. Vidisti. et letatus es. Quare ꝯ peccas in sanguine innocẽtio interficiẽs dauid qui est absq; culpa? Audiens autem saul: placat⁹ voce ionathe iurauit. Viuit dñs: q̃ nõ occidet. Vocauit itaq; ionathas dauid. ⁊ indicauit ei oĩa verba hec. Et ĩtroduxit ionathas dauid ad saul. et fuit ante euz sicut erat heri ⁊ nudiustertius. Motum est autez rursum bellum. ⁊ egressus dauid pugnauit aduersum philistijm: percussitq; eos plaga magna. ⁊ fugerunt a facie ei⁹. Et factus est spiritus domini malus i saul Sedebat autẽ in domo sua. et tenebat lanceam. Porro dauid psallebat in manu sua. Misitq; est saul cõfigere dauid lancea in pariete. Et declinauit dauid a

facie saul. Lancea autē casso vulnere p/
lata est in pariete. ⁊ dauid fugit. ⁊ salua/
tus est nocte illa. Misit g̃ saul satellites
suos nocte in domum dauid vt custodi
rent eum ⁊ interficeret̃ mane. Qd̃ cuz
annunciasset dauid michol vxor sua di/
cens: Nisi saluaueris te nocte hac cras
morieris: deposuit euz p fenestrā. Por/
ro ille abijt ⁊ aufugit: atq; saluatus est.
Tulit autē michol statuā. ⁊ posuit eā su
per lectuz. ⁊ pellē pilosaz caprarū. posuit
ad caput ei⁹. ⁊ opuit eā vestimētis. Mi/
sit autē saul apparitores qui rapent da
uid. ⁊ rñsuz est q̃ egrotaret. Rursumq;
misit saul nuncios vt viderēt dauid di
cens: Afferte eum ad me in lecto vt oc/
cidatur. Cunq; venissent nūcij inuētuz
est simulacrū sup lectū. ⁊ pellis caprarū
ad caput eius. Dixitq; saul ad michol:
Quare sic illusisti mihi et dimisisti ini/
micum meum vt fugeret? Et rñdit mi
chol ad saul: Quia ipe locut⁹ est mihi di
cens: Dimitte me. alioquin interficiaz
te. Dauid autez fugiens saluat⁹ est. Et
venit ad samuel in ramatha. ⁊ nūciauit
ei oīa q̃ fecerat sibi saul. Et abierūt ipse
⁊ samuel. ⁊ morati sunt in naioth. Nū/
ciatum est autez sauli a dicentib⁹: Ecce
dauid in naioth in ramatha. Misit er/
go saul lictores vt rapent dauid. Qui
cū vidissent cuneū ꝓphetaꝝ vaticinātiū
⁊ samuelē stantē sup eos: factus est etiā
spūs dñi in illis. ⁊ ꝓphetare ceperūt eti/
am ipi. Qd̃ cuz nunciatū esset sauli: mi
sit ⁊ alios nūcios. Prophetauerūt aūt
⁊ illi. Et rursuz misit saul tertios nūci/
os. qui ⁊ ipi ꝓphetauerūt. Et iratus ira
cundia saul. abijt etiā ipe in ramatha. ⁊
venit vsq; ad cisternā magnā que ē in so
chot. Et interrogauit ⁊ dixit: In quo lo
co sunt samuel ⁊ dauid? Dictūq; est ei.
Ecce ī naioth sunt ī ramatha. Et abijt
in naioth in ramatha. Et fact⁹ est etiaz
sup euz spūs dñi. ⁊ ambulauit ingredi/
ens: ⁊ ꝓphetabat vsq; dū veniret in nai/
oth in ramatha. Et expoliauit etiā ipse
se vestimētis suis. ⁊ ꝓphetauit cū ceteris
coram samuel. ⁊ cecinit nudus tota die
illa ⁊ nocte. Vñ ⁊ exiuit ꝓuerbiū: Nam
⁊ saul inter prophetas?

XX

Fugit aūt dauid de naioth que
est in ramatha: veniensq; locu/
tus est corā ionatha. Quid fe/
ci? Que est iniquitas mea ⁊ qd̃ peccatū
meum in p̃rem tuum: q̃ querit animā
meam? Qui dixit ei: Absit a te: nō mo/
rieris. Neq; eniz faciet p̃r meus quicq̃
grande vel paruuz. nisi prius indicaue/
rit mihi. Hunc g̃ celauit a me p̃r meus
ſmonē tm̃modo. Nequaq̃ eī erit istud:
Et iurauit rursum Dauid. Et ille ait:
Scit ꝓfecto p̃r tuus q̃ inueni grām in
ocul' tuis. ⁊ dicet: Nesciat hoc ionathas
ne forte tristet̃. Quinimmo viuit domi
nus ⁊ viuit anīa tua: q̃ vno tm̃ (vt ita
dicā) gradu ego morsq; diuidimur. Et
ait ionathas ad dauid: Quodcūq; dixe
rit mihi anīa tua. faciā tibi. Dixit autez
dauid ad ionathan. Ecce kalēde sūt cra/
stino ⁊ ego ex more sedere soleo iuxta re
gem ad vescendū. Dimitte g̃ me vt ab/
sconder in agro vsq; ad vesp̄am diei ter
tie. Si respiciens requisierit me pater
tuus. rñdebis ei: Rogauit me dauid vt
iret celeriter in bethleem ciuitatē suaz.
q̃ victime solēnes ibi sunt vniūsis cō/
tribulib⁹ suis. Si dixerit bene. pax erit
seruo tuo. Si aūt fuerit iratus: scito q̃
completa est malicia eius. Fac g̃ miseri
cordiā in ſuū tuum: q̃ fedus dñi me fa
mulū tuuz tecū inire fecisti. Si aūt est
iniquitas aliq̃ in me. tu me interfice. et
ad p̃rem tuū ne introducas me. Et ait
ionathas: Absit hoc a me. Neq; eniz fie
ri potest: vt si certe cognouero cōpletaz
esse p̃ris mei maliciā contra te: non an/
nunciem tibi. Rñditq; dauid ad iona/
than. Quis renunciabit mihi: si q̃d for
te rñderit tibi p̃r tu⁹ dure de me? Et ait
ionathas ad dauid: Vel ī ⁊ egrediamur
foras in agrū. Cunq; exissent ambo ī a/
grum. ait ionathas ad dauid. Dñe deus
israel si inuestigauero sn̄iaz p̃ris mei ca
strino vel perendie. ⁊ tali quid boni fue/
rit sup dauid ⁊ nō statim misero ad te ⁊
notū tibi fecero. hec faciat de⁹ ionathe

⁊ hec augeat. Si aũt ꝑseuerauerit pr̃is
mei malicia adu̇sum te: reuelabo aurez
tuã ⁊ dimittã te vt vadas in pace. et sit
dñs tecuz sicut fuit cũ pr̃e meo. Et si vi
xero. facies mihi misericordiã dñi: si ve
ro mortu⁹ fuero. nõ auferes misericor
diã tuã a domo mea vsqꝫ ĩ sempiternuz
Aut si nõ fecero qñ eradicauerit dñs ĩ
imicos dauid vnũquenqꝫ de terra aufe
rat ionathan de domo sua. ⁊ req̃rat dñs
de manu inimicoꝝ dauid. Depigit g̃ io
nathas fed⁹ cuz domo dauid. Et req̃si
uit dñs de maũ inimicoꝝ dauid. Et ad
didit ionathas deierare dauid eo ꝙ di
ligeret illũ. Sicut enĩ aĩaz suã. ita dili
gebat eũ. Dixitqꝫ ad eũ ionathas. Cras
kalẽde sunt. ⁊ req̃reris. Req̃ret̃ eĩ sessio
tua vsqꝫ perendie. Descẽdes g̃ festinus
⁊ venies in locũ vbi celandus es. in die
qñ opari licet. ⁊ sedeb̃ iuxta lapidez cui
nomẽ est eçel. Et ego tres sagittas mit
tam iuxta eũ. ⁊ iaciã q̃si exercens me ad
signuz. Mittã q̃z ⁊ pueꝝ dicẽs ei: Vade
⁊ affer mihi sagittas. Si dixero puero.
ecce sagitte intra te sunt. tolle eas: tu ve
ni ad me: qꝛ pax tibi ẽ ⁊ nihil est mali vi
uit dñs. Si aũt sic locut⁹ fuero puero.
ecce sagitte vltra te sunt. vade ĩ pace: qꝛ
dimisitte dñs. De vbo aũt qd̃ locuti fu
imus ego ⁊ tu: sit dñs ĩter me ⁊ te vsqꝫ
in sempiternuz. Abscõditus ẽ g̃ dauid ĩ
agro. ⁊ venerũt kalẽde. ⁊ sedit rex ad co
medẽdũ panẽ. Cunqꝫ sedisset rex super
cathedrã suam ꝑm ꝯsuetudinẽ q̃ erat iu
xta parietẽ: surrexit ionathas ⁊ sedit ab
ner ex latere saul. vacuusqꝫ apparuit lo
cus dauid. ⁊ nõ ẽ locut⁹ saul q̃cq̃ ĩ die il
la. Cogitabat eniz ꝙ forte eueĩsset ei vt
nõ eẽt mũdus nec purificat⁹. Cũqꝫ illu
xisset dies scd̃a post kalẽdas. rursus ap
paruit vacuus loc⁹ dauid. Dixitqꝫ saul
ad ionathan filiũ suũ. Cur nõ venit fili
us isai nec heri nec hodie ad vescenduz?
Rñditqꝫ ionathas sauli. Rogauit me
obnixe vt iret in bethleez. ⁊ ait. Dimit
te me: qm̃ sacrificiuz solẽne ẽ in ciuitate
mea vn⁹ de fratribꝫ meis accersiuit me
Nunc g̃ si inueni grãm in ocul' tuis: va
dam cito ⁊ videbo frẽs meos. Ob hanc
causaz nõ venit ad mẽsaz reg̃. Irat⁹ au
tẽ saul adu̇suz ionathã. dixit ei. Fili mu
lieris vltro viruz rapiẽtis: nunq̃d igno
ro qꝛ diligis filiuz isai in ꝯfusionẽ tuaz.
⁊ in ꝯfusionẽ ignominiose matris tue?
Oĩbus enĩ diebꝫ q̃bus fili⁹ isai vixerit
sup̃ terrã. nõ stabilieris tu neqꝫ regnuz
tuũ. Itaqꝫ iã nunc mitte ⁊ adduc eũ ad
me: qꝛ filius mort̃ est. Rñdens autẽ io
nathas sauli pr̃i suo ait Quare morier̃?
Quid fecit? Et arripuit saul lanceaz vt
ꝑcuteret euz. Et intellexit ionathas ꝙ
diffinituz eẽt a pr̃e suo vt ĩterficeret̃ da
uid. Surrexit g̃ ionathas a mẽsa in ira
furoris. ⁊ nõ comedit in die kalendarũ
secũda panẽ. Cõtristat⁹ est enĩ super da
uid. eo ꝙ ꝯfudisset euz pr̃ suus. Cũqꝫ il
luxisset mane. venit ionathas in agruz
iuxta placitũ dauid. et puer ꝑuulus cuz
eo. Et ait ad pueꝝ suuz: Vade ⁊ affer mi
hi sagittas q̃s ego iacio. Cũqꝫ puer cu
currisset iecit aliã sagittã trans pueruz
Venit itaqꝫ puer ad locuz iaculi qd̃ mi
serat ionathas. Et clamauit ionathas
post tergũ pueri. ⁊ ait: Ecce ibi ẽ sagitta
porro vltra te. Clamauitqꝫ iterum iona
thas post terguz pueri dicẽs: Festina ve
lociter ne steteris. Collegit autez puer
ionathe sagittas. ⁊ attulit ad dñm suuz.
⁊ q̃d ageret̃ penitus ignorabat. Tm̃mo
do enĩ ionathas ⁊ dauid rem nouerant
Dedit g̃ ionathas arma sua puero. ⁊ di
xit ei: Vade ⁊ defer in ciuitatẽ. Cũqꝫ ab
isset puer surrexit dauid de loco q̃ verge
bat ad austruz. ⁊ cadẽs ꝓnus in terrã ad
orauit tertio. Et osculãtes se alterutrũ
fleuerunt ꝑiter: dauid autẽ ãplius. Di
xit g̃ ionathas ad dauid: Vade in pace.
Quecunqꝫ iurauim⁹ ambo in noĩe dñi
dicẽtes: dñs sit inter me ⁊ te. ⁊ inter se
men tuũ ⁊ semẽ meum vsqꝫ ĩ sempiter
num. Et surrexit dauid ⁊ abijt: sed ⁊ io
nathas ingressus est ciuitatẽ. XXI

Venit autẽ dauid ĩ nobe ad achi
melech sacerdotem. Et obstu
puit achimelech. eo ꝙ venisset
dauid et dixit ei: Quare tu solus. ⁊ nul

lus est tecum: Et ait dauid ad achime/
lech sacerdotem: Rex præcepit mihi ser
monem, & dixit: Nemo sciat rẽ propter
quã missus es a me, & cuiusmodi præce
pta tibi dederim. Naz & pueris meis cõ/
dixi in illũ & illuz locum. Nunc ḡ si quid
habes ad manuz vel quicqz panes da mi
hi, aut quicqd inueneris. Et rñdens sa
cerdos ad dauid, ait illi: Non hẽo laicos
panes ad manũ: sz tm̃ panẽ sanctũ. Si
mundi sunt pueri, maxime a mulieri/
bus: manducẽt. Et rñdit dauid sacerdoti, et
dixit ei: Et quidẽ si de mulieribus agitur:
continuimus nos ab hẽri & nudius ter/
tiuz qñ egrediebamur, & fuerũt vasa pu
erorũ sancta. Porro via hec polluta est:
sed & ipa hodie scificabit in vasis. Dedit
ergo ei sacerdos scificatum panẽ. Necz
enim erat ibi panis nisi tm̃ panes ppositi
onis qui subleuati fuerãt a facie dñi vt
ponerent panes calidi. Erat aũt ibi vir
quidã de seruis saul in die illa int' in ta
bernaculo dñi, & nomen eius doech idu
meus potẽtissimus pastor saul. Hic pa
scebat mulas saul. Dixit autẽ dauid ad
achimelech: Si habes hic ad manũ ha
stam aut gladiũ, da mihi: qz gladiuz me
um & arma mea nõ tuli mecũ. Sermo
enim regis vrgebat. Et dixit sacerdos: Ec
ce hic gladius goliath philistei quẽ per
cussisti in valle terebinthi: est inuolut'
pallio post ephot. Si istum vis tollere.
tolle. Necz enim hic est alius absqz eo. Et
ait dauid: Nõ est huic alter sil'is: Da mi
hi eum. Surrexit itaqz dauid, & fugit i
die illa a facie saul, & venit ad achis regẽ
geth. Dixeruntqz serui achis cuz vidis/
sent dauid: Nũquid nõ iste est dauid rex
terre? Nõne huic cantabãt p choros di/
centes: percussit saul mille, et dauid decez
milia? Posuit aũt dauid sermones istos
in corde suo, et extimuit valde a facie a/
chis regis geth. Et mutauit os suũ co
ram achis, & collabebaz inter manus eo
rum, & impingebat in ostia porte: defluе
bantqz saliue ei' in barbaz. Et ait achis
ad suos suos: Ecce vidistis hoiem insanum
qre adduxistis eũ ad me? An desunt no/

bis furiosi, qz introduxistis istum vt fu
reret me pñte? Dimittite illum hinc
ne ingrediaz domũ meã. XXII

Abijt ergo dauid inde, et fugit i
spelũcam odollam. Qđ cuz au/
dissent frẽs eius & omis dom' pa
tris ei' descẽderũt ad euz illuc. Et cõue/
nerunt ad eũ oẽs qui erãt i angustia cõ
stituti, & oppressi ere alieno & amaro aio
& faci' est eoz princeps. Fuerũtqz cũ eo
qsi qdringenti viri. Et profectus ẽ dauid
inde in maspha, que est moab. Et dixit
ad regẽ moab: Maneat oro pẽ meus et
mater mea vobiscũ: donec sciã quid faci
at mihi deus. Et reliqt eos ante faciez
regis moab. Manseruntqz apud eũ cun/
ctis diebz quibz dauid fuit i pñdio. Di
xitqz gad, pphẽta ad dauid: Noli manere
in pñdio. Proficiscere et vade in terraz
iuda. Et profectus est dauid, & venit i sal/
tum areth. Et audiuit saul qz apparuis/
set dauid, & viri q̃ erant cũ eo. Saul au
tẽ cum maneret in gabaa & eẽt in nemo
re qđ est in rama, hastaz manu tenens,
cunctiqz serui ei' circũstarẽt euz: ait ad
seruos suos q̃ assistebant ei: Audite me
nunc filij gemini. Nunqd oĩbz vobis da
bit filius isai agros & vineas & vniuer/
sos vos faciet tribunos & centuriones
qñ̃ piuraſtis oẽs aduersuz me, & nõ est
qui mihi renũciet, marie cuz & fili' me'
fedus iunxerit cũ filio isai? Nõ est q̃ vicẽ
meã doleat ex vobis: nec qui annunciet
mihi, eo qz suscitauerit fili' meus seruz
meum aduersuz me insidiantẽ mihi vs
qz hodie. Rñdens aũt doech idume' qui
assistebat, et erat primus inter suos saul:
vidi inquit filiũ isai in nobe apud achi/
melech filiũ achitob sacerdotẽ. Qui cõ
suluit p eo dñm: & cibaria dedit ei. Sed
& gladiũ goliath philistei dedit illi. Di/
fit ergo rex ad accersiendum achimelech
sacerdotẽ filiuz achitob, & oẽm domum
patris eius sacerdotum qui erãt in nobe.
Qui vniuersi venerunt ad regẽ. Et ait
saul ad achimelech: Audi fili achitob.
Qui rñdit: Presto sum dñe. Dixitqz ad
eum saul: Quare coniuraſtis aduersuz

me tu ⁊ filiꝰ isai. ⁊ dedisti ei panes ⁊ gla-
dium. ⁊ consuluisti pro eo dñm vt ꝯsur
geret aduersuꝫ me insidiator vsqꝫ hodie
ꝑmanens? Rñdensqꝫ achimelech regi
ait. Et quis in oībus ſuis tuis sicut da
uid fidelis ⁊ gener regis. ⁊ ꝑgens ad im
perium tuuꝫ. ⁊ gloriosus in domo tua?
Nū hodie cepi ꝓ eo cōsulere dñm? Ab-
sit hoc a me. Ne suspicet̄ rex aduſum ser
uum suū rem huiuscemodi in vniuer-
sa domo pr̄is mei. Nō enī sciuit seruus
tuus quicq̄ sup hoc negocio. vel modi-
cum vel grāde. Dixitqꝫ rex: Morte mo-
rieris achimelech: tu ⁊ oīs domus pr̄is
tui. Et ait rex emissarijs q̄ circūstabant
eum: Conuertimini. ⁊ interficite sacer-
dotes dñi. Naꝫ manus eoꝝ cuꝫ dauid ē:
sciētes ꝙ fugisset. ⁊ nō indicauerūt mi-
hi. Noluerūt autez serui regis extēdere
manꝰ suas in sacerdotes dñi. Et ait rex
ad doech: Cōuertere tu. ⁊ irrue in sacer
dotes dñi. Conuersusqꝫ doech idumeꝰ.
irruit in sacerdotes. ⁊ trucidauit in die
illa octogintaq̄nqꝫ viros vestitos ephot
lineo. Nobe autē ciuitatē sacerdotū per
cussit in ore gladij viros ⁊ mulieres et
paruulos ⁊ lactantes bouēqꝫ ⁊ asinuꝫ ⁊
ouem in ore gladij. Euadens aūt vnus
filius achimelech filij achitob: cuiꝰ no-
men erat abiathar. fugit ad dauid. ⁊ an-
nunciauit ei ꝙ occidisset saul sacerdotes
dñi. Et ait dauid ad abiathar: Sciebaꝫ
enī in die illa ꝙ cū ibi eēt doech idumeꝰ
proculdubio annūciaret sauli. Ego suꝫ
reus oīm aīaꝝ pr̄is tui. Mane mecuꝫ
ne timeas. Si q̄s quesierit aīam meaꝫ
querat et animam tuam. mecumqꝫ ser-
uaberis.

XXIII

Et annūciauerūt dauid dicētes
Ecce philistijm oppugnāt ceilā
⁊ diripiūt areas. Consuluit er
go dauid dñm dicens: Nū vadā ⁊ ꝑcuti
aꝫ philisteos istos? Et ait dñs ad dauid
Vade ⁊ ꝑcuties philisteos. ⁊ saluab̄ cei
lam. Et dixerūt viri q̄ erāt cuꝫ dauid ad
eum: Ecce nos hic in iudea cōsistentes
timemus: q̄ntomagis si erimꝰ in ceila
aduersum agmīa philistinorū? Rursuꝫ
ergo dauid consuluit dñm. Qui respō-
dens ait ei. Surge ⁊ vade in ceilā. Ego
enim tradam philisteos in manu tua.
Abijt ergo dauid ⁊ viri eius in ceilaꝫ. et
pugnauit aduersum philisteos. Et abe
git iumēta eoꝝ ⁊ ꝑcussit eos plaga ma-
gna. ⁊ saluauit dauid habitatores ceile.
Porro eo tp̄e quo fugiebat abiathar fi
lius achimelech ad dauid ī ceilaꝫ: ephot
secum habens. descenderat. Nunciatū ē
autē sauli ꝙ venisset dauid in ceilaꝫ. Et
ait saul: Tradidit eum dñs in manꝰ me
as. cōclususqꝫ ē introgressus vrbeꝫ in q̄
porte ⁊ sere sunt. Et precepit saul oī po-
pulo vt ad pugnam descēderet ad ceilaꝫ
⁊ obsideret dauid ⁊ viros eius. Qd cū
dauid rescisset qꝛ preparet ei saul clam
malum. dixit ad abiathar sacerdotem:
Applica ephot. Et ait dauid. Dñe deꝰ is-
rael. audiuit famam seruus tuus ꝙ di-
sponat saul venire in ceilam. vt euertat
vrbem ꝓpter me. Si tradēt me viri cei-
le in manus eius. ⁊ si descendet saul si-
cut audiuit seruus tuus: dñe deus isra-
el indica seruo tuo. Et ait dñs. Descen
det. Dixitqꝫ rursum dauid. Si tradent
me viri ceile ⁊ viros qui sunt mecuꝫ in
manꝰ saul? Et dixit dñs: Tradēt. Sur
rexit ergo dauid ⁊ viri eius q̄si sexcenti
⁊ egressi de ceila huc atqꝫ illuc vagaban
tur incerti. Nunciatūqꝫ est saul ꝙ fugis
set dauid de ceila ⁊ saluatus esset: quam
obrem dissimulauit exire. Morabat au
tem dauid in deserto in locꝫ firmissimis
mansitqꝫ in monte solitudinis ciph in
monte opaco. Querebat eū tñ saul cū-
ctis diebꝫ: ⁊ nō tradidit euꝫ dñs in ma-
nus eius. Et vidit dauid ꝙ egressus es
set saul vt q̄reret aīam eius. Porro da-
uid erat in deserto ciph in silua. Et sur-
rexit ionathas filius saul et abijt ad da-
uid in siluam ⁊ cōfortauit manus eius
in deo. dixitqꝫ ei. Ne timeas. Neqꝫ enim
inueniet te manus saul pr̄is mei. Et tu
regnabis sup israel. ⁊ ego ero tibi secun
dus. Sed ⁊ saul pr̄ meus scit hoc. Per-
cussit g̊ vterqꝫ fedus coram dño. Man-
sitqꝫ dauid in silua. ionathas autem res

uersus est in domũ suã. Ascẽderũt autẽ
ziphei ad saul in gabaa dicẽtes: Nõne ec
ce dauid latitat apud nos in locis tutis
simis silue in colle achile q̃ est ad dexte-
raz deserti? Nunc g̃ sicut desiderauit ani
ma tua vt descẽderes. descende. nostruz
autẽ erit vt tradamus eũ in man⁹ reg⁹
Dixitq̃ saul. Benedicti vos a dño: qꝛ do
luistis vicẽ meam. Abite g̃ oro ⁊ diligẽ-
tius preparate. ⁊ curiosius agite. ⁊ cõsi
derate locum vbi sit pes eius. vel q̃s vi-
derit eũ ibi vbi dixistis. Recogitat eniz
de me ꝙ callide insidier ei. Considerate
⁊ videte oĩa latibula eius ĩ quib⁹ abscõ-
ditur: ⁊ reuertimini ad rem certã vt va
dam vobiscũ. Qd̃ si etiã in terraz se ob-
struxerit: ꝑscrutabor eũ in cũctis milib⁹
iuda. At illi surgentes abierũt ĩ ziph an
te saul. Dauid aũt ⁊ viri eius erãt in de
serto maon in campestrib⁹ ad dexterã ie
simuth. Iuit g̃ saul ⁊ socij eius ad que-
rendũ euz. Et nunciatũ est dauid: statĩ-
q̃ descendit ad petrã. ⁊ versabat̃ in deser
to maon. Qd̃ cum audisset saul. ꝑsecu-
tus est dauid in deserto maon. Et ibat
saul ⁊ viri eius ad latus montis ex ꝑte
vna. dauid autẽ ⁊ viri eius erãt in late-
re mõtis ex ꝑte altera. Porro dauid de
sperabat se posse euadere a facie saul Ita
q̃ saul ⁊ viri eius in moduz corone cin
gebant dauid ⁊ viros ei⁹ vt caꝑent eos
Et nuncius venit ad saul dicens: Festi
na ⁊ veni quoniã infuderũt se philistijz
sup̃ terram. Reuersus est g̃ saul desistẽs
ꝑsequi dauid. ⁊ ꝑrexit in occursum phi
listinorum. Propter hoc vocauerũt lo-
cum illum petrã diuidentẽ. XXIIII

Ascendit g̃ dauid inde. ⁊ habi-
tauit in locis tutissimis engad
di. Cũq̃ reuersus eẽt saul post
q̃ ꝑsecutus est philisteos. nũciauerunt
ei dicentes: Ecce dauid in deserto est en
gaddi. Assumẽs g̃ saul tria milia electo-
rum virorũ ex omni isrl̃. ꝑrexit ad inue
stigandũ dauid ⁊ viros eius etiam sup̃
abruptissimas petras q̃ solis ibicibus ꝑ
uie sunt. Et venit ad caulas ouium q̃ se
offerebãt vianti: eratq̃ ibi spelunca quã
ingressus est saul vt purgaret ventrem
Porro dauid ⁊ viri eius in iuteriore ꝑ-
te spelunce latebant. Et dixerũt ꝑui da
uid ad eum: Ecce dies de qua locutus ẽ
dñs ad te: ego tradã tibi inimicũ tuum
vt facias ei sicut placuerit in ocul̃ tuis.
Surrexit g̃ dauid ⁊ ꝑscidit orã chlami-
dis saul silẽter. Post hec ꝑcussit cor suũ
dauid: eo ꝙ abscidisset oram chlamidis
saul. Dixitq̃ ad viros suos: Propitius
sit mihi dñs ne faciam hanc rem domi
no meo christo dñi vt mittam manum
meã in eũ. qꝛ christus dñi est. Viuit do-
minus: qꝛ nisi dñs ꝑcusserit euz aut di-
es eius venerit vt moriatur. aut descen
dens in preliũ perierit. ꝓpitius mihi sit
dñs vt nõ mittam manũ meã in xp̃um
dñi. Et confregit dauid viros suos ser-
monib⁹ istis. ⁊ nõ ꝑmisit eos vt consur
gerent in saul. Porro saul exurgens de
spelunca ꝑgebat cepto itinere. Surre-
xit autẽ dauid post euz. ⁊ egressus de spe
lunca clamauit post tergum saul dicens
Dñe mi rex. Et respexit saul post se ⁊ in
clinans se dauid pronus in terrã adora
uit. Dixitq̃ ad saul: Quare audis v̄ba
hoĩum loquẽtium: dauid q̃rit maluz ad
uersuz te? Ecce hodie viderũt oculi tui
ꝙ tradiderit te dñs in manu mea ĩ spe-
lunca. ⁊ cogitaui vt occiderem te. sed pe
percit tibi oculus meus. Dixi enĩ. Non
extẽdaz manum meã in dñm meum: qꝛ
christus dñi est. Quin potius pr̃ mi vi-
de ⁊ cognosce oram chlamidis tue ĩ ma
nu mea: quõ cum ꝑscinderez summita-
tem chlamidis tue: nolui extẽdere ma-
num meã in te. Animaduerte ⁊ vide q̃-
niaz non ẽ in manu mea malũ neq̃ ini-
quitas: neq̃ peccaui in te. Tu autẽ insi
diaris anĩe mee vt auferas eã. Iudicet
dñs ĩter me ⁊ te ⁊ vlciscat̃ me dñs ex te
manus aũt mea nõ sit in te: sicut ⁊ in ꝓ
uerbio antiquo dicit̃. Ab impijs egredi
etur impietas. Manus g̃ mea nõ sit in
te. Quẽ ꝑseq̃ris rex israel quẽ ꝑseq̃ris?
Canẽ mortuũ ꝑseq̃ris ⁊ pulicẽ vnum?
Sit dñs iudex ⁊ iudicet inter me ⁊ te. ⁊
videat ⁊ iudicet causaz meã ⁊ eruat me

de manu tua. Cū autez cōpleſſet dauid loquēs ſermones huiuſcemōi ad ſaul. dixit ſaul: Nunq̄d vox hec tua eſt fili mi dauid? Et leuauit ſaul vocē ſuā ⁊ fleuit dixitq; ad dauid: Juſtior tu es q̄z ego. Tu enim tribuiſti mihi bona: ego autez reddidi tibi mala. Et tu idicaſti mihi bo die q̄ feceris mihi bona: quō tradiderit me dñs i manu tua, ⁊ nō occideris me. Quis enī cū inuenerit inimicū ſuū dimittet eū in via bona? Dz dñs reddat tibi viciſſitudinē hanc p eo quod hodie opatus es i me. Et nūc qz ſcio q̄ certiſſime regnatur⁹ fis ⁊ habitur⁹ in manu tua regnū iſrl: iura mihi in dño ne deleas ſemē meum poſt me, neq; auferas nomen meū de domo patris mei. Et iurauit dauid ſauli. Abijt q̄ ſaul in domuz ſuam ⁊ dauid ⁊ viri eius aſcenderunt ad tutiora loca. XXV

Mortuus eſt autē ſamuel. ⁊ congregatus ē vniūſus iſrl. ⁊ planxerūt eū nimis ⁊ ſepelierūt euz in domo ſua i ramatha. Conſurgenſq; dauid deſcēdit in deſertuz pharan. Erat aūt vir quiſpiā in ſolitudie maon ⁊ poſſeſſio eius in carmelo. ⁊ hō ille magnus nimis: erātq; ei oues tria milia ⁊ mille capre. Et accidit vt tonderet̄ grex eius in carmelo. Nomē aūt viri illi⁹ erat nabal. ⁊ nomē vroris eius abigail. Eratq; mlier illa prudētiſſima ⁊ ſpecioſa. Porro vir eius durus ⁊ peſſimus ⁊ malicioſus. Erat aūt de genere caleph. Cū aūt audiſſet dauid i deſerto q̄ tonderet nabal gregē ſuuz, miſit decē iuuenes ⁊ dixit eis: Aſcendite in carmelū. ⁊ venietis ad nabal, ⁊ ſalutabit⁹ eum ex noīe meo pacifice. ⁊ ſic dicetis: Sit fratribz meis ⁊ tibi pax ⁊ domui tue pax. ⁊ oībus q̄cūq; habes ſit pax. Ex multz annis ſaluos faciens tuos ⁊ oīa tua: Audiui q̄ tonderent paſtores tui greges tuos q̄ erant nobiſcuz in deſerto. Nunq̄ eis moleſti fuim⁹, nec aliq̄ deſuit quicq̄ eis de grege oī tpe quo fuerūt nobiſcū in carmelo. Interroga pueros tuos. ⁊ idicabūt tibi. Nunc q̄ inueniāt pueri tui grāz in oculis tuis (In die enī bona venimus ad te) Quōcunq; inuenerit manus tua da ſeruis tuis ⁊ filio tuo dauid. Cumq; veniſſent pueri dauid: locuti ſunt ad nabal oīa verba hec ex noīe dauid ⁊ ſiluerūt. Rñdēs autem nabal pueris dauid, ait. Quis eſt dauid ⁊ q̄s eſt fili⁹ iſai? Hodie increuerūt fui q̄ fugiūt dños ſuos. Tollam q̄ panes meos ⁊ aq̄s meas ⁊ carnes pecoꝝ q̄ occidi tonſoribz meis ⁊ dabo viris q̄s neſcio vnde ſint? Regreſſi ſunt itaq; pueri dauid p viam ſuaz ⁊ reuerſi venerūt ⁊ annūciauerūt ei omnia verba q̄ dixerat nabal. Dixit ergo dauid pueris ſuis: Accingatur vnuſquiſq; gladio ſuo Et accincti ſūt ſinguli gladijs ſuis. Accinctuſq; ē ⁊ dauid enſe ſuo. ⁊ ſecuti ſūt dauid q̄ſi q̄dringenti viri. Porro ducēti remanſerūt ad ſarcinas. Abigail aūt vxor nabal nūciauit vn⁹ de pueris ſuis dicens. Ecce dauid miſit nūcios de deſerto vt benedicerēt dño nr̄o. ⁊ auerſatus eſt eos. Boies iſti boni ſatis fuerūt nobis ⁊ nō moleſti, nec quicq̄ aliq̄ perijt oī tpe quo fuim⁹ cōuerſati cū eis in deſerto. Porro muro erāt nobis tā in nocte q̄z in die oībus diebz quibz pauim⁹ apud eos greges. Quāobrem cōſidera ⁊ recogita q̄d facias: qm̄ cōpleta eſt malicia aduerſuz virū tuū ⁊ aduerſum domū tuam. ⁊ ipe eſt filius belial: ita vt nemo poſſit ei loqui. Feſtinauit igitur abigail. ⁊ tulit ducētos panes ⁊ duos vres vini. ⁊ quinq̄ arietes coctos. ⁊ q̄nq̄ ſata polente. ⁊ centū ligaturas vue paſſe. ⁊ ducentas maſſas caricarū ⁊ poſuit ſuper aſinos, dixitq; pueris ſuis: Precedite me ⁊ ecce ego poſt tergū ſequar vos. Viro aūt ſuo nabal nō indicauit. Cum ergo aſcendiſſet aſinū ⁊ deſcenderet ad radicē montis: dauid ⁊ viri ei⁹ deſcendebant in occurſum eius. Quibz ⁊ illa occurrit. Et ait dauid: Vere fruſtra ſeruaui oīa que hui⁹ erāt in deſerto. ⁊ non perijt quicq̄ de cūctis q̄ ad eū ptinebant. ⁊ reddidit mihi maluz p bono. Hec faciat deus inimicis dauid ⁊ hec addat: ſi reliquero de oībz que ad ipm ptinēt vſq;

mane mingentē ad parietē. Cum autē
vidisset abigail dauid: festinauit ⁊ descē/
dit de asino. ⁊ ꝓcidit corā dauid super fa
ciem suā: ⁊ adorauit sup terrā. ⁊ cecidit
ad pedes eius. ⁊ dixit: In me sit dñe mi
hec iniq̄tas. Loquat̄ obsecro ancilla tua
in auribꝫ tuis. ⁊ audi verba famule tue.
Ne ponat oro dñs meus rex cor suuz su
per virum istū iniquū nabal: qm̄ s̄m no
men suum stultus est. ⁊ est stulticia cuz
eo. Ego aut ancilla tua nō vidi pueros
tuos dñe mi quos misisti. Nunc g̊ dñe
mi viuit dñs ⁊ viuit anīa tua q̄ ꝓhibuit
te ne venires in sanguinē ⁊ saluauit ma
num tuaz tibi. Et nūc fiant sicut nabal
inimici tui. ⁊ qui q̄runt dño meo malū
Quapropter suscipe benedictionē hanc
quā attulit ancilla tua tibi dño meo. et
da pueris q̄ sequūtur te dñm meū. Au
fer iniquitatē famule tue. Faciens eniz
faciet dñs tibi dño meo domū fidelem:
qꝛ prelia dñi dñe mi tu preliaris. Mali/
cia g̊ nō inueniat̄ in te oībꝫ diebus vite
tue. Si enī surrexerit aliqñ homo ꝑse/
quens te vel q̄rens aīam tuaz: erit anīa
dñi mei custodita q̄si in fasciculo viuē
tium apud dñm deū tuū. Porro inimi/
corū tuoꝝ anīa rotabit̄: q̄si in impetu et
circulo funde. Cuz g̊ fecerit tibi dñs do
mino meo oīa hec q̄ locut⁹ est bona de te
⁊ ꝯstituerit te ducē sup israel nō erit ti/
bi hoc in singultū ⁊ in scrupuluz cordis
dño meo ꝙ effuderis sanguinē innoxiū
aut ip̄e te vltus fueris. Et cū benefece/
rit dñs dño meo. recordaberꝫ ācille tue.
⁊ tu bñfacies ei. Et ait dauid ad abigail
Benedict⁹ dñs deus israel qui misit te
hodie in occursuz meuz. ⁊ bñdictuz elo/
quiuz tuum. ⁊ benedicta tu q̄ ꝓhibuisti
me hodie ne irem ad sanguinē: ⁊ vlcisce
ret me manu mea. Alioq̄n viuit dñs de
us isrl̄ qui ꝓhibuit me ne malū facerez
tibi: nisi cito venisses in occursuz mihi
nō remāsisset nabal vsq̄ ad lucē matu/
tinā mingens ad parietē. Suscepit er
go dauid de manu ei⁹ oīa q̄ attulerat ei
diritq̄ ei: Vade pacifice in domū tuam
Ecce audiui vocē tuā. ⁊ honoraui faciez
tuam. Venit autē abigail ad nabal. Et
ecce erat ei cōuiuiū in domo ei⁹ q̄si con/
uiuiū regis: ⁊ cor nabal iocunduz. Erat
enī ebrius nimis. ⁊ nō indicauit ei ver/
buz pusillū aut grande vsq̄ mane. Di/
luculo autē cuz digessisset vinuz nabal:
indicauit ei vxor sua verba hec. Et emor
tuū est cor ei⁹ intrinsec⁹. ⁊ factus est q̄si
lapis. Cunq̄ ꝑtrāsissent decē dies. ꝑcus
sit dñs nabal. ⁊ mortu⁹ est. Qd̄ cum au
disset dauid mortuū nabal. ait: Benedi
ctus dñs qui iudicauit causaz opprobrij
mei de manu nabal. ⁊ seruum suū custo
diuit a malo. ⁊ maliciaz nabal reddidit
dñs in caput ei⁹. Misit g̊ dauid ⁊ locut⁹
est ad abigail vt sumeret eā sibi in vxo/
rem. Et venerunt pueri dauid ad abi/
gail in carmelū. ⁊ locuti sunt ad eā dicē
tes: Dauid misit nos ad te vt accipiat
te sibi in vxorem. Que cōsurgens ad
orauit prona in terrā. ⁊ ait: Ecce famu/
la tua sit ī ancillā vt lauet pedes seruoꝝ
dñi mei. Et festinauit ⁊ surrexit abigail
⁊ ascēdit sup asinū. ⁊ quīq̄ puelle ierūt
cū ea pedisseque ei⁹. Et secuta est nunci
os dauid. ⁊ facta est illi vxor. Sz ⁊ achi/
noē accepit dauid d̄ ieçrahel ⁊ fuit vtra
q̄ vxor eius. Saul aūt dedit michol fili
am suā vxorem dauid phalthi filio lais
qui erat de gallim.

XXVI

Et venerūt çiphei ad saul in ga/
baa dicentes: Ecce dauid ab/
scondit⁹ est in colle achile que
est ex aduerso solitudinis. Et surrexit
saul. ⁊ descendit in desertum çiph ⁊ cum
eo tria milia viroꝝ de electis israel vt q̄
reret dauid ī deserto çiph. Et castrame
tatus est saul ī gabaa achile: q̄ erat ex ad
uerso solitudinis in via. Dauid autem
habitabat in deserto. Videns aūt ꝙ ve/
nisset saul post se in desertū: misit explo/
ratores ⁊ didicit ꝙ illuc venisset certissi
me. Et surrexit dauid clam. et venit ad
locum vbi erat saul. Cūq̄ vidisset locū
in quo dormiebat saul. ⁊ abner fili⁹ ner
princeps militie eius. ⁊ saulem dormiē
tem in tentorio. ⁊ reliquum vulgus per
circūitum ei⁹. ait dauid ad achimelech

ethæum. ⁊ abisai filiū saruie frēz ioab di/
cens. Quis descendet mecū ad saul ī ca
stra? Dixitq; abisai: Ego descendaz tecū
Venerunt g̃ dauid ⁊ abisai ad ꝓpl'm no/
cte. ⁊ inuenerūt saul iacentez ⁊ dormiē/
tem in tentorio. ⁊ hastaz fixam in terra
ad caput ei⁹: abner aūt ⁊ ꝓpl'm dormien
tes in circūitu ei⁹. Dixitq; abisai ad da/
uid. Conclusit de⁹ inimicū tuuz hodie ī
manus tuas. Nūc g̃ ꝑfodiam eum lan/
cea in terra semel. ⁊ secundo opus non
erit. Et dixit dauid ad abisai. Ne interfi
cias euz. Quis eniz extendet manū suā
in xp̄m dñi. ⁊ iunocens erit? Et dixit da
uid. Viuit dñs: qꝛ nisi dñs ꝑcusserit eū
aut dies ei⁹ venerit vt moriat̃. aut in p̄/
lium descēdens ꝑierit: ꝓpitius mihi sit
dñs ne extendā manū meā in xp̄m dñi.
Nūc igit̃ tolle hastaz q̄ est ad caput eius
⁊ cyphū aque. ⁊ abeam⁹. Tulit igitur da
uid hastā ⁊ cyphuz aque q̄ erat ad caput
eius. ⁊ abierūt. Et non erat q̄sq̄z qui vi
deret ⁊ intelligeret ⁊ euigilaret: sed oēs
dormiebāt qꝛ sopor dñi irruerat sup̄ eos
Cunq; trāsisset dauid ex aduerso. ⁊ ste/
tisset in vertice mōtis delonge. ⁊ eēt grā
de interuallū inter eos: clamauit dauid
ad ꝓpl'm: ⁊ ad abner filiū ner dicēs. Nō/
ne rñdebis abner? Et rñdēs abner ait.
Quis es tu q̄ clamas. ⁊ inq̄etas regez?
Et ait dauid ad abner: Nūquid non vir
tu es? Et q̄s alius sil'is tui ī isrl'? Qua/
re g̃ nō custodisti dñm tuū regē Ingres
sus est enī vnus de turba vt interficerz
regē dñm tuum. Nō est bonū hoc qd̄ fe/
cisti. Viuit dñs: qm̄ filij mortis est̃ vos
qꝛ non custodistis dñm vr̄m xp̄um dñi
Nūc ergo vide vbi sit hasta regis ⁊ vbi
sit cyphus aque q̄ erat ad caput ei⁹. Co
gnouit aūt saul vocē dauid. ⁊ dixit: Nū
quid vox hæc tua fili mi dauid? Et ait da
uid. Vox mea dñe mi rex. Et ait: Quaz
ob causaz dñs me⁹ ꝑsequit̃ seruū suuz?
Quid feci: aut qd̄ ē malū ī manu mea?
Nunc g̃ audi oro dñe mi rex verba serui
tui. Si dñs incitat te aduersum me o/
doretur sacrificiū. Si aūt filij hoīm. ma
ledicti sunt in ꝯspectu domini qui eiece
runt me hodie vt nō habitē in hæredita
te domini dicentes: vade serui dijs alie
nis. Et nunc nō effundat̃ sanguis me⁹
in terra corā dño. qꝛ egressus est rex isrl'
vt q̄rat pulicē vnū. sicut ꝑsequit̃ perdix
in mōtib⁹. Et ait saul: Peccaui. Reuer
tere fili mi dauid. Nequaq̄z eui vltra ti/
bi male faciaz eo q̄ p̄ciosa fuerit anima
mea in oculis tuis hodie. Apparet eniz
q̄ stulte egerim. ⁊ ignorauerim mlta ni
mis. Et rñdēs dauid ait: Ecce hasta re
gis: transeat vnus de pueris regis ⁊ tol
lat eam. Dñs autez retribuet vnicuiq;
ſm iusticiam suā ⁊ fidē. Tradidit enim
te dñs hodie in manū meam. ⁊ nolui ex
tendere manū meā in christum dñi. Et
sicut magnificata ē anima tua hodie in
oculis meis. sic magnificet̃ aīa mea in
oculis dñi. ⁊ liberet me de om̄i angustia.
Ait ergo saul ad dauid: Benedict⁹ tu fi/
li mi dauid. Et quidē faciēs facies. ⁊ po/
tens poteris. Abijt autē dauid in viam
suā. ⁊ saul reuersus est in locū suum.

XXVII

Et ait dauid in cor/
de suo: Aliquando incidaz vna
die in manus saul. Nōne meli/
us est vt fugiam. ⁊ saluer in terra phili/
stiuorū vt desperet saul. cessetq; me q̄re/
re in cunctis finib⁹ israel? Fugiaz g̃ ma/
nus eius. Et surrexit dauid. ⁊ abijt ipe
⁊ sexcenti viri cū eo ad achis filium ma
och regem geth. Et habitauit dauid cū
achis in geth ipe ⁊ viri ei⁹ et domus ei⁹
⁊ due vxores ei⁹: achinoen ieçrahelites
⁊ abigail vxor nabal carmeli. Et nunci/
atum est saul q̄ fugisset dauid in geth.
⁊ nō addidit vltra q̄rere eum. Dixit au
tē dauid ad achis: Si inueni gratiaz in
oculis tuis: detur mihi locus in vna vr
bium regiōis huius vt habitē ibi. Cur
euim manet seruus tuus in ciuitate re
gis tecū? Dedit itaq; ei achis in die il/
la sicelech. Propter quā cām facta ē si/
celech regū iuda vsq; in diē hanc. Fuit
aūt numerus dieꝝ quib⁹ habitauit da/
uid in regiōe philistinoꝝ q̄ttuor mēsiū
Et ascēdit dauid ⁊ viri ei⁹. ⁊ agebāt pre/
das de gessuri ⁊ de geçre ⁊ de amalechitis

Hi enī pagi habitabāt in terra antiq̄t⁹ eūtib⁹ sur vsq̄ ad terrā egypti. Et ꝑcu/tiebat dauid oēm terrā illoꝝ. nec relin/q̄bat viuentē viꝝ ⁊ mulierē: tollēsq̄ o/ues ⁊ boues ⁊ asinos ⁊ camelos ⁊ vestes reuertebat̄. et veniebat ad achis. Dice/bat aūt ei achis. In quē irruisti hodie? Rn̄debat dauid: Cōtra meridiē iude et ꝯtra meridiē hieramel ⁊ ꝯtra meridiez ceni. Virū ⁊ mulierē nō viuificabat da/uid: nec adducebat in geth dicēs. ne for te loquant̄ aduersuz nos: Hec fecit da/uid. Et hoc erat decretū illi oībus dieb⁹ quib⁹ habitauit in regione philistinoꝝ Credidit g̃ achis dauid dicens: Multa mala opat⁹ est ꝯtra ꝓpl'm suuz isrl'. Erit igit̄ mihi ꝑu⁹ sempitern⁹. XXVIII

Factū est aūt in dieb⁹ illis: ꝯgre/gauerūt philistijm agmīa sua vt ꝓparent̄ ad bellū ꝯtra isrl'. Dixitq̄ achis ad dauid. Sciens nūc sci to: qm̄ mecū egredieris ī castris tu ⁊ vi ri tui. Dixitq̄ dauid ad achis: Nūc scies que facturus ē ꝑuus tuus. Et ait achis ad dauid: Et ego custodem capitis mei ponam te cūctis dieb⁹. Samuel autez mortuus ē. planxitq̄ eū oīs isrl'. ⁊ sepeli erūt eū in ramatha vrbe sua. Et saul ab stulit magos ⁊ ariolos de terra. ⁊ inter/fecit eos q̄ phitones hēbant in ventre. Congregatiq̄ sunt philistijm. ⁊ venerūt ⁊ castrametati sunt ī sunā. Cōgregauit aūt ⁊ saul vniūsuz isrl'. ⁊ venit in gelboe. Et vidit saul castra philistijm ⁊ timuit ⁊ expauit cor ei⁹ nimis. Cōsuluitq̄ dn̄z ⁊ nō rn̄dit ei: neq̄ ꝑ somnia. neq̄ per sa/cerdotes. neq̄ per ꝓphetas. Dixitq̄ saul seruis suis: Querite mihi mulierē ha/bentē phitonē. ⁊ vadā ad eā ⁊ sciscitabor ꝑ illam. Et dixerūt serui eius ad eū. Est mulier phitonez hn̄s in endor. Muta/uit g̃ habitū suū. vestitusq̄ est alijs vesti mētis. ⁊ abijt ipe ⁊ duo viri cū eo: vene/rūtq̄ ad mulierē nocte. ⁊ ait illi. Diuīa mihi in phitone: ⁊ suscita mihi quez di/xero tibi. Et ait mulier ad euz. Ecce tu nosti quanta fecerit saul ⁊ quō eraserit magos ⁊ ariolos de terra. Quare g̃ insi diaris anīe mee vt occidar? Et iurauit ei saul in dn̄o dicens: Viuit dn̄s: q̄ nō eueniet tibi quicq̄ mali ꝓpter hanc rez Dixitq̄ ei mulier. Quez suscitabo tibi? Qui ait. Samuelem mihi suscita. Cū autē vidisset mulier samuelez: exclama/uit voce magna. ⁊ dixit ad saul. Quare imposuisti mihi? Tu es enī saul. Dixit/q̄ ei rex: Noli timere: Quid vidisti? Et ait mulier ad saul. Deos vidi ascenden tes de terra. Dixitq̄ ei: Qualis est for/ma ei⁹: Que ait. Vir senex ascēdit. ⁊ ipe amictus ē pallio. Et intellexit saul q̄ sa muel esset. ⁊ inclinauit se sup faciez suaz in terra. ⁊ adorauit. Dixit autez samuel ad saul: Quare inquietasti me vt susci/tarer? Et ait saul. Coartor nimis. Siq̄ dem philistijm pugnant aduersum me ⁊ deus recessit a me. ⁊ exaudire me nolu it. neq̄ in manu prophetarum. neq̄ per somnia. Vocaui ergo te: vt ostenderes mihi quid faciam. Et ait samuel: Quid interrogas me cū dn̄s recesserit a te. et transierit ad emulū tuum? Faciet eniz tibi dn̄s sicut locutus est in manu mea ⁊ scindet regnuz tuū de manu tua. ⁊ da/bit illud ꝓxīo tuo dauid. q̄ non obedisti voci dn̄i neq̄ fecisti iram furoris eius in amalech: Idcirco q̄d pateris fecit tibi dn̄s hodie. ⁊ dabit dn̄s etiā isrl' tecuz in manu philistijm. Cras aūt tu ⁊ filij tui mecū erit: sed ⁊ castra isrl' tradet dn̄s in man⁹ philistijm. Statimq̄ saul cecidit porrect⁹ in terrā. Extimuerat enī verba samuel'. ⁊ robur nō erat in eo. q̄ non co mederat panē tota die illa. Ingressa est itaq̄ mulier illa ad saul. Conturbatus enī erat valde. Dixitq̄ ad eū. Ecce obe/diuit ancilla tua voci tue. ⁊ posui anīam meā in manu mea. ⁊ audiui ꝑmones tu os quos locutus es ad me. Nūc igit̄ au di ⁊ tu vocem ancille tue. ⁊ ponā corā te buccellam panis vt comedens conua/lescas. ⁊ possis iter agere. Qui renuit ⁊ ait: Non comedam. Coegerūt autē euz serui sui ⁊ mulier. ⁊ tandez audita voce eoꝝ surrexit de terra. ⁊ sedit sup lectum Mulier aūt illa habebat vitulū pascua/

lem in domo ⁊ festinauit. ⁊ occidit eum.
Tollensq; farinā miscuit eā. ⁊ coxit açy-
ma. ⁊ posuit ante saul ⁊ ante seruos eius
Qui cū comedissent: surrexerunt. ⁊ am
bulauerūt ꝑ totā noctē illā. XXIX

Congregata sūt ergo philistijz
vniuersa agmina in aphec. Sz
⁊ isrl' castrametat' est sup fontē
qui erat in ieçrahel. Et satrape quidem
philistijm incedebāt in centurijs ⁊ mi-
libꝫ. dauid aūt ⁊ viri ei' erāt ī nouissimo
agmīe cū achis. Dixerūq; prīcipes phi
listijm ad achis. Quid sibi volūt hebrei
isti? Et ait achis ad prīcipes philistijm.
Nunq̄d ignoratis dauid q̄ fuit ꝟu' saul
regis israel. ⁊ est apud me multis diebꝫ
vel annis? Et nō inueni in eo quicq̄ ex
die q̄ transfugit ad me vsq; ad diē hanc
Irati sunt autē adūsus eum principes
philistijm ⁊ dixerūt ei: Reuertatur vir:
⁊ sedeat in loco suo in quo ꝯstituisti euz
⁊ nō descendat nobiscū in preliuz ne fiat
nobis adūsarius cuz p̄liari ceperimus.
Quō enī aliter poterit placare dn̄m su-
um nisi in capitibꝫ nr̄is? Nōne iste ē da
uid cui cantabant ī choris dicētes: ꝑcus-
sit saul in milibꝫ suis. ⁊ dauid in decē mi
libꝫ suis? Vocauit g̊ achis dauid. et ait
ei: Viuit dn̄s. qꝛ rectus es ⁊ bon' in cō-
spectu meo. ⁊ exitus tuus ⁊ introit' tu-
us mecuz est in castris. Et nō inueni in
te quicq̄ mali. ex die q̄ venisti ad me vs-
q; in diē hanc: sz satrapis nō places. Re
uertere g̊ ⁊ vade ī pace. ⁊ nō offendas o-
culos satraparuz pstilistijm. Dixitq; da
uid ad achis: Quid enī feci ⁊ q̄d inueni
sti in me ꝟuo tuo a die q̄ fui in cōspectu
tuo vsq; in diē hanc vt non veniā et pu
gnem ꝯtra inimicos dn̄i mei reg'? Re-
spondens aūt achis locut' est ad dauid
Scio qꝛ bon' es tu in oculis meis sicut
angelus dei. sz prīcipes philistinoꝝ dixe-
rūt: Nō ascēdet nobiscū in p̄liū. Igit' cō
surge mane. tu ⁊ serui dn̄i tui q̄ venerūt
tecū. ⁊ cū de nocte surrexerit' ⁊ cepit di-
lucescere. pergite. Surrexit itaq; de no-
cte dauid ip̄e et viri ei' vt ꝓficiscerētur
mane. ⁊ reuerterent' ad terrā philistijm
Philistijm aūt ascēderunt in ieçrahel.

XXX

Cunq; venissent da-
uid ⁊ viri ei' in sicelech die ter-
tia amalechite impetuz fecerāt
ex parte australi in sicelech. ⁊ ꝑcusserant
sicelech. ⁊ succenderant eaz igni. Et ca-
ptiuas duxerant mulieres ex ea a mini
mo vsq; ad magnū. ⁊ non interfecerant
quenq̄. sed secuz duxerant. ⁊ ꝑgebāt iti
nere suo. Cuz g̊ venisset dauid ⁊ viri ei'
ad ciuitatem. ⁊ inuenissent eā succensaz
igni ⁊ vxores suas ⁊ filios suos et filias
ductas esse captiuas: leuauerūt dauid:
⁊ ꝓpl's qui erat cū eo voces suas. ⁊ plan-
xerunt donec deficerent in eis lachryme
Siquidez ⁊ due vxores dauid captiue
ducte fuerant achinoen ieçrahelites. et
abigail vxor nabal carmeli. Et cōtrista-
tus est dauid valde. Volebat enim euz
ꝓpl'us lapidare. quia amara erat anima
vniuscuiusq; viri sup filijs suis ⁊ filiabꝫ
Confortatus est autē dauid in domino
deo suo. ⁊ ait ad abiathar sacerdotem fi-
lium achimelech: Applica ad me ephot.
Et applicuit abiathar ephot ad dauid ⁊
consuluit dauid dn̄m dicens: Perseq̄t
latrunculos hos. ⁊ cōprehendaz eos. an
nō? Dixitq; ei dn̄s. Persequere. absq;
dubio enim comprehendes eos. ⁊ excu-
ties predam. Abijt g̊ dauid ip̄e ⁊ sexcen-
ti viri qui erant cum eo. ⁊ venerūt vsq;
ad torrentem besor. ⁊ lassi quidā substi-
terunt: Persecut' est autē dauid ip̄e et
quadringenti viri cum eo: substiterant
enim ducenti qui lassi transire nō pote
rant torrentē besor. Et inuenerūt virū
egyptium in agro. ⁊ adduxerunt euz ad
dauid. Dederuntq; ei panē vt comede-
ret ⁊ biberet aquā: sed ⁊ fragmen masse
caricarum. ⁊ duas ligaturas vue passe.
Qui cum comedisset. reuersus est spiri
tus eius. ⁊ refocillatus est. Non eniz co
mederat panem neq; biberat aquaz tri-
bus diebus ⁊ tribus noctibꝫ. Dixit ita-
q; ei dauid: Cuius es tu. vel vnd̄. ⁊ quo
pergis? Qui ait: Puer egypti' ego suz:
ꝟuus viri amalechite. Dereliq̄t aūt me
dn̄s me': qꝛ egrotare cepi uudiusterti'.

Siquidem nos erupimus ad australē
plagam cerethi ⁊ ꝯtra iudā. ⁊ ad meridi
em caleph. ⁊ sicelech succendimus igni
Dixitq; ei dauid: Potes me ducere ad
istum cuneū: Qui ait: Iura mihi ꝑ de/
um ꝙ nō occidas me. ⁊ nō tradas me in
man⁹ dñi mei. ⁊ ego ducaz te ad cuneuz
istū. Et iurauit ei dauid. Qui cum du/
xisset eū. ecce illi discūbebant sup faciem
vniuerse terre. comedētes ⁊ bibentes. ⁊
q̄si festū celebrātes diē. ꝓ cūcta preda et
spolijs q̄ cepant de terra philistijm ⁊ de
terra iuda. Et ꝑcussit eos dauid a vespa
vsq; ad vespaz alteri⁹ diei: ⁊ nō euasit ex
eis q̄sq; nisi tm̄ q̄dringēti viri adolescē/
tes q̄ ascēderāt camelos ⁊ fugerāt. Eru
it g̊ dauid omīa q̄ tulerāt amalechite. ⁊
duas vxores suas eruit. Nec defuit q̄sq;
a ꝑuo vsq; ad magnū tam de filijs q̄; de
filiabꝫ ⁊ de spolijs. et q̄cūq; rapuerāt oīa
reduxit dauid. ⁊ tulit vniu̇sos greges ⁊
armēta. ⁊ minauit añ faciē suā. Dixerūt
q;: Hec est p̄da dauid. Venit aūt dauid
ad ducētos viros q̄ lassi substiterāt: nec
sequi poterāt dauid. ⁊ residere eos ius/
serat in torrēte besor. Qui egressi sunt
obuiā dauid. ⁊ ꝓpl'o qui erat cū eo. Acce
dens autē dauid ad ꝓpl'm salutauit eos
pacifice. Rñdensq; oīs vir pessim⁹ ⁊ ini
quus de viris q̄ erant cum dauid. dixit:
Quia nō venerūt nobiscū nō dabimus
eis quicq; de p̄da q̄; eruim⁹. sed sufficiat
vnicuiq; vxor sua ⁊ filij. q̄s cū acceperīt
recedāt. Dixit aūt dauid: Nō sic facietꝫ
frēs mei de his q̄ tradidit nobis dñs. ⁊
custodiuit nos. ⁊ dedit latrūculos q̄ eru
perant aduersuz nos in man⁹ nr̄as. nec
audiet vos quisq; sup ꝯmōe hoc. Equa
enī ꝑs erit descēdentꝫ ad preliū. ⁊ rema/
nentis ad sarcinas. ⁊ sil'r diuidēt. Et fa
ctum ē hoc ex die illa. ⁊ deinceps cōstitu
tum ⁊ p̄finitū: ⁊ q̄si lex in isrl' vsq; in diē
hanc. Venit g̊ dauid in sicelech. ⁊ misit
dona de p̄da senioribꝫ iuda ꝓximis suis
dicens. Accipite benedictionē de p̄da ho
stiū dñi. His qui erāt in bethel ⁊ q̄ in ra
moth ad meridiē. ⁊ qui in gether. ⁊ qui
in aroer. ⁊ q̄ in sephamoth. ⁊ q̄ in estha/
ma. ⁊ q̄ in rachal. ⁊ qui ī vrbibꝫ hierame
li. ⁊ q̄ in vrbibꝫ ceni. ⁊ qui ī rama. ⁊ qui ī
lacu asan. ⁊ qui ī athach. ⁊ q̄ in hebron. ⁊
reliq̄s qui erāt ī his locꝫ in quibꝫ cōmo
rat⁹ fuerat dauid ⁊ viri eius. XXXI

Philistijm aūt pugnabant adu̇
sum isrl'. Et fugerūt viri isrl' an
te faciē philistijm. ⁊ ceciderunt
interfecti in mōte gelboe. Irrueruntq;
philistijm ī saul ⁊ ī filios eius. ⁊ ꝑcusse/
runt ionathan. ⁊ abinadab ⁊ melchisue
filios saul: totūq; pondus p̄lij versum ē
in saul. Et cōsecuti sunt eū viri sagitta/
rij. ⁊ vulneratus ē vehemēter a sagitta/
rijs. Dixitq; saul ad armigeꝝ suū: Eua/
gina gladiū tuum et ꝑcute me: ne forte
veniant incircūcisi isti ⁊ interficiant me
illudētes mihi. Et noluit armiger eius
fuerat enī nimio terrore ꝑterrit⁹. Arri/
puit itaq; saul gladiū suum ⁊ irruit sup
eū. Qd̄ cū vidisset armiger ei⁹ videlicz
ꝙ mortuus eēt saul: irruit etiaz ip̄e sup
gladiū suum ⁊ mortuus ē cuz eo. Mor
tuus est g̊ saul ⁊ tres filij ei⁹. ⁊ armiger
illius. ⁊ vniu̇si viri eius in die illa pari/
ter. Vidētes aūt filij isrl' qui erāt trans
vallē ⁊ trans iordanē ꝙ fugissent viri is
raelite. ⁊ ꝙ mortuus eēt saul ⁊ tres filij
eius: reliq̄runt ciuitates suas. ⁊ fugerūt
Veneruntq; philistijm et habitauerūt
ibi. Facta autē die altera venerūt phili/
stijm vt expoliarēt interfectos. ⁊ īuene/
runt saul ⁊ tres filios ei⁹ iacētes in mō
te gelboe. Et p̄ciderūt caput saul. ⁊ expo
liauerūt euz armis. ⁊ miserunt ī terraz
philistinoꝝ ꝑ circūituz vt annunciaret̄
in templo idoloꝝ ⁊ ī ꝓpl'is. Et posuerūt
arma ei⁹ in tēplo astaroth: corpus vero
eius suspēderūt in muro bethsan. Qd̄
cū audissent hītatores iabes galaad q̄cū
q; fecerant philistijm saul: surrexerunt
oēs viri fortissimi. ⁊ ambulauerūt tota
nocte ⁊ tulerūt cadauer saul ⁊ cadauera
filioꝝ ei⁹ de muro bethsan. Venerūtq;
viri iabes galaad ⁊ cōbusserūt ea igni. ⁊
tulerunt ossa eoꝝ. ⁊ sepelierūt in nemo
re iabes. et ieiunauerunt septem diebꝫ.

Explicit primus liber Samuelis

Incipit secundus liber Samuelis. Capl'm I

Factũ est aũt postq̃ mortuus est saul vt dauid reuterer a cede amalech. et maneret in sicelech duos dies. In die autẽ tertia apparuit hõ veniens de castris saul veste ꝯscissa ⁊ puluere conspersus caput. Et vt venit ad dauid cecidit sup faciez suaz. ⁊ adorauit. Dixitq̃ ad eũ dauid: Vñ venis? Qui ait ad euz. De castris isrl' fugi. Et dixit ad eum dauid: Qd̃ est v̄bũ qd̃ factũ ẽ? Indica mihi. Qui ait. Fugit ppl's ex p̄lio. et multi corruẽtes e ppl'o mortui sunt: sz ⁊ saul ⁊ ionathas fili⁹ ei⁹ interierũt. Dixitq̃ dauid ad adolescentẽ qui nũciabat ei: Vñ scis qꝛ mortu⁹ est saul ⁊ ionathas filius eius? Ait adolescens qui nunciabat ei. Casu veni in montẽ gelboe et saul incũbebat sup hastã suã: porro curr⁹ ⁊ eq̃tes appropinquabãt ei. ⁊ ꝯuersus post terguz suũ. videsq̃ me vocauit. Cui cũ rñdissez assum. dixit mihi: Quis nam es tu? Et aio ad eũ. Amalechites ego suz. Et locutus ẽ mihi: Sta sup me. ⁊ interfice me qm̃ tenẽt me angustie: ⁊ adhuc tota aĩa mea ĩ me est. Stansq̃ sup eũ occidi illũ. Sciebã enĩ q̃ viuere nõ poterat p⁹ ruinã. Et tuli diadema qd̃ erat ĩ capite ei⁹. ⁊ armillã de brachio illius. ⁊ attuli ad te dñm meuz huc. Apprehendẽs autez dauid vestimẽta sua scidit. oẽsq̃ viri q̃ erãt cum eo. ⁊ plãxerunt ⁊ fleuerũt ⁊ ieiunauerunt vsq̃ ad vesp̄az sup saul ⁊ sup ionathan filiũ ei⁹. ⁊ sup ppl'm dñi. ⁊ super domuz isrl': eo q̃ corruissent gladio. Dixitq̃ dauid ad iuuenẽ qui nunciauerat ei: Vñ es tu? Qui rñdit: Fili⁹ hoĩs aduene amalechite ego suz. Et ait ad euz dauid: Quare nõ timuisti mittere manum tuã vt occideres xp̄m dñi? Vocãsq̃ dauid vnum de pueris suis ait: Accedens irrue ĩ eum. Qui percussit illuz et mortuus est. Et ait ad euz dauid. Sanguis tuus sup caput tuũ. Os enĩ tuuz locutũ est aduresuz te dicẽs: ego interfeci xp̄m dñi. Planxit autez dauid planctuz huiuscemõi sup saul ⁊ sup ionathan filium eius. ⁊ p̄cepit vt docerent filios iuda arcũ. sicut scriptũ est in libro iustorũ. Et ait: Cõsidera isrl' p his q̃ mortui sũt sup excelsa tua vulnerati. Inclyti israel super mõtes tuos interfecti sunt. Quõ ceciderũt fortes? Nolite annunciare in geth: neq̃ ãnuncietis in cõpitis ascalonis: ne forte letent̃ filie philistijm. ne exultent filie incircũcisoꝝ. Mõtes gelboe nec ros nec pluuia veniãt sup vos. Neq̃ sint agri primitiaꝝ: qꝛ ibi abiect⁹ ẽ clypeus fortiũ. clypeus saul q̃si nõ eẽt vnctus oleo a sanguĩe interfectoꝝ ab adipe fortiũ. Sagitta ionathe nũq̃ redijt retrorsuz. ⁊ gladius saul non est reuersus inanis: Saul ⁊ ionathas amabiles ⁊ decori valde in vita sua: in morte q̃z ñ sũt diuisi. Aquil' velociores: leonib⁹ fortiores. Filie isrl' sup saul flete q̃ vestiebat vos coccino in delitijs: qui p̄bebat ornamẽta aurea cultui vr̄o. Quõ ceciderũt fortes in p̄lio? Ionathas ĩ excelsis tuis occisus est. Doleo sup te frater mi ionatha decore nimis: et amabil' sup amorez mulieꝝ. Sicut mr̄ vnicũ amat filiũ suum: ita ego te diligebã. Quõ ceciderũt robusti. ⁊ p̄ierũt arma bellica? II

Igitur post hec cõsuluit dauid dñm dicens: Num ascẽdam in vnaz de ciuitatib⁹ iuda? Et ait dñs ad eũ. Ascẽde. Dixitq̃ dauid. Quo ascendaz? Et rñdit ei. In hebron. Ascendit g̃ dauid ⁊ due vxores ei⁹ achinoẽ iezrahelites et abigail vxor nabal carmeli: sed ⁊ viros qui erãt cuz eo duxit dauid singulos cum domo sua. ⁊ mãserunt in oppidis hebron. Venerũtq̃ viri iuda. ⁊ vnxerunt ibi dauid vt regnaret sup domũ iuda. Et nunciatuz est dauid q̃ viri iabes galaad sepelissent saul. Misit g̃ dauid nuncios ad viros iabes galaad. dixitq̃ ad eos: Benedicti vos a domino q̃ fecistis misericordiam hanc cum domino vestro saul. ⁊ sepelistis euz. Et nunc

retribuet vobis quidē dn̄s misericordiam ⁊ veritatē. ⁊ ego reddaz grāz eo ꝙ fecistis verbuz istud. Confortent̄ manus vr̄e. ⁊ estote filij fortitudīs. Licet eī mortuus sit dn̄s vr̄ saul: tn̄ me vnxit domus iuda in regē sibi. Abner autē filius ner prīceps exercitus saul. tulit isboseth filium saul. ⁊ circumduxit euz ꝑ castra. regemqꝫ ꝯstituit sup̄ galaath. ⁊ sup̄ gessuri. ⁊ sup̄ ieçrahel. ⁊ sup̄ effraim. ⁊ sup̄ beniamin. ⁊ sup̄ isrl̄ vniūsuz. Quadraginta annoꝝ erat isboseth filius saul cum regnare cepisset sup̄ isrl̄. ⁊ duobꝫ annis regnauit. Sola autē domus iuda seq̄bat̄ dauid. Et fuit numerus dieꝝ q̄s cōmoratus ē dauid imperās in hebrō sup̄ domuz iuda septē ānorum ⁊ sex mensium Egressusqꝫ ē abner filius ner ⁊ pueri isboseth filij saul de castris ī gabaon. Porro ioab filiꝰ saruie. ⁊ pueri dauid egressi sunt. ⁊ occurrerūt eis iuxta piscinam gabaon. Et cū in vnū ꝯuenissent e regione sederūt hi in vna ꝑte piscine. et illi ex altera. Dixitqꝫ abner ad ioab. Surgant pueri. ⁊ ludant corā nob̄. Et rn̄dit ioab: Surgāt. Surrexerūt g̊ ⁊ transierunt nūero duodecī de beniamin ex ꝑte isboseth filij saul. ⁊ duodecī de puer̄ dauid. Apprehensoqꝫ vnusq̄sqꝫ capite cōparis sui defixit gladiū in latꝰ ꝯtrarij. ⁊ ceciderunt sil̄. Vocatūqꝫ est nomē loci illius ager robustoꝝ in gabaon. Et ortuz est belluz durū satis ī die illa. fugatusqꝫ est abner ⁊ viri isrl̄ a puer̄ dauid. Erāt autē ibi tres filij saruie: ioab et abisai et asahel. Porro asahel cursor velocissimus fuit q̄si vnus de capreis q̄ morant̄ in silvis. Perseq̄bat̄ autē asahel abner. ⁊ nō declinauit ad dexteraz siue ad sinistraz omittēs ꝑsequi abner. Respexit itaqꝫ abner pꝰ tergū suū. ⁊ ait. Tu ne es asahel? Qui rn̄dit: Ego sum. Dixitqꝫ ei abner. Vade ad dexterā siue ad sinistrā. ⁊ apprehende vnuz de adolescentibꝫ. ⁊ tolle tibi spolia eiꝰ. Noluit autez asahel omittere quin vrgeret euz. Rursumqꝫ locutꝰ est abner ad asahel. Recede et noli me seq̄. ne forte cōpellar cōfodere te ī terrā. ⁊ leuare nō potero faciē meā ad ioab fratrē tuum. Qui audire ꝯtēpsit. ⁊ noluit declinare. Percussit g̊ eum abner auersa hasta in inguīe ⁊ trāssodit. ⁊ mortuus ē in eodē loco. Oēsqꝫ qui trāsibāt ꝑ locū illum in q̊ ceciderat asahel ⁊ mortuus erat. subsistebāt. Persequētibꝫ aūt ioab ⁊ abisai fugientē abner. sol occubuit. Et venerūt vsqꝫ ad collē aq̄ductus q̄ est ex aduerso vallis ⁊ itineris deserti ī gabaon. Cōgregatiqꝫ sunt filij beniamin ad abner. ⁊ ꝯglobati in vnū cuneum. steterūt ī summitate tumuli vniꝰ. Et exclamauit abner ad ioab ⁊ ait: Num vsqꝫ ad internitionē tuus mucro deseuiet? An ignoras ꝙ ꝑiculosa sit desperatio? Vsqꝫ quo nō dicis ꝓpl̄ꝰ vt omittat ꝑseq̄ frēs suos? Et ait ioab: Viuit dn̄s: si locutus fuisses māe recessissz ꝓpl̄s ꝑsequēs frēz suum. Insonuit g̊ ioab buccina. ⁊ stetit oīs exercitꝰ: nec ꝑsecuti sunt vltra isrl̄: neqꝫ iniere certamē. Abner autez ⁊ viri eiꝰ abierūt ꝑ cāpestria moab tota nocte illa. ⁊ trāsierunt iordanē. ⁊ lustrata om̄i bethoron venerūt ad castra. Porro ioab reuersus omisso abner ꝯgregauit oēm ꝓpl̄m ⁊ defuerunt de pueris dauid decez ⁊ nouez viri excepto asahele. Serui autem dauid ꝑcusserunt de beniamin ⁊ de viris qui erant cū abner trecētos sexaginta: qui ⁊ mortui sunt. Tuleruntqꝫ asahel. ⁊ sepelierunt eum in sepulcro patris sui in bethleez. Et ambulauerunt tota nocte ioab ⁊ viri qui erant cuz eo. ⁊ in ip̄o crepusculo ꝑuenerūt ī hebron.

III

Facta est ergo longa concertatio inter domuz dauid ⁊ inter domum saulis: dauid proficiens ⁊ semper seip̄o robustior domus autez saul decrescens quotidie. Natiqꝫ sunt filij dauid in hebron. Fuitqꝫ primogenitus eiꝰ amnon de achinoen ieçrahelite. et post eum celeab de abigail vxore nabal carmeli. Porro tertius absalon filius maacha filie tholomai regis gessur. Quartus autem adonias filius agith. et quintus saphacias filius abithal. Sextꝰ quoqꝫ hietraan de egla

vxore dauid. Hi nati sunt dauid in he-
bron. Cum ḡ esset preliū inter domum
saul ⁊ domū dauid: abner filiꝰ ner rege-
bat domū saul. Fuerat autē sauli ꝯcubi
na noīe respha filia achia. ingressusq; ē
ad eā abner. Dixitq; isboseth ad abner.
Quare ingressus es ad ꝯcubinā patris
mei? Qui iratꝰ uimis ꝓpter verba isbo
seth. ait: Nūquid caput canis ego suz ad
uersum iudā hodie qui fecerim miseri-
cordiā sup domū saul p̄ris tui. ⁊ sup fra-
tres ⁊ ꝓximos eiꝰ. ⁊ nō tradidi te ī maū
dauid: ⁊ tu req̄sisti ī me ꝙ argueres pro
muliere hodie? Hec faciat deus abner ⁊
hec addat ei: nisi quō iurauit dn̄s dauid
sic faciā cū eo vt trāsferat̄ regnuz de do-
mo saul ⁊ eleuet̄ thronꝰ dauid sup israel
⁊ sup iudā a dan vsq; bersabee. Et nō po
tuit rn̄dere ei quicq̄ qꝛ metuebat illuz
Misit ḡ abner nuncios ad dauid in he-
bron ꝓ se dicētes: Cuius est terra? Et
vt loq̄rent̄: Fac mecuz amicicias. ⁊ erit
manus mea tecū. ⁊ reducā ad te vniuer
suz isrl̄. Qui ait. Optime: Ego faciaz te
cū amicicias. sed vnā rē peto a te dicēs:
Nō videbis faciē meā anteq̄ adduxeris
mihi michol filiā saul. ⁊ sic venies ⁊ vide
bis me. Misit autez dauid nuncios ad
isboseth filiū saul dicēs: Redde vxorez
meā michol quā despondi mihi centū p̄
putijs philistijm. Misit ḡ isboseth. ⁊ tu
lit eā a viro suo phaltiel filio lais. Seq̄
baturq; eā vir suus plorās vsq; bahurī
Et dixit ad euz abner. Vade ⁊ reuerte-
re. Qui reuꝰsus est. Sermonē q̄z intu-
lit abner ad seniores isrl̄ dicens: Tam
heri q̄ nudiustertius q̄rebatis dauid vt
regnaret sup vos. Nunc ḡ facite: qm̄ do
minus locutus est ad dauid dicēs. In
manu serui mei dauid saluabo ꝑpl̄m me
um isrl̄ de manu philistijm ⁊ oīm inimi
corum eiꝰ. Locutꝰ est aūt abner etiā ad
beniamin. Et abijt vt loq̄ret̄ ad dauid ī
hebron oīa q̄ placuerāt israeli et vniuꝰso
beniamin. venitq; ad dauid ī hebron cuz
viginti viris. Et fecit dauid abner ⁊ vi
ris eius qui venerāt cū eo conuiuium.
Et dixit abner ad dauid: Surgaz vt cō
gregem ad te dn̄m meum regē omnez
israel ⁊ ineam tecum fedus. et imperes
oībus sicut desiderat anīa tua. Cum er
go deduxisset dauid abner et ille isset in
pace. statim pueri dauid ⁊ ioab venerūt
cesis latronibꝫ cuz preda magna nimis
Abner autem non erat cuz dauid in he-
bron. qꝛ iam dimiserat eum. ⁊ ꝓfectꝰ fu
erat in pace. ⁊ ioab et om̄is exercitꝰ qui
erant cum eo postea venerant. Nuncia-
tum est itaq; ioab a narrantibꝫ: Venit
abner filius ner ad regē. ⁊ dimisit eum
⁊ abijt in pace. Et ingressus est ioab ad
regez ⁊ ait: Quid fecisti? Ecce venit ab-
ner ad te. Quare dimisisti eum. ⁊ abijt
⁊ recessit? Ignoras abner filiū ner: qm̄
ad hoc venit ad te vt deciperet te. ⁊ scirz
exitum tuum ⁊ introitū tuum. ⁊ nosset
omnia que agis? Egressus itaq; ioab a
dauid misit nuncios post abner. ⁊ redu
xit eum a cisterna syra ignorante dauid
Cunq; redisset abner in hebron seorsuz
adduxit eum ioab ad mediū porte vt lo
queret̄ ei in dolo. ⁊ percussit illum ibi in
inguine. ⁊ mortuus est in vltionez san-
guinis asahel fratris eius. Qd̄ cum au
disset dauid rē iam gestam. ait: Mūdus
ego sum. ⁊ regnū meū apud deum vsq;
in sempiternum a sanguine abner filij
ner. ⁊ veniat sup caput ioab ⁊ sup om̄ez
domū p̄ris eius. nec deficiat de domo io
ab fluxum seminis sustinēs ⁊ leprosus
⁊ tenens fusum. ⁊ cadens gladio ⁊ indi
gens pane. Igit̄ ioab ⁊ abisai frater eiꝰ
interfecerūt abner eo ꝙ occidissz asahel
frēz eoꝝ in gabaon in p̄lio. Dixit aūt da
uid ad ioab. ⁊ ad oēz ꝑpl̄m q̄ erat cuz eo:
Scindite vestimēta vr̄a ⁊ accingimī sac
cis. ⁊ plangite an̄ exeq̄as abner. Porro
rex dauid seq̄bat̄ feretꝝ. Cūq; sepelisset
abner ī hebrō: leuauit rex dauid vocē suā
⁊ fleuit sup tumulū abner. Fleuit aūt ⁊
oīs ꝑpl̄s. Plāgensq; rex ⁊ lugēs abner
ait: Neq̄q̄ vt mori solēt ignaui. mortuꝰ
es abner. Manꝰ tue ligate n̄ sūt. ⁊ pedes
tui nō sunt cōpedibꝫ aggrauati: sz sicut
solent cadere coraz filijs iniquitatis sic
corruisti. Congeminansq; oīs populus

fleuit super eum. Cũq; venisset vniuersa
multitudo cibũ cape cũ dauid clara ad
huc die: iurauit dauid dicẽs. Hec faciat
mihi deus: ⁊ hec addat si ante occasum so
lis gustauero panẽ vl' aliud quicq̃. Oĩs
q̃ ppl'us audiuit. et placuerũt eis cũcta
q̃ fecit rex in ꝯspectu oĩs ppl'i. Et cogno
uit omne vulgꝰ ⁊ vniuersus isrl' in die
illa: q̃niã nõ actũ fuisset a rege vt occide
retur abner filiꝰ ner. Dixit q̃z rex ad ser
uos suos: Nũ ignoratis q̃niã princeps
⁊ maximꝰ cecidit hodie in isrl'? Ego autẽ
adhuc delicatꝰ ⁊ vnctus rex. Porro vi
ri isti filij saruie duri sũt mihi. Retribu
at dñs facienti malũ iuxta maliciã suã.

Audiuit autẽ isboseth IIII
filius saul q̃ cecidisset abner in
hebron. ⁊ dissolute sunt manus
eius: oĩsq; isrl' ꝑturbatꝰ est. Duo autez
viri pricipes latronũ erãt filio saul: no
mẽ vni banaa. ⁊ nomen alteri rechab fi
lij remmõ berothite de filijs beniamin.
Si quidẽ ⁊ beroth reputata ẽ in benia
min. Et fugerunt berothite ĩ gethaim
fueruntq; ibi aduene vsq; ad tps illud.
Erat autẽ ionathe filio saul filius debil'
pedibꝫ. Quinquẽnis enĩ fuit qñ veĩt nũ
ciꝰ de saul ⁊ ionatha ex ieçrahel. Tollens
itaq; eum nutrix sua fugit. Cunq; festi
naret vt fugeret. cecidit. ⁊ claudus effe
ctus est. habuitq; vocabulum miphibo
seth. Veniẽtes igit' filij rẽmon berothi
te rechab ⁊ banaa: ingressi sunt feruẽte
die domuz isboseth. Qui dormiebat su
per stratũ suuz meridie. ⁊ ostiaria domꝰ
purgans triticuz obdormiuit. Ingressi
sunt autẽ domũ latẽter assumentes spi
cas tritici. ⁊ ꝑcusseunt eũ in inguine re
chab ⁊ banaa frater eiꝰ. ⁊ fugerunt. Cũ
autẽ ingressi fuissent domuz. ille dormi
ebat sup lectuz suũ in conclaui. ⁊ ꝑcutiẽ
tes interfecerunt eũ. Sublatoq; capi
te eiꝰ abierunt ꝑ viã deserti tota nocte.
et attulerũt caput isboseth ad dauid in
hebron. Dixerũtq; ad regẽ. Ecce caput
isboseth filij saul inimici tui qui q̃rebat
aĩam tuã. ⁊ dedit dñs dño meo regi vl
tionẽ hodie de saul ⁊ de semine eius. Re
spondẽs autẽ dauid rechab ⁊ banaa fra
tri eius filijs rẽmon berothite. dixit ad
eos: Viuit dñs qui eruit aĩam meaz de
om̃i angustia: qm̃ euz qui ãnunciauerat
mihi ⁊ dixerat: mortuꝰ est saul qui puta
bat se ꝓspera nunciare. tenui ⁊ occidi eũ
in sicelech. cui optebat me mercedẽ da
re ꝓ nuncio. Quãtomagis nunc cuz ho
mĩes impij interfecerunt viꝝ innoxiuz
in domo sua sup lectũ suuz nõ q̃raz san
guinẽ eius de manu vr̃a. ⁊ auferã vos de
terra. Precepit itaq; dauid pueris suis
⁊ interfecerunt eos. ꝑcidẽtesq; manus
⁊ pedes eoꝝ: suspenderunt eos sup pisci
nã ĩ hebrõ Caput autẽ isboseth tulerũt
⁊ sepelierunt ĩ sepulcro abner ĩ hebron.

Et venerunt vniuse tribꝫ V
isrl' ad dauid in hebron dicẽtes
Ecce nos os tuuz ⁊ caro tua su
mus. Sed ⁊ heri ⁊ nudiustertius. cum
esset saul rex sup nos: tu eras educẽs et
reducens isrl'. Dixit autẽ dñs ad te: Tu
pasces ppl'm meuz isrl'. ⁊ tu eris dux sup
isrl'. Venerũt q̃z ⁊ seniores isrl' ad regez
in hebron. ⁊ ꝑcussit cum eis rex dauid fe
dus in hebron corã dño: vnxerũtq; da
uid in regẽ sup isrl'. Filius triginta ãno
rum erat dauid cum regnare cepisset. ⁊
quadraginta ãnis regnauit. In hebron
regnauit sup iudam septem annis ⁊ sex
mensibus. in hierusalẽ autez regnauit
trigintatribꝫ annis sup oẽm israel ⁊ iu
dam. Et abijt rex ⁊ oẽs viri qui erãt cũ
eo in hierusalẽ ad iebuseũ habitatorem
terre. Dictumq; est dauid ab eis. Non
ingredieris huc nisi abstuleris cecos ⁊
claudos. dicẽtes. Non ingredieť dauid
huc. Cepit autẽ dauid arcẽ sion: hec ẽ ci
uitas dauid. Proposuerat enĩ dauid in
die illa premium qui ꝑcussisset iebuseũ
⁊ tetigisset domatũ fistulas. ⁊ abstulissz
cecos et claudos odientes animam da
uid. Idcirco dicitur in ꝓuerbio. Cecus
⁊ claudus non intrabunt in templum.
Habitauit autem dauid in arce sion: et
vocauit eam ciuitatem dauid. ⁊ edifica
uit per gyruz a mello ⁊ intrinsecus. Et
ingrediebať proficiẽs atq; succrescens.

⁊ dñs deus exercituũ erat cum eo. Mi-
sit q̃z hiram rex tyri nũcios ad dauid et
ligna cedrina ⁊ artifices lignoruz: artifi
cesq̃z lapidum ad parietes. ⁊ edificaue-
runt domuz dauid. Et cognouit dauid
quoniã cõfirmasset euz dñs regem sup̃
isrl'. ⁊ quoniã exaltasset regnũ ei⁹ sup̃ po
pulũ suũ isrl'. Accepit ergo dauid adhuc
concubinas et vxores de hierusalẽ post
q̃z venerat de hebron. Natiq̃z sunt dauid
et alij filij et filie. ⁊ hec noĩa eoꝝ qui na-
ti sunt ei in hierl'm. Samua et sobab ⁊
nathan et salomõ et iabaar et helisua ⁊
nepheg. et iaphia et helisama et helida
et helifeleth. Audierunt ꝯ philistijm q̃
vnxissent dauid in regẽ sup̃ isrl' et ascen
derũt vniũsi vt q̃rerẽt dauid. Qd̃ cũ au
disset dauid descẽdit in presidiũ. Phili
stijm aũt veniẽtes diffusi sunt ĩ valle ra
phaim. Et ꝯsuluit dauid dñz dicẽs. Si
ascendam ad philistijm. ⁊ si dabis eos ĩ
manu mea? Et dixit dñs ad dauid. Ascẽ
de q̃r tradẽs dabo philistijm ĩ manu tua
Venit ꝯ dauid in baalpharasim: ⁊ p̃cus
sit eos ibi. ⁊ dixit: Diuisit dñs inimicos
meos corã me. sicut diuidunt̃ aq̃. Pro-
pterea vocatũ est nomẽ loci illius baal
pharasim. Et reliq̃rũt ibi sculptilia sua
que tulit dauid ⁊ viri ei⁹. Et addiderũt
adhuc philistijm vt ascenderent ⁊ diffu
si sunt in valle raphaim. Cõsuluit autẽ
dauid dñm: Si ascendam ꝯtra philiste
os. ⁊ tradas eos ĩ man⁹ meas? Qui re-
spondit. Nõ ascendas ꝯtra eos. sed gyra
post tergũ eoꝝ. ⁊ venies ad eos ex adũso
piroꝝ. Et cũ audieris sonituz clamoris
gradiẽtis in cacumĩe piroꝝ. tunc inibis
preliũ: q̃r tũc egredietur dñs añ faciẽ tuã
vt p̃cutiat castra philistijm. Fecit itaq̃z
dauid sicut p̃cepat ei dñs. ⁊ p̃cussit phi
listijm de gabaa vsq̃z dũ venies geçer.

VI

Congregauit aũt rur-
sum dauid oẽs electos ex isra-
el triginta milia. Surrexitq̃z
dauid ⁊ abijt. ⁊ vniũsus ppl'us qui erat
cum eo de viris iuda vt adducerẽt arcã
dei. sup̃ quã inuocatũ est nomẽ dñi exer
cituum sedẽtis in cherubin super eam.
Et imposuerũt arcam dei sup̃ plaustruz
nouum. Tuleruntq̃z eã de domo amina
dab qui erat in gabaa: Oça autẽ ⁊ haio
filij aminadab minabant plaustrum no
uum. Cunq̃z tulissent eaz de domo ami-
nadab qui erat in gabaa custodiens ar-
cam dei. haio p̃cedebat arcam dei: dauid
autẽ ⁊ oĩs israel ludebant corã dño ĩ oĩ-
bus lignis fabrefactis ⁊ citharis ⁊ lyris
⁊ tympaĩs ⁊ sistris ⁊ cimbal'. Postq̃z aũt
venerunt ad aream nachor extendit oça
manum ad arcam dei. ⁊ tenuit eaz: quo-
niam calcitrabãt boues. ⁊ declinauerũt
eam. Iratusq̃z est indignatione dñs cõ
tra oçaz. et p̃cussit eum sup̃ temeritate:
qui mortuus est ibi iuxta arcaz dei. Cõ-
tristatus est autẽ dauid eo q̃ p̃cussisset
dñs oçam. ⁊ vocatum est nomẽ loci illi
us percussio oçe vsq̃z in diẽ hanc. Et ex-
timuit dauid dominũ in die illa dicẽs.
Quõ ingredietur ad me arca dñi? Et no
luit diuertere ad se arcam dñi in ciuita
tem dauid. sed diuertit eã in domũ obe
dedom gethei. Et habitauit arca dñi in
domo obededom gethei tribꝰ mensibꝰ.
⁊ benedixit dñs obededom. ⁊ oẽz domũ
eius. Nunciatũq̃z est regi dauid q̃ bene
dixisset dñs obededom. ⁊ oĩa eius ꝓpter
arcam dei. Dixitq̃z dauid. Ibo. ⁊ reducã
arcam cum benedictione in domũ meã
Abijt ꝯ dauid. ⁊ adduxit arcam dei de do
mo obededom in ciuitatem dauid cum
gaudio. ⁊ erant cum dauid septez chori
⁊ victima vituli. Cunq̃z trãscendissent
qui portabant arcam dñi sex passus. im
molabant bouem ⁊ ouem ⁊ arietem. et
dauid p̃cutiebat in organis armigaris.
⁊ saltabat totis viribus ante dominũ.
Porro dauid erat accinct⁹ ephot lineo.
⁊ dauid ⁊ omnis dom⁹ israel ducebant
arcam testamenti dñi in iubilo ⁊ in clan
gore buccine. Cunq̃z intrasset arca do-
mini in ciuitatẽ dauid. michol filia saul
prospiciens per fenestraz: vidit regẽ da
uid subsilientem atq̃z saltantem coram
domino. ⁊ despexit eum in corde suo. Et
introduxerũt arcã dñi: ⁊ imposuerũt eã
in loco suo in medio tabernaculi. quod

tetẽderat ei dauid.⁊ obtulit dauid holocaustа coꝝ dño ⁊ pacifica. Cũq; cõpleſſet offerens holocaustа et pacifica benedixit populo in noie dñi exercituũ. Et partitus eſt vniuerſe multitudini iſrł. tam viro q̃ mulieri ſingulis collyridaz panis vnã.⁊ aſſaturã bubalę carnis vnã ⁊ ſimilã frixã oleo Et abiit oĩs ꝓpl's vn' quiſq; in domũ ſuã Reuerſuſq; ẽ dauid vt benediceret domui ſue. ⁊ egreſſa michol filia ſaul in occurſum dauid. ait: Quã glorioſus fuit hodie rex iſrł' diſcooperiẽs ſe ante ancillas ſeruoꝝ ſuoꝝ. et nudatus ẽ quaſi ſi nudeť vnus de ſcurris. Dixitq; dauid ad michol. Eluit dñi q; ludã añ dñm qui elegit me potius q̃ patrem tuũ.⁊ q̃ omnẽ domũ eius.⁊ ꝑcepit mihi vt eſſem dux ſup ꝓpl'm dñi in iſrł. Et ludã et vilior fiã plus q̃ factus ſum. et ero humilis in oculis meis.⁊ cum ancillis de quibꝫ locuta es glorioſior apparebo. Igiť michol filie ſaul nõ eſt natꝰ filius vſq; in diẽ mortis ſue. VII

Factũ eſt aũt cũ ſediſſet rex i domo ſua.⁊ dñs dediſſet ei requiẽ vndiq; ab vniuerſis inimicis ſuis dixit ad nathan ꝓphetam. Videſ ne q̃ ego habitem in domo cedrina: et arca dei. poſita ſit in medio pelliũ: Dixitq; nathan ad regẽ: Oĩe quod ẽ in corde tuo vade fac: q̃ dñs tecũ eſt. Factũ eſt autẽ in illa nocte.⁊ ecce ſermo dñi ad nathã dicens. Vade et loquere ad ſeruũ meũ dauid. Hec dicit dñs. Nũquid tu edificabis mihi domũ ad habitandũ? Neq; enĩ habitaui i domo ex die illa qua eduxi iſrł. de terra egypti vſq; in diẽ hãc: ſed ambulabã in tabernaculo et in tẽtorio ſ cuncta loca que trãſiui cũ oĩbꝫ filiſ iſrael. Nũquid loquẽs locutus ſum ad vnã de tribubꝫ iſrł cui ꝑcepi vt paſceret ꝓpl'm meũ iſrł: dicẽs: q̃re nõ edificaſti mihi domũ cedrinã? Et nũc hec dices ſeruo meo dauid. Hec dicit dñs exercituũ Ego tuli te de paſcuis ſequentẽ greges vt eſſes dux ſup ꝓpl'm meũ iſrael. et fui tecũ in oĩbus vbicũq; ambulaſti. ⁊ interfeci vniuſos inimicos tuos a facie tua feciq; tibi nomẽ grãde iuxta nomẽ magnorũ qui ſunt in terra: Et ponã locum populo meo iſrł. et plãtabo eũ.⁊ habitabo cũ eo. et nõ turbabiť amplius nec addent filij iniquitatis vt affligant eum ſicut ꝓius. ex die qua cõſtitui iudices ſuper ꝓpl'm meũ iſrł. Et requiez dabo tibi ab omnibꝫ inimicis tuis: ꝓdicitq; tibi dñs q̃ domũ faciat tibi dñs. Cũq; cõpleti fuerint dies tui.⁊ dormieris cũ patribus tuis. ſuſcitabo ſemẽ tuum poſt te. quod egrediet de vtero tuo.⁊ firmabo regnũ eius. Ipſe edificabit domuz nomine meo. et ſtabiliã thronũ regni eius vſq; in ſempiternũ. Ego ero ei in pꝛem:⁊ ipſe erit mihi in filiũ. Qui ſi inique aliquid geſſerit: arguã eũ in virga virorꝫ.⁊ i plagis filiorũ hoim. Miſericordiã aũt meã nõ auferã ab eo ſicut abſtuli a ſaul quez amoui a facie mea. Et fidelis erit dom' tua. et regnũ tuũ vſq; in eternũ ante faciem meã.⁊ thronus tuus erit firmus iugiter. Secõm oĩa ẏba hec ⁊ iuxta vniuerſaz viſionẽ iſtã: ſic locutus eſt nathã ad dauid. Ingreſſus ẽ aũt rex dauid et ſedit coꝝ dño.⁊ dixit: Quis ego ſũ dñe deus ⁊ que domus mea: q̃ adduxiſti me hucuſq;? Sed ⁊ hoc parũ viſuz eſt in cõſpectu tuo dñe deus: niſi loquereris etiam de domo ſerui tui i lõginquũ? Iſta eſt enim lex adam dñe deus Quid ergo addere poterit adhuc dauid vt loquať ad te? Tu enĩ ſcis ſeruũ tuũ domie de'. ꝓpter verbũ tuũ ⁊ ſm cor tuũ feciſti oĩa magnalia hec ita vt notũ faceres ſeruo tuo. Idcirco magnificat' es dñe de' q̃ non ẽ ſimilis tui. neq; ẽ deus extra te in oĩbꝫ q̃ audiuim' auribꝫ nr̃is. Que eſt aũt vt ꝓpl's tu' iſrł gens i tra, ꝓpter quã iuit deus vt redimeret eã ſibi in ꝓpl'm ⁊ poneret ſibi nomen. ⁊ faceret q̃ eis magnalia ⁊ horribilia ſup terrã a facie ꝓpli tui quẽ redemiſti tibi ex egypto gentẽ ⁊ deũ eius? Firmaſti enĩ tibi ꝓpl'm tuum iſrł in ꝓpl'm ſempiternũ.⁊ tu dñe de' factus es eis in deũ. Nũc q̃ dñe deus ẏbuz quod locutus es ſup ſeruz tuũ ⁊ ſup domũ ei' ſuſcita i ſempit'nũ.⁊ fac ſicut lo-

cutus es vt magnificet nomē tuū vsq̄ in sempiternū. atq̄ dicat: Dñs de⁹ exercituū de⁹ sup isrl. Et dom⁹ serui tui dauid erit stabilita corā dño: q̄ tu dñe exercituū de⁹ isrl reuelasti auriculā serui tui dicēs: domum edificabo tibi ꝓpterea inuenit ꝑuus tuus cor suū vt oraret te oratōe hac. Nūc ḡ dñe deus tu es de⁹ et verba tua erūt vera. Locutus es enī ad seruū tuū bona hec Incipe ergo ⁊ bñdic domui serui tui vt sit in sempiternū corā te: q̄ tu dñe deus locutus es: bñdictione tua bñdicetur domus serui tui in sempiternum.

VIII

Factū est aūt post hec ꝑcussit dauid philistijm ⁊ humiliauit eos et tulit dauid frenuz tributi de manu philistijm. ⁊ ꝑcussit moab. et mēsus est eos funiculo coequās terre Mēsus est aūt duos funiculos: vnū ad occidendū. ⁊ vnū ad viuificanduz. Factusq̄ est moab dauid seruiēs sub tributo. Et ꝑcussit dauid adadeçer filiuz roob regē soba: qñ ꝓfectus ē vt dñaret sup flumē eufraten. Et captis dauid ex ꝑte ei⁹ mille septingentis equitib⁹. ⁊ vigīti milib⁹ peditū subneruauit omēs iugales curruum. Dereliquit aūt ex eis centū currus. Venit q̄z syria damasci vt ꝑsidiuz ferret adadeçer regi soba. ⁊ percussit dauid de syria vigintiduo milia viroꝝ. ⁊ posuit dauid presidiū in syria damasci. factaq̄ est syria dauid seruiēs sub tributo Seruauitq̄ dñs dauid in oīb⁹ ad quecunq̄ ꝓfectus est. Et tulit dauid arma aurea que habebāt serui adadeçer et detulit ea in hierusalē. Et de bethe et de beroth. ciuitatib⁹ adadeçer tulit rex dauid es multum nimis. de quo fecit salomō oīa vasa erea in tēplo. et mare eneuz et colūnas et altare. Audiuit aūt thou rex emath q̄ ꝑcussisset dauid omne robur adadaçer. ⁊ misit thou iorā filiū suuz ad regē dauid vt salutaret eū congratulās et grās ageret eo q̄ expugnasset adadeçer et ꝑcussisset eū. Hostis quippe erat thou adadeçer. Et in manu eius erant vasa aurea et vasa argētea ⁊ vasa erea. que ⁊ ipa sanctificauit rex dauid dño cū argento et auro q̄ sanctificauerat ꝺ vniuersis gētib⁹ q̄s subegerat ꝺ syria et moab ⁊ filijs ammon et philistijm et amalech et de manubijs adadeçer filij roob regis soba. Fecit q̄z sibi dauid nomē cū reuerteret capta syria in valle salinarū cesis decē et octo milibus. ⁊ in gebelem ad vigītitria milia. et posuit in idumea custodes statuitq̄ ꝑsidiū. Et facta ē vniuersa idumea seruiēs dauid. ⁊ seruauit dñs dauid in oīb⁹ ad q̄cūq̄ ꝓfect⁹ ē. Et regnauit dauid sup oēz isrl. faciebat q̄z dauid iudiciū. ⁊ iusticiā oī ꝑplo suo. Joab aūt filius saruie erat sup exercitum. Porro iosaphat filius ahilud erat acōmētarijs. ⁊ sadoch filius achitob. ⁊ achimelech filius abiathar erāt sacerdotes et saraias scriba: banaias aūt filius ioiade sup cerethi. ⁊ felethi. Filij aūt dauid sacerdotes erant:

IX

Et dixit dauid: Putas ne ē aliquis q̄ remāserit de domo saul vt faciā cū eo misericordiaā ꝓpter ionathan? Erat aūt dauid ꝺ domo saul seruus noīe siba Quē cum vocasset rex ad se dixit ei: Tu ne sis siba? Et ille rñdit: Ego sū seruus tuus: Et ait rex: Nūquid supest aliquis de domo saul vt faciam cū eo misericordiā dei? Dixitq̄ siba regi. Superest filius ionathe. debilis pedib⁹. Ubi inquit est? Et siba ad regez Ecce ait in domo est machir filij amihel in lodabar. Misit ergo rex dauid. et tulit eū de domo machir filij amihel de lodabar. Cum autē venisset miphiboseth filius ionathe filij saul ad dauid: corruit in faciez suā. et adorauit. Dixitq̄ dauid Miphiboseth. Qui rñdit. Adsum seru⁹ tuus. Et ait ei dauid. Ne timeas: q̄ faciens faciaz in te misericordiā ꝓpter ionathan patrē tuū. et restituā tibi omēs agros saul patris tui et tu comedes panez in mēsa mea semp. Qui adorās euz dixit: Quis ego sum seruus tuus. qm̄ respexisti sup canē mortuū similez mei? Vocauit itaq̄ rex sibā puerū saul. et dixit ei: Oīa quecūq̄ fuerunt saul ⁊ vniū

sam domus eius dedi filio dñi tui. Opa
re igit̃ ei terrã tu et filij tui et serui tui ⁊
inferes filio dñi tui cibos vt alatur. Mi
phiboseth autez filius dñi tui comedet
semp̃ panẽ sup̃ mensam meã. Erãt aũt
sibe quĩdecim filij ⁊ viginti serui. Dixit
q̃ siba ad regez: Sicut iussisti dñe mi
rex seruo tuo sic faciet seruus tuus. Et
miphiboseth comedet sup̃ mẽsaz meaz.
q̃si vn⁹ de filijs regis. Habebat aũt mi
phiboseth filiũ p̃uulũ noĩe micha Oĩs
vero cognatio domus sibe seruiebat mi
phiboseth Porro miphiboseth habita
bat in hierl'm. q̃z de mẽsa regis iũgit̃ ve
scebat̃. ⁊ erat claudus vtroq̃ pede. X

Factũ est aũt post hec vt morere
tur rex filiorũ ãmon. et regna
uit anõ filius eius p̃ eo. Dixit
q̃ dauid: Faciã misericordiã cũ anon fi
lio naas. sicut fecit pater eius mecũ mi
sericordiã. Misit g̃ dauid cõsolans eũ p̃
seruos suos sup̃ patris interitu. Cum
aũt venissent serui dauid in terrã filioꝝ
ãmon. dixerũt principes filioꝝ ãmon ad
anon dñm suũ. Putas q̃ p̃pter honorẽ
patris tui miserit dauid ad te cõsolato
res. et nõ ideo vt te inuestigaret et ex
ploraret ciuitatẽ. ⁊ euerteret eam misit
dauid ſuos suos ad te? Tulit itaq̃ anõ
seruos dauid: rasitq̃ dimidiaz partem
barbe eorũ et p̃cidit vestes eorũ medias
vsq̃ ad nates. et dimisit eos. Qd̃ cum
nũciatũ eẽt dauid: misit in occursuz eo
rum. Erãt enĩ viri ꝯfusi turpiter valde
Et mãdauit eis dauid: Manete in hie
richo donec crescat barba vr̃a. ⁊ tũc reu
timini. Vidẽtes aũt filij ãmon q̃ iniu
riam fecissent dauid: miserũt ⁊ ꝯduxerẽt
mercede syrũ roob: ⁊ syruz soba viginti
milia pedituz. ⁊ a rege maacha mille vi
ros. ⁊ ab histob decẽ milia viroꝝ. Qd̃ cũ
audisset dauid. misit ioab ⁊ omnẽ exer
citũ bellatoꝝ. Egressi sunt ergo filij am
mon ⁊ direxerũt aciẽ ante ip̃m introitũ
porte. Syrus aũt soba ⁊ roob et histob
et maacha seorsuz erãt in cãpo. Vidẽs g̃
ioab q̃ p̃paratũ esset adu̇suz se p̃liũ. ⁊ ex
aduerso ⁊ post tergũ. elegit sibi ex oĩbus
electis isrl'. ⁊ instruxit aciẽ ꝯtra syrũ reli
quã aũt partẽ p̃pli tradidit ab isai fratri
suo. Qui direxit aciẽ aduersũ filios am
mon. Et ait ioab: Si p̃ualuerint aduer
suz me syri. eris mihi in adiutoriũ: si au
tem filij ãmon p̃ualuerint aduersuz te.
auxiliabor tibi. Esto vir fortis. et pugne
mus p̃ populo nostro. et ciuitate dei nr̃i
Dñs aũt faciet quod bonũ ẽ in ꝯspectu
suo. Iniit itaq̃ ioab et p̃pl's qui erat cũ
eo certamẽ cõtra syros qui statim fuge
runt a facie eius. Filij aũt ãmon viden
tes q̃z fugissent syri. fugerũt et ip̃i a fa
cie abisai. et ingressi sunt ciuitatẽ. Reu
susq̃ est ioab a filijs ãmon. et venit hie
rusalẽ. Vidẽtes igit̃ filij ãmon q̃m syr⁹
expauit. et q̃m corruissent corã isrl' ꝯgre
gati sunt parit̃. Misitq̃ adadeçer ⁊ edu
xit syros qui erãt trans fluuiũ et addu
xit eoruz exercitũ. Sobach autem ma
gister militie adadeçer erat princeps eo
ruz. Qd̃ cũ nũciatũ esset dauid. ꝯtraxit
oẽz israelẽ. ⁊ trãsiuit iordanẽ. venitq̃ in
helã. Et direxerẽt aciẽ syri ex aduerso da
uid. ⁊ pugnauerũt ꝯtra isrl'. Fugerũtq̃
syri a facie israel. ⁊ occidit dauid de syris
septingentos currus. ⁊ quadragĩta mi
lia equitũ. ⁊ sobach p̃ricipẽ militie p̃cus
sit: q̃ statĩ mortu⁹ ẽ. Vidẽtes aũt vniu̇si
reges qui erãt in p̃sidio adadeçer se vi
ctos esse ab isrl': expauerũt ⁊ fugerẽt quĩ
quaginta ⁊ octo milia corã isrl'. Et fece
rũt pacẽ cũ isrl'. ⁊ seruierũt eis. timuerẽt
q̃ syri auxiliũ p̃bere filijs ãmon. XI

Factũ est aũt vertẽte ãno eo tp̃e
quo solẽt reges ad bella p̃cede
re. misit dauid ioab et seruos
suos cũ eo. et vniuersuz isrl'. ⁊ vastauerẽt
filios ãmon. ⁊ obsederũt rabba. Dauid
aũt remansit in hierl'm. Dũ hec ageren
tur accidit quadã die vt surgeret dauid
de stratu suo post meridiẽ. et de ambula
ret in solario dom⁹ regie: viditq̃ mulie
rem se lauantẽ ex aduerso sup̃ solarium
suũ. Erat aũt mulier pulcra valde. Mi
sit g̃ rex. ⁊ requisiuit q̃ esset mulier. Nũ
ciatumq̃ est ei q̃ ipsa esset bersabee filia
heliam vxor vrie ethei. Missis itaq̃ da

uid nuncijs tulit eã. Que cuz ingressa
esset ad illũ: dormiuit cũ ea. Statimqz
sanctificata ẽ ab ĩmundicia sua et reũsa
est domũ suã ꝯcepto fetu. Mittẽsqz nũ-
ciauit dauid. ⁊ ait: Cõcepi. Misit autẽ
dauid ad ioab dicẽs. Mitte ad me vriã
etheũ. Misitqz ioab vriaz ad dauid. Et
venit vrias ad dauid Quesiuitqz dauid
q̃z recte ageret ioab et popul⁹. ⁊ qũo am
ministraret bellũ. Et dixit dauid ad vri
am: Vade in domũ tuã. ⁊ laua pedes tu
os. Et egressus est vrias de domo regis
secutusqz est euz cibus regius. Dormi-
uit autẽ vrias ante portaz domus regie
cum alijs seruis dñi sui. ⁊ non descẽdit
ad domũ suã. Nũciatũqz est dauid a di-
centibꝫ: Non iuit vrias in domum suaz
Et ait dauid ad vriã: Nũquid nõ ꝺ via
venisti? Quare nõ descẽdisti in domũ tu
az? Et ait vrias ad dauid: Arca dei ⁊ isra
el et iuda habitãt in papilionibꝫ: ⁊ dñs
meus ioab et serui dñi mei sup faciẽ ter
re manẽt. et ego ĩgrediar domũ meã vt
comedã et bibã ⁊ dormiã cũ vxore mea?
Per salutẽ tuã et ꝑ salutẽ aĩe tue nõ fa
ciam rem hanc. Ait ergo dauid ad vriaz
Mane hic etiã hodie. ⁊ cras dimittã te
Mãsit vrias in hierl'm in die illa ⁊ alte-
ra: et vocauit eũ dauid vt comederet co-
ram se ⁊ biberet. ⁊ inebriauit eum. Qui
egressus vespe dormiuit in stratu suo cũ
seruis dñi sui. ⁊ in domũ suã nõ descen-
dit. Factũ ẽ ergo mane. ⁊ scripsit dauid
epistolã ad ioab misitqz ꝑ manum vrie
scribens in epl'a. Ponite vriã ex aduer-
so belli vbi fortissimũ est ꝑliuz. ⁊ derelin
quite eum vt ꝑcussus intereat. Igit̃ cũ
ioab obsideret, vrbez posuit vriã in loco
vbi sciebat viros esse fortissimos: egres
siqz viri de ciuitate bellabãt aduersuz io
ab. ⁊ ceciderũt de ꝑpl'o seruorum dauid
et mortuus est etiã vrias etheus. Misit
itaqz ioab ⁊ nunciauit dauid omĩa ꝟba
prelij: precepitqz nuucio dicẽs: Cum cõ
pleuerꝫ vniuersos sermones belli ad re
gem. si eum videris indignari. ⁊ dixerit
quare accessistis ad muꝝ vt ꝑliaremini:
an ignorabatis ꝙ multa desup ex muro
tela mittant̃. quis ꝑcussit abimelech fi-
liũ hieroboal: nõne mulier misit sup eũ
fragmẽ mole de muro. ⁊ interfecit eum
in thebes. quare iuxta muꝝ accessistis. di-
ces: Etiã seruus tuus vrias etheus oc-
cubijt. Abijt ergo nũcius. ⁊ venit et nar
rauit dauid oĩa que ei precepat ioab. et
dixit nuncius ad dauid. Preualuerũt
aduersuz nos viri. ⁊ egressi sunt ad nos
in agrũ. Nos autẽ facto impetu ꝑsecuti
eos sumus vsqz ad portã ciuitatis. et di
rexerũt iacula sagittarij ad seruos tuos
ex muro desuper. mortuiqz sunt ꝺ seruis
regis. Quin etiã seruus tu⁹ vrias ethe
us mortuus est. Et dixit dauid ad nun
ciuz. Hec dices ioab: Nõ te frangat ista
res. Varius enĩ euẽtus est belli. ⁊ nunc
hunc et nũc illuz cõsumit gladius. Cõ-
forta bellatores tuos aduersus vrbẽ vt
destruas eam. et exhortare eos. Audiuit
autẽ vxor vrie ꝙ mortu⁹ esset vrias vir
suus. ⁊ planxit eum. Transactoqz luctu
misit dauid ⁊ introduxit eam in domuz
suam. et facta est ei vxor: peperitqz ei fili-
um. Et displicuit verbum hoc quod fe-
cerat dauid coram dño.

XII

Misit ergo dñs nathã ad dauid:
Qui cũ venisset ad euz. dixit ei:
Responde mihi iudiciũ. Duo
viri erãt in ciuitate vna. vnus diues ⁊
alter paup. Diues habebat oues et bo-
ues plurimos valde. paup aũt nihil ha
bebat oĩno ꝑter ouẽ vnã ꝑuulaz quam
emerat ⁊ nutrierat. ⁊ que creuerat apꝺ
eũ cũ filijs ei⁹: simul de pane illi⁹ come-
dẽs ⁊ de calice eius bibẽs. et in sinu illi⁹
dormiẽs: eratqz illi sicut filia. Cũ aũt pe
grinus quidã venisset ad diuitẽ: parcẽs
ille sumere ꝺ ouibus ⁊ de bobꝫ suis. vt ex
hiberet cõuiuiuz ꝑegrino illi q̃ venerat
ad se. tulit ouẽ viri paupis ⁊ ꝑparauit ci
bos homĩ. qui venerat ad se. Iratus aũt
indignatõe dauid aduersus hoĩez illum
nimis. dixit ad nathan. Viuit dñs: qm̃
filius mortis est vir q̃ fecit h̃. Ouẽ red-
det in q̃druplũ: eo ꝙ fecerit ꝟbũ istud ⁊
nõ pepcerit. Dixit aũt nathã ad dauid:
Tu es ille vir q̃ fecisti hãc rẽ. Hec dicit

dñs deus isrl: Ego vnxi te in regē super
isrl. et ego erui te de domo saul. ⁊ dedi ti
bi domuz dñi tui ⁊ vxores dñi tui ī sinu
tuo. dediq̄ tibi domū israel et iuda. et si
parua sunt ista. adijciā tibi multo maio
ra. Quare ergo contēpsisti verbum dñi
vt faceres malū in cōspectu meo? Vriā
etheū ꝑcussisti gladio. ⁊ vxorē illius ac
cepisti in vxorez tibi et interfecisti eum
gladio filiorū āmon. Quāobrem nō re
cedet gladius d̄ domo tua vsq̄ in sempi
ternū eo ꝙ despexeris me. et tuleris vxo
rem vrie ethei vt esset vxor tua. Itaq̄
hec dicit dñs: Ecce ego suscitabo sup̄ te
malum de domo tua. ⁊ tollā vxores tu
as in oculis tuis ⁊ dabo ꝓximo tuo. ⁊ dor
miet cū vxoribꝫ tuis in oculis solis hu
ius. Tu enī fecisti abscōdite: ego aūt fa
ciam verbū istud in cōspectu oīs isrl. et
in cospectu solis huius. Et dixit dauid
ad nathan: Peccaui domīo. Dixitq̄ na
than ad dauid: Dominus q̄z trāstulit
peccatū tuū: Nō morieris. Verūtamen
qm̄ blasphemare fecisti inimicos nomē
dñi ꝓpter verbū hꝰ: filius qui natus ē ti
bi morte morieť. Et reuersus est nathā
in domū suā. Percussitq̄ dñs ꝑuulum
quē pepit vxor vrie dauid. ⁊ desperatus
est. Deꝑcatusq̄ est dauid dñm ꝑ ꝑuulo
et ieiunauit dauid ieiunio. ⁊ ingressus
seorsum iacuit sup̄ terrā. Venerūt autē
seniores domus eius cogētes eū vt sur
geret de terra Qui noluit: nec comedit
cū eis cibū. Accidit aūt die septima vt
moreret infans timuerūtq̄ serui dauid
nūciare ei ꝙ mortuus esset ꝑuulus. di
xerūt enī: Ecce cū ꝑuulus adhuc viue
ret loq̄bamur ad eū ⁊ nō audiebat vocē
nr̄az: quātomagis si dixerimꝰ mortuꝰ ē
puer se affliget? Cuz ergo dauid audis
set seruos suos musitantes. intellexit ꝙ
mortuus esset infantulus. Dixitq̄ ad
seruos suos: Nū mortuꝰ est puer? Qui
rn̄derūt ei: Mortuꝰ est. Surrexit ergo
dauid de terra. et lotus vnctusq̄ ē. Cū
q̄ mutasset vestē. ingressus ē domū dñi
et adorauit. ⁊ venit in domū suā petiuit
q̄ vt ponerēt ei panē. ⁊ comedit Dixerūt
aūt ei serui sui: Quis est sermo quē fe
cisti? Propter infantē cum adhuc viue
ret ieiunasti et flebas: mortuo aūt pue
ro surrexisti ⁊ comedisti panē. Qui ait:
Propter infantem dū adhuc viueret
ieiunaui ⁊ fleui. Dicebā enī: Quis scit
si forte donet euz mihi dñs et viuat in
fans. Nūc aūt qꝛ mortuus est. quare ie
iuno? Nūquid potero reuocare eū am
plius? Ego vadā magis ad eū: ille vero
nō reuerteť ad me. Et cōsolatus est da
uid bersabee vxorē suā. ingressusq̄ ad eā
dormiuit cū ea. Que genuit filiuz. ⁊ vo
cauit nomē eius salomō. et dñs dilexit
eum. Misitq̄ eū in manu nathan ꝓphe
te. et vocauit nomē eius amabilis dño
eo ꝙ diligeret euz dñs. Igiť pugnabat
ioab ꝯtra rabbath filioꝝ āmon et expu
gnabat vrbē regiā. Misitq̄ ioab nūcios
ad dauid dicēs: Dimicaui aduersū rab
ba. ⁊ capiēda ē vrbs aquarū. Nūc igiť cō
grega reliquā ꝑtem ꝓpl'i. et obside ciui
tatē. ⁊ cape eā. ne cū a me vastata fuerit
vrbs. nomīe meo ascribať victoria. Cō
gregauit itaq̄ dauid oēm ꝓpl'm ⁊ profe
ctus est aduersuz rabba. Cūq̄ dimicas
set cepit eā. Et tulit diadema regis eoꝝ
de capite eius. pōdo auri talētuz hñs gē
mas ꝑciosissimas. ⁊ impositū est sup̄ ca
put dauid. Sed ⁊ ꝑdaz ciuitatis aspor
tauit multā valde: ꝓpl'm q̄z eius addu
cens serrauit. ⁊ circūegit sup̄ eos ferra
ta carpēta. Diuisitq̄ cultris ⁊ traduxit
in typo laterū. Sic fecit vniūsis ciuita
tibꝫ filioꝝ āmon. Et reuersus ē dauid ⁊
oīs exercitus in hierl'm.

XIII

Factū est aūt post hec vt absalō
filij dauid sororē speciosissimā
vocabulo thamar adamaret ā
non filius dauid et deꝑiret in eaz valde
ita vt ꝓpter amorē eius egrotaret: qꝛ cū
esset virgo difficile ei videbať vt quip
piam inhoneste ageret cū ea. Erat autē
ānon amicus noīe ionadab filius sem
maa fratris dauid vir prudens valde.
Qui dixit ad eū: Quare sic attenuaris
macie fili regis per singulos dies? Cur
nō indicas mihi? Dixitq̄ ei amnō: Tha

mar sororem fratris mei absalon amo
Cui rñdit ionadab: Cuba sup lectũ tu/
um ⁊ languorẽ simula: cũq; venerit pa/
ter tuus vt visitet te dic ei. Veniat oro
thamar soror mea vt det mihi cibũ. ⁊ fa
ciat pulmẽtũ vt comedã de manu eius
Accubuit itaq; amnõ. et q̃si egrotare ce
pit. Cũq; venisset rex ad visitãdũ eũ ait
amnõ ad regẽ: Veniat obsecro thamar
soror mea vt faciat in oculis meis duas
sorbitiũculas. ⁊ cibũ paratũ capiam de
manu ei⁹. Misit g̃ dauid ad thamar do/
mũ dicẽs: Veni in domũ amnõ fratris
tui ⁊ fac ei pulmentũ. Venitq; thamar
in domũ amnõ fratris sui: ille aũt iace/
bat. Que tollẽs farinã cõmiscuit. ⁊ liq̃/
faciẽs in oculis eius coxit sorbitiũculas
tollẽsq; qđ coxerat effudit et posuit corã
eo. et noluit come dere. Dixitq; amnon
Eijcite vniu̇sos a me. Cunq; eiecissent
oẽs. dixit amnõ ad thamar. Infer cibũ
in cõclaui vt vescar de manu tua. Tulit
ergo thamar sorbitiũculas q̃s fecerat. ⁊
intulit ad amnõ fratrẽ suum in cõclaui
Cũq; obtulisset ei cibũ. apprehẽdit eã ⁊
ait. Veni cuba mecũ soror mea Que re
spõdit ei: Noli frater mi. noli opprime/
re me: neq; enĩ h̃ fas est in isrl̃ Noli face
re stulticiã hãc. Ego enĩ ferre non pote
ro opprobriũ meũ et tu eris quasi vnus
de insipientib⁹ in israel quin potius loq̃
re ad regẽ: ⁊ nõ negabit me tibi. Noluit
aũt amnõ acquiescere p̃cib⁹ eius. sed p̃/
ualens virib⁹ oppressit eã: ⁊ cubauit cũ
ea. Et exosaz eã habuit odio magno ni/
mis. ita vt mai⁹ esset odiuz quo oderat
eam. amore quo ante dilexerat. Dixitq;
ei ãnon: Surge et vade Que respõdit
Maius est hoc malũ qđ nũc agis aduer
sum me q̃z qđ ante fecisti expellens me.
Et noluit audire eaz. sed vocato puero
qui mĩstrabat ei dixit: Eijce hanc a me
foras et claude ostiũ post eã. Que indu
ta erat talari tunica: huiuscemodi enĩ fi
lie regis virgines vestib⁹ vtebant̃. Eie/
cit itaq; eã mĩster illi⁹ foras: clausitq; fo
res post eã. Que aspgens cinerez capiti
suo scissa talari tunica impositisq; mani
bus sup caput suũ. ibat ingrediẽs ⁊ cla/
mans. Dixit aũt ei absalõ frater suus:
Nũquid amnon frater tuus cõcubuit
tecũ? Sed nũc soror tace. frater tuus ẽ
Neq; affligas cor tuũ p hac re. Mansit
itaq; thamar contabescens in domo ab
salon fratris sui. Cũ aũt audisset rex da
uid v̄ba hec cõtristatus est valde. et no/
luit ɔtristare spũm ãnon filij sui: qm̃ di
ligebat eũ: qr primogenit⁹ erat ei. Por
ro nõ est locutus absalon ad amnõ nec
malum nec bonuz. Oderat enĩ absalõ
ãnon. eo q̃ violasset thamar sororẽ suã
Factũ est aũt post tp̃s biennij vt tonde
rent̃ oues absalon in balasor q̃ est iuxta
effraim. Et vocauit absalõ oẽs filios re
gis. venitq; ad regẽ. ⁊ ait ad deũ. Ecce tõ
dent̃ oues serui tui veniat oro rex cũ ser
uis suis ad s̃uũ suũ. Dixitq; rex ad absa
lõ: Noli fili mi: noli rogare vt veniam⁹
oẽs. ⁊ grauemus te. Cũ aũt cogeret eũ
et noluisset ire: bñdixit ei. Et ait absalõ
ad dauid: Si non vis venire. veniat ob
secro nobiscũ saltẽ ãnon frater me⁹. Di
xitq; ad eũ rex: Nõ est necesse vt vadat
tecũ. Coegit itaq; absalõ euz. ⁊ dimisit
cũ eo ãnon et vniu̇sos filios regis. Fe/
ceratq; absalõ cõuiuiũ quasi cõuiuiũ re
gis. Precepat aũt absalõ pueris suis di
cẽs: Obseruate cũ temulẽtus fuerit ã/
non vino. ⁊ dixero vobis p̃cutite eũ ⁊ in
terficite: nolite timere. Ego eniz sum q̃
p̃cipio vobis. Roboramini. ⁊ estote viri
fortes. Fecerũt g̃ pueri absalõ aduersuz
ãnon sicut p̃cepat eis absalon. Surgẽ/
tesq; oẽs filij regis ascẽderẽt singuli mu
las suas. et fugerũt. Cũq; adhuc perge/
rent ĩ itinere. fama p̃uenit ad dauid di/
cẽs: Percussit absalon oẽs filios regis.
et nõ remãsit ex eis saltẽ vnus. Surre
xit itaq; rex dauid. ⁊ scidit vestimẽta sua
et cecidit sup terrã. ⁊ oẽs serui illius q̃
assistebãt ei sciderũt vestimẽta sua. Rñ/
dens aũt ionadab filius semmaa fratris
dauid. dixit: Ne estimet dñs me⁹ rex q̃
omnes pueri regis occisi sint. Amnon
solus mortuus est. qm̃ in odio absalon
erat positus ex die qua oppressit thamar

sororē eius. Nūc g̃ ne ponat dn̄s me⁹ rex
sup̄ cor suū v̄bū istud. dicēs: oēs filij re-
gis occisi sunt: qm̄ ānon solus mortu⁹
est. Fugit aūt absalon. Et eleuauit pu-
er speculator oculos suos ⁊ aspexit. et ec
ce ppl'us multus veniebat p̄ iter deuiuz
ex latere mōtis Dixit aūt ionadab ad re
gez: Ecce filij regis adsunt: iuxta verbū
serui tui: sic factū ē. Cūq̄ cessasset loqui
apparuerūt ⁊ filij regis. Et intrātes le-
uauerūt vocē suā ⁊ fleuerūt. Sed ⁊ rex
⁊ oēs serui ei⁹ fleuerūt: ploratu magno
nimis. Porro absalō fugiens abijt ad
tholomai filiū ammiur regē gessur. Lu-
xit ergo dauid filiū suū amnō multz die
bus. Absalon aūt cū fugisset et venisset
in gessur fuit ibi tribus ānis: cessauitq̄
rex dauid p̄sequi absalō: eo q̄ ꝯsolat⁹ es
set sup̄ amnon interitu.

XIIII

Intelligēs autē ioab fili⁹ saruie
q̄ cor regis versuz esset ad absa
lon misit thecuam: ⁊ tulit inde
mulierē sapientē. dixitq̄ ad eā: Lugere
te simula. et induere veste lugubri. ⁊ ne
vngaris oleo vt sis quasi mulier iā plu
rimo tp̄e lugēs mortuū. Et ingredieris
ad regē. et loqueris ad eū sermones hu
iuscemodi. Posuit aūt ioab v̄ba in ore
eius. Itaq̄ cū ingressa fuisst mulier the-
cuitis ad regē. cecidit corā eo sup̄ terrā
⁊ adorauit ⁊ dixit. Serua me rex. Et ait
ad eam rex: Quid cause habes? Que rn̄
dit: Heu mulier vidua ego sum. Mor-
tuus est eniz vir me⁹. et ancille tue erāt
duo filij qui rixati sunt aduersum se in
agro: nullusq̄ erat qui eos ꝓhibere pos
set. et p̄cussit alter alterū et intefecit eū
Et ecce cōsurgēs vniuersa cognatio ad
uersū ācillā tuā. dixit: Trade eū q̄ p̄cus-
sit frēm suū vt occidamus eū ꝓ aīa frīs
sui quē interfecit. et deleamus heredez.
et querūt extinguere scintillā meā q̄ re
licta ē. vt nō sup̄sit viro meo nomē ⁊ re
liquie sup̄ terrā. Et ait rex ad mulierez.
Vade in domū tuā et ego iubebo pro te.
Dixitq̄ mulier thecuites ad regem. In
me dn̄e mi rex sit iniquitas et in domo
patris mei: rex aūt ⁊ thron⁹ eius sit īno
cēs. Et ait rex: Qui ꝯtradixerit tibi. ad-
duc eū ad me. ⁊ vltra nō addet vt tāgat
te. Que ait: Recordet̄ rex dn̄i dei sui: vt
nō multiplicent̄ ꝓxmi sanguinis ad vl-
ciscēdū. ⁊ neq̄q̄ interficiāt filiū meum.
Qui ait: Viuit dn̄s: q̄ nō cadet d̄ capil
lis filij tui sup̄ terrā. Dixt g̃ mulier: Lo
quat̄ ancilla tua ad dn̄m meū regē ver-
bū. Et ait: Loq̄re. Dixitq̄ mulier. Qua
re cogitasti huiuscemodi rē ꝯtra ppl'um
dei et locutus ē rex verbū istud vt peccet
⁊ nō reducat eiectū suū? Oēs morim̄ ⁊
quasi aqua dilabimur in terrā q̄ nō reu
titur. Nec vult de⁹ perire aīaz: sed retra-
ctat cogitās ne penit⁹ p̄eat qui abiectus
est. Nūc igit̄ veni vt loquar ad dn̄m me
um regē verbū h̄ p̄nte ppl'o. Et dixit ācil
la tua. Loquar ad regē. si q̄ mō faciat rex
verbū ācille sue. Et audiuit rex vt libera
ret ancillā suaz de manu oīm q̄ volebāt
de hereditate dn̄i delere me ⁊ filiū meuz
simul. Dicat g̃ ancilla tua vt fiat verbū
dn̄i mei regis. sic̄ sacrificiū. Sic̄ enī an-
gelus dn̄i. sic ē dn̄s meus rex vt nec bn̄-
dictōe nec maledictōe moueat̄. Vnd̄ ⁊
dn̄s deus tuus ē tecū. Et rn̄dens rex di
xit ad mulierē: Ne abscōdas a me verbū
qd̄ te interrogo. Dixitq̄ ei mulier: Lo-
quere dn̄e mi rex. Et ait rex: Nūq̄d ma-
nus ioab tecū ē in oīb⁹ istis? Rn̄dit mu
lier. et ait: Per salutem aīe tue dn̄e mi
rex nec ad sinistrā nec ad dexteraz est ex
omībus his q̄ locutus ē dn̄s meus rex.
Seruus enī tuus ioab ip̄e p̄cepit mihi
et ip̄e posuit in os ancille tue oīa verba
hec vt verterē figurā sermonis huius.
Seru⁹ enī tuus ioab p̄cepit istud. Tu
aūt dn̄e mi rex sapiēs es. sicut hēt sapiē
tiā angel⁹ dei vt intelligas oīa sup̄ terrā
Et ait rex ad ioab: Ecce placat⁹ feci ver-
bū tuū. Vade ergo et reuoca puerū ab-
salon. Cadēsq̄ ioab sup̄ faciē suā in t̄raz
adorauit ⁊ benedixit regi. Et dixit ioab:
Hodie intellexit seru⁹ tu⁹ q̄ īueni gr̄az
in oculis tuis dn̄e mi rex. Fecisti enī ser
monē dn̄e mi rex s̄ui tui. Surrexit g̃ io
ab ⁊ abijt in gessur ⁊ adduxit absalon in
hierl'm. Dixit aūt rex: Reuertat̄ ī domū

suã.⁊ faciẽ meã nõ videat. Reuersus ẽ itaq; absalõ in domũ suã.⁊ faciẽ regis nõ vidit. Porro sic̃ absalõ.vir nõ erat pulcher in oi isrl'.⁊ decorus nimis. A vestigio pedis vsq; ad verticem nõ erat in eo vlla macula. Et qñ tõdebat capillũ(semel aũt in ãno tõdebaf:q; grauabat eũ cesaries(põderabat capillos capitis sui ducentis siclis põdere publico. Nati sunt aũt absalon filij tres.⁊ filia vna nomie thamar elegãtis forme. Mãsitq; absalõ in hierl'm duobꝫ ãnis:⁊ faciẽ regis non vidit. Misit itaq; ad ioab vt mitteret eũ ad regẽ. Qui noluit venire ad eum. Cũq; secũdo misisset.⁊ ille noluisset venire ad eũ dixit seruis suis: Scitis agr ioab iuxta agr meũ hñtẽ messez hordei: Ite igiſ⁊ succẽdite eũ igni. Succẽdert ergo serui absalon segetẽ igni. Et veniẽtes serui ioab scissis vestibꝫ suis dixerũt Succẽdert serui absalon ptẽ agri igni Surrexitq; ioab⁊ venit ad absalon i domum eius.et dixit: Quare succẽderũt serui tui segetẽ meã igni: Et rñdit absalon ad ioab: Misi ad te obsecrans vt venires ad me et mitterẽ te ad regez.⁊ diceres ei: Quare veni de gessur: Melius mihi erat ibi esse. Obsecro ergo vt vidam faciẽ regis. Q; si memor est iniquitatis mee.interficiat me. Ingressus itaq; ioab ad regẽ nũciauit ei omia. Vocatusq; est absalon⁊ intrauit ad regẽ.⁊ adorauit sup faciẽ terre coram eo. Osculatusq; est rex absalon.

XV

Igitur post hec fecit sibi absalõ currus et equites et quiquagita viros q̃ pcederẽt eũ. Et mane ꝯ surgẽs absalõ stabat iuxta introitũ porte in via.⁊ oẽz virꝫ qui habebat negociũ vt veniret ad regis iudiciũ vocabat absalõ ad se⁊ dicebat: De q̃ ciuitate es tu: Qui rñdẽs aiebat: Ex vna tribu isrl ego sum seruus tuus. Rñdebatq; ei absalon: Videnf mihi sermones tui boni et iusti:sed nõ ẽ qui te audiat cõstitutus a rege. Dicebatq; absalõ. Quis me ꝯstituat iudicẽ sup terrã vt ad me veniant oẽs q̃ hñt negociũ⁊ iuste iudicem: Sed et cũ accederet ad eũ hõ vt saluta ret illũ:extendebat manũ suã.⁊ apprehẽdebat eũ.⁊ osculabaf eũ. Faciebatq; hoc omi isrl' venienti ad iudiciũ vt audiref a rege.et sollicitabat corda virorꝫ isrl'. Post q̃dragintа aũt ãnos dixit absalon ad regẽ da mihi uid. Eladã et reddaz vota mea que vouit seruus dño in hebron. Clouẽs enĩ vouit seruus tuus cũ esset in gessur syrie dicens: Si reduxerit me dñs in hierl'm:sacrificabo dño. Dixitq; ei rex dauid: Elade in pace Et surrexit⁊ abijt in hebron. Misit aũt absalõ exploratores in vniuersas tribꝰ isrl' dicẽs: Statim vt audieritꝭ clangore buccine.dicite Regnabit absalõ in hebron. Porro cũ absalon ierũt vocẽti viri de hierl'm vocati.eũtes simplici corde⁊ cãm penitus ignorãtes. Accerserat q̃z absalon achitofel gilonitẽ cõsiliarius dauid de ciuitate sua gilo. Cũq; immolaret victimas facta ẽ cõiuratõ valida:populusq; ꝯcurrẽs augebaf cum absalon. Venit igiſ nũcius ad dauid dicẽs: Toto corde vniuersus isrl' sequitur absalon. Et ait dauid seruis suis qui erãt cũ eo in hierusalem. Surgite Fugiamus:neq; enĩ erit nobis effugium a facie absalon. Festinate egredi: ne forte veniẽs occupet nos.⁊ impellat sup nos ruinã.⁊ percutiat ciuitatẽ in ore gladij. Direrũtq; serui regis ad eũ: Omia quecũq; pcepit dñs noster rex libenter exequimur serui tui. Egressus ẽ ergo rex.⁊ vniuersa dom' eius pedibꝰ suis. Et reliqt rex decẽ mulieres ꝯcubinas ad custodiendã domũ. Egressusq; rex⁊ oĩs isrl' pedibꝰ suis stetit.pcul a domo.⁊ vniuersi serui ei' ambulabãt iuxta eũ.⁊ legiones cerethi et felethi et oẽs gethei pugnatores validi sercẽti venientes qui secuti eũ fuerant de geth.pcedebãt regem. Dixit aũt rex ad ethai gethẽum: Cur venis nobiscũ: Reuertere⁊ habita cũ rege:q; pegrinus es⁊ egressus es de loco tuo. Heri veniſti.⁊ hodie cõpelleris nobiscũ egredi: Ego aũt vadam quo iturus sum. Reuertere et reduc tecũ fratres tuos.⁊ dñs faciet tecũ misericordiã et veritatem:quia ostẽdisti

gram et fidē. Et rñdit ethai regi dicēs: Viuit dñs et viuit dñs me⁹ rex.qm̄ in quocūqz loco fueris dñe mi rex siue in morte siue in vita, ibi erit seruus tuus Et ait dauid ethai. Veni ⁊ trāsi. Et trā siuit ethai gethæus ⁊ rex. et oēs viri qui cū eo erāt.⁊ reliq̄ multitudo. Oēsqz fle bāt voce magna.et vniūsus pl̄s transi bat. Rex q̄z trāsgrediebaī torrentem ce dron.et cūctus pl̄s incedebat cōtra vi am oliue q̄ respicit ad ōsertū. Venit au tem sadoch sacerdos. ⁊ vniuersi leuite cū eo portātes arcā federis dei. et depo nec expletus esset oīs pl̄s qui egressus fuerāt ō ciuitate. Et dixit rex ad sadoch Reporta arcā dei in vrbē. Si inuenero graz in oculis dñi.reducet me ⁊ ostēdet mihi eā ⁊ tabernaculū suū:si aūt dixerit mihi.nō places:pst̄o sum:faciat q̄ bonū est coram se. Et dixit rex ad sadoch sacer dotē: O vidēs reuertere in ciuitatez in pace.⁊ achimaas filius tuus ⁊ ionathā filius abiathar duo filij vestri sint vobis cum. Ecce ego abscondar in cāpestribꝰ deserti, donec veniat sermo a vobis indi cans mihi Reportaueīt g̃ sadoch ⁊ abia thar arcā dei in hierl'm.⁊ māserunt ibi. Porro dauid ascēdebat ciuū oliuaruz scādens ⁊ flens.nudis pedibꝰ incedens ⁊ opto capite. Sed ⁊ oīs pl̄s q̄ erat cū eo opto capite ascēdebat ploras. Nunci atum est aūt dauid q̄ achitofel esset in cōiuratione cū absalon. Dixitqz dauid: Infatua q̄so dñe ꝓfiliū achitofel. Cūqz ascēderet dauid sūmitatē mōtis q̄ ado raturus erat dñm:ecce occurrit ei chusi arachites scissa veste et terra pleno capi te. Et dixit ei dauid. Si veneris mecū. eris mihi oneri:si aūt in ciuitatē reuer taris ⁊ dixeris absalon. seruus tu⁹ sum rex.patere me viuere sicut fui seru⁹ pa tris tui.sic ero seruus tu⁹. dissipabis cō filiū achitofel. Habes aūt tecū sadoch ⁊ abiathar sacerdotes. ⁊ oē verbū q̄dcūqz audieris in domo regis.indicab̄ sadoch et abiathar sacerdotibꝰ. Sūt enī cū eis duo filij eorū achimaas filius sadoch.⁊ ionathan filius biathar. et mittetis p eos ad me oē verbū qđ audieritis. Ve niēte ergo chusi amico dauid in ciuita tem:absalon q̄z ingressus ē hierusalē.et achitofel cum eo.

XVI

Cūqz dauid trāsisset paululuz montis vrticem:apparuit siba puer miphiboseth in occursuz eius cū duobꝰ asinis qui onerati erant ducētis panibꝰ.⁊ centū alligaturis vue passe.⁊ septē massis palataz et duobus vtribꝰ vini. Et dixit rex sibe. Quid sibi volūt hec? Rñditqz siba. Dñe mi rex asi ni domesticis regis vt sedeāt.⁊ panes ⁊ palate ad vescēdū pueris tuis.vinū aūt vt bibat siqs defecerit in deserto. Et ait rex: Vbi est filius dñi tui? Rñditqz siba regi. Remansit in hierl'm dicēs: Hodie restituet mihi dom⁹ isrl'regnū p̄ris mei Et ait rex sibe. Tua sunt oīa q̄ fuerūt mi phiboseth. Dixitqz siba: Oro vt inueni am gram coram te dñe mi rex. Venit er go rex dauid vsqz bahurī. Et ecce egre diebaī ide vir de cognatōe domus saul noie semei filius gera ꝓcedebatqz egre diēs.⁊ maledicebat:mittebatqz lapides ꝓtra dauid ⁊ ō vniūsos seruos regis da uid. Oīs aūt pl̄s ⁊ vniūsi bellatores a dextro ⁊ a sinistro latere regis incedebāt Ita aūt loquebaī semei cum maledice ret regi: Egredere egredere vir sangui nuz et vir belial. Reddidit tibi dñs vni uersum sanguinē domus saul:qm̄ inua sisti regnū ꝓ eo.et dedit dñs regnuz in manu absalon filij tui.et ecce ꝓmunt te mala tua qm̄ vir sanguinū es. Dixit au tez abisai filius saruie regi. Quare ma ledicit canis hic morit⁹ dño meo re gi? Vadā ⁊ āputalo caput ei⁹. Et ait rex Quid mihi ⁊ vobis ē filij saruie? Dimit tite eū vt maledicat. Dñs enī ꝑcepit ei vt malediceret dauid. Et quis ē qui au deat dicere qre sic fecerit? Et ait rex abi sai ⁊ vniūsis seruis suis: Ecce filius me⁹ qui egressus ē de vtero meo querit aiaz meā.quātomagis hic filius gemini male dicet mihi? Dimittite eū vt maledicat iuxta ꝑceptū dñi si forte respiciat dñs

afflictionē meam. ⁊ reddat mihi dñs bo
nū p maledictōne hac hodierna. Ambu
labat itaq; dauid ⁊ socij eius p viam cū
eo: semei aūt p iugū mōtis ex latere cō
tra illuz gradiebat maledicens. et mit
tēs lapides aduersuz eū terrāq; spargēs
Venit itaq; rex dauid ⁊ vniūsus ppl'us
cum eo lassus. ⁊ refocillati sunt ibi. Ab
salon aūt ⁊ oīs ppl'us eius ingressi sunt
hierl'm. sed et achitofel cū eo. Cuz autē
venisset chusi arachites amicus dauid
ad absalō. locut⁹ est ad euz. Salue rex.
salue rex. Ad quē absalon. Hec ē inquit
gr̄a tua ad amicū tuū? Quare nō iuisti
cū amico tuo? Rñditq; chusi ad absalō
Neq;q; qz illi⁹ ero quē elegit dñs. ⁊ oīs
hic ppl's et vniuersus isrl'. ⁊ cū eo mane
bo. Sed vt et l̄ inferā. cui ego seruitu
rus sum? Nōne filio regis? Sicut pa
rui patri tuo. ita parebo ⁊ tibi. Dixit aūt
absalon ad achitofel. Jnite ꝯsiliū quid
agere debeamus. Et ait achitofel ad ab
salon. Jngredere ad cōcubinas patris
tui q̄s dimisit ad custodiendā domū. vt
cū audierit oīs isrl' q̄ fedaueris patrem
tuū. roborent̄ tecū man⁹ eorū. Extende
runt g̃ absalon tab̄naculū in solario. in
gressusq; ē ad cōcubinas p̄tis sui coram
vniūso isrl'. Cōsiliū aūt achitofel q̄d da
bat in diebꝫ illis q̄si si quis ꝯsuleret deū
Sic erat oē ꝯsiliū achitofel. ⁊ cū eēt cū
dauid ⁊ cū esset cū absalō.

XVII

Dixit ergo achitofel ad absalon:
Eligā mihi duodecim milia vi
rorū. et ꝯsurgēs psequar dauid
hac nocte. ⁊ irruēs sup eū quippe q̄ las
sus est ⁊ solut⁹ manibꝫ. pcutiā eū. Cūq;
fugerit oīs ppl's q̄ cū eo ē. pcutiā regē de
solatū. ⁊ reducā vniūsuz ppl'm quō vn⁹
hō reuerti solet. Vnū. n. virū tu q̄ris. ⁊
oīs ppl's erit in pace. Placuitq; ſmo ei⁹
absalon ⁊ cūctis maioribꝫ natu isrl'. Ait
aūt absalō. Vocate chusi arachitē et au
diam⁹ q̄d etiā ipe dicat. Cumq; venisset
chusi ad absalon. ait absalon ad eū. Hu
iuscemōi ſmonē locut⁹ ē achitofel. Fa
cere debem⁹ an nō? Q̄d das cōsiliū? Et
dixit chusi ad absalō. Nō est bonū consi
lium q̄d dedit achitofel hac vice. Et rur⁹
sum intulit chusi: Tu nosti patrē tuū ⁊
viros q̄ cū eo sūt esse fortissimos. ⁊ ama
ro aīo: veluti si vrsa raptis catul' in saltu
seuiat. Sed ⁊ p̄t⁹ vir bellator est. nec
morabit cū ppl'o Forsitan nūc latitat in
foueis aut in vno q̄ voluerit loco. ⁊ cuz
ceciderit vn⁹ quilibet i p̄cipio: audiet
quicūq; audierit. ⁊ dicet: Facta ē plaga
in ppl'o qui seq̄bat absalō. Et fortissim⁹
quisq; cui⁹ cor ē q̄si leonis. pauore solue
tur. Scit enī oīs ppl's isrl' fortē esse pa
trē tuū ⁊ robustos omēs qui cū eo sūt.
Q̄z l̄ mihi videt rectū esse ꝯsiliū. Con
greget ad te vniūsus ppl's isrl' a dan vs
q; bersabee q̄si arena maris inumerabil
et tu eris in medio eor. ⁊ irruem⁹ super
eū in q̄cūq; loco inuētus fuerit. ⁊ opie
mus eū sicut cadere solet ros sup terrā
et nō relinq̄m⁹ de viris q̄ cū eo sunt nec
vnū quidē. Q⁹ si vrbē aliquam fuerit in
gress⁹. circūdabit oīs isrl' ciuitati illi fu
nes ⁊ traxem⁹ eā in torrētē vt nō reper
nec calcul⁹ quidē ex ea. Dixitq; absalō ⁊
oēs viri isrl': Melior est consiliū chusi ar
chite ꝯsilio achitofel. Dñs aūt nutu dei
fipatū est ꝯsiliū achitofel vtile vt indu
ceret dñs sup absalō malū. Et ait chusi
sadoch ⁊ abiathar sacerdotibꝫ: Hoc ⁊ hō
mō ꝯsiliū dedit achitofel absalō ⁊ sene
ribꝫ isrl'. ⁊ ego tale et tale dedi consiliū.
Nūc g̃ mittite cito. ⁊ nūciate dauid dice
tes: Ne moreris nocte hac in cāpestribꝫ
deserti. sed absq; dilatōe trāsgredere. ne
forte absorbeat rex. ⁊ oīs ppl's q̄ cū eo est.
Jonathas aūt ⁊ achimaas stabāt iuxta
fontē rogel: Abijt ancilla ⁊ nūciauit eis
et illi pfecti sunt vt referrēt ad regē da
uid nunciū. Nō enī poterant videri aut
introire ciuitatē. Videt aūt eos quidā
puer. ⁊ indicauit absalō. Illi vero celeri
gradu ingressi sunt domū cuiusdā viri in
bahurī qui hēbat puteū i vestibulo suo
et descēderūt in eū. Tulit aūt mulier. et
expādit velamen sup os putei q̄si siccans
ptisanas ⁊ sic latuit res. Cūq; venissent
serui absalō in domū ad mulierē dixerūt:
Vbi est achimaas et ionathas. Et rñ

dit eis mulier: Trãsierũt festinãter gu-
stata paululũ aque. At hi qui q̃rebãt cũ
non reperissent. reuersi sunt in hierl'm.
Cũq; abissent. ascẽderũt illi de puteo et
ꝑgentes nũciauerũt regi dauid. ⁊ dixe-
rũt: Surgite et trãsite cito fluuiũ: qm̃
huiuscemodi dedit ꝯsiliuz ꝯtra vos achi-
tofel. Surrexit ḡ dauid ⁊ oĩs ꝑpl's q̃ cũ
eo erat: ⁊ transierũt iordanẽ donec dilu-
cesceret anteq̃ d̃nudaretur verbũ ⁊ nec
vnus quidẽ residu⁹ fuit qui nõ trãsiret
fluuiuz. Porro achitofel vidẽs q̃ non
fuisset factũ consiliũ suuz: strauit asinuz
suum. surrexitq; et abijt in domũ suam
et in ciuitatẽ suã. et disposita domo sua
suspendio interijt. et sepultus est in se-
pulcro patris sui. Dauid aũt venit ĩ ca-
stra. et absalon transijt iordanẽ ip̃e ⁊ oẽs
viri israel cuz eo: Amasã vero constituit
absalon ꝑ ioab sup̃ exercitũ. Amasa aũt
erat filius viri qui vocabat̃ iethra d̃ hie
ꝯeli qui ingressus ẽ ad abigail. filiã na-
as sororẽ saruie que fuit mater ioab Et
castrametat⁹ est isrl' cuz absalon in terra
galaad. Cũq; venisset dauid in castra so-
bi filius naas de rabbath filiorũ ãmon.
et machir filius amihel de lodabar. ⁊ ber
ꝯellai galaadites d̃ rogelĩ obtulerunt ei
stratoria et tapetia ⁊ vasa fictilia. frumẽ
tum. et hordeum ⁊ farinã et polentaz et
fabã et lentẽ ⁊ frixũ oleo cicer et mel et
butyrũ. oues et pingues vitulos. dede-
rũtq; dauid et ꝑpl'o q̃ cũ eo erat ad vescẽ
dum. Suspicati enĩ sunt ꝑpl'm fame et
siti fatigari in deserto.

XVIII

Igitur ꝯsiderato dauid populo
suo. cõstituit sup̃ eos tribunos
et cẽturiones. ⁊ d̃dit ꝑpl'i tertiã
ꝑtẽ sub manu ioab. et tertiã ꝑtẽ sub ma-
nu abisai filij seruie frĩs ioab. ⁊ tertiã ꝑ
tez sub manu ethai q̃ erat d̃ geth. Dixit
q; rex ad ꝑpl'm: Egrediar ⁊ ego vobiscuz
Et rñdit ꝑpl's: Nõ exibis. Siue enĩ fu-
gerim⁹ nõ magnop̃e ad eos de nobis ꝑ
tinebit: siue media ꝑs ceciderit e nobis
nõ satz curabũt: q̃ tu vn⁹ sol⁹ ꝑ decẽ mi-
libꝫ cõputaris. Melius ẽ igit̃ vt sis no-
bis in vrbe p̃sidio. Ad q̃s rex ait: Qd̃ vo-
bis videt̃ rectũ hoc faciaz. Stetit ergo
rex iuxta portã Egrediebat̃q; ꝑpl's ꝑ tur-
mas suas centeni. et milleni. Et p̃cepit
rex ioab et abisai. et ethai dicẽs: Serua-
te mihi puerũ absalon. Et oĩs ꝑpl's au-
diebat p̃cipiẽtẽ regẽ cũctis principibus
ꝑ absalon. Itaq; egressus ẽ popul⁹ in cã-
pũ ꝯ isrl' ⁊ factũ ẽ p̃liũ in saltu effraĩ. Et
cesus ẽ ibi popnl⁹ isrl' ab exercitu dauid.
Factaq; ẽ plaga magna in die illa vigin-
ti miliũ. Fuit aũt ibi p̃liũ disp̃suz sup̃ fa-
ciẽ oĩs terre. ⁊ multo plures erãt quos
saltus consumpserat de populo q̃z hi q̃s
vorauerat gladius in die illa. Accidit au-
tẽ vt occurreret absalõ seruis dauid. se-
dẽs mulo. Cũq; ingressus fuisset mul⁹
subter cõdensam quercũ et magnã. ad-
hesit caput eius quercui. ⁊ illo suspẽso
inter celũ et terrã. mulus cui insederat
ꝑtrãsiuit. Vlidit aũt h̃ quispiã. et nũcia-
uit ioab dicẽs: Vlidi absalon pẽdere de
quercu Et ait ioab viro qui nũciauerat
ei: Si vidisti q̃re nõ cõfodisti eũ cũ t̃ra.
et ego dedissem tibi decẽ argẽti siclos et
vnũ balthẽũ? Qui dixit ad ioab: Si ap-
pẽderes in manibꝫ meis mille argẽteos
neq̃q̃z mitterẽ manũ meã in filiũ regis
Audiẽtibꝫ enim nobis p̃cepit rex tibi ⁊
abisai ⁊ ethai dicẽs: Custodite mihi pu-
erũ absalõ. Sz ⁊ si fecissez ꝯtra aĩaz me-
am audacter neq̃q̃z h̃ regẽ latere potuis-
set ⁊ tu stares ex adu̇so Et ait ioab: Nõ si-
cut tu vis: sed aggrediar eũ corã te. Tu-
lit ḡ ioab tres lãceas in manu sua. et in-
fixit eas ĩ corde absalõ. Cũq; ad huc pal-
pitaret herẽs in quercu. cucurrerũt de-
cẽ iuuenes armigeri ioab. ⁊ ꝑcutiẽtes in-
terfecer̃t eũ. Cecinit aũt ioab buccina ⁊
retinuit ꝑpl'm ne ꝑseq̃ret̃ fugiẽtẽ isrl': vo-
lẽs ꝑcere ml'titudini. Et tuler̃t absalon
et ꝓiecerũt eũ in saltu in foueã grãdẽ ⁊
cõportauerũt sup̃ eũ aceruũ lapidũ ma-
gnũ nimis. Oĩs aũt isrl' fugit in tab̃na-
cula sua. Porro absalõ erexerat sibi cuz
adhuc viueret titulũ q̃ ẽ in valle regis.
Dixerat. n. Nõ habeo filiũ ⁊ h̃ erit moni-
m̃tũ noĩs mei vocauitq; titulũ noĩe suo
⁊ appellat̃ man⁹ absolõ vsq; ad hãc diez

Achimaas aūt filiꝰ sadoch ait: Curram
et nūciabo regi. qꝛ iudiciū fecerit ei deus
de manu inimicoꝝ eiꝰ. Ad quez ioab di-
xit: Nō eris nūcius in hac die. sed nūcia
bis in alia. Hodie nolo te nūciare. Filiꝰ
enī regis ē mortuus. Et ait ioab chusi:
Vade ⁊ nuncia regi q̄ vidisti. Adorauit
chusi ioab. ⁊ cucurrit. Rursus aūt achi
maas filius sadoch. dixit ad ioab: Quid
īpedit si etiā ego curro post chusi? Dixit
q̄z ei ioab. Quid vis currere fili mi? Ve-
ni huc. Nō eris boni nūcij baiulꝰ. Qui
rn̄dit: Quid enī si cucurrero? Et ait ei:
Curre. Currēs g̃ achimaas ꝑ viā cōpē-
dij trāsiuit chusi Dauid aūt sedebat in
ter duas portas. Speculator vero q̄ erat
in fastigio porte sup murū. eleuās oclos
vidit hoīez currētē solū. ⁊ exclamās īdi-
cauit regi. Dixitq̄z rex. Si solus ē. bonꝰ
est nūcius in ore eius. Propante aūt il
lo et accedēte ꝓpius vidit speculator ho-
minē alterū currentē. ⁊ vociferās in cul
mine ait: Apparet mihi alter hō. currēs
solus. Dixitq̄z rex. Et iste bonꝰ est nūciꝰ
Speculator aūt ꝯtemplor ait cursū pri
oris q̄si cursū achimaas filij sadoch. Et
ait rex: Vir bonus est. et nūciū portans
bonū venit. Clamans aūt achimaas di-
xit ad regē: Salue rex. Et adorans regē
coram eo ꝓnus in terrā ait: Bn̄dictꝰ do
minus deꝰ tuus qui cōclusit hoīes qui
leuauerūt manus suas ꝯtra dn̄m meū
regez. Et ait rex. Est ne pax puero absa
lon? Dixitq̄z achimaas. Vidi tumultū
magnū cū mitteret ioab seruus tuus o
rex me seruū nescio aliud. Ad quem rex
transi ait. ⁊ sta hic. Cūq̄z ille trāsisset et
staret: apparuit chusi. Et veniēs ait: Bo
nuz apporto nunciū dn̄e mi rex. Judi-
cauit enī ꝓ te dn̄s hodie de manu oīm q̄
surrexerūt ꝯtra te. Dixit aūt rex ad chu
si: Est ne pax puero absalon? Cui respō
dens chusi: fiāt inquit sicut puer inimi
ci dn̄i mei regis. ⁊ vniuersi qui ꝯsurgunt
adūsus eū in malū. Cōtristatꝰ itaq̄z rex
ascēdit cenaculū porte ⁊ fleuit Et sic loq̄
bat̄ vadēs: Fili mi absalō. absalō fili mi
Quis mihi tribuat vt ego moriar ꝓ te?

Absalon fili mi: fili mi absalon. XIX

Nunciatū est aūt ioab q̄ rex fle-
ret ⁊ lugeret filiū suū. ⁊ versa est
victoria in luctū in die illa omī
ppl'o. Audiuit enī ppl's in die illa dici: do
let rex sup filio suo. Et declinauit ppl'us
in die illa ingredi ciuitatē quō declina-
re solet ppl's vsus ⁊ fugiēs de p̄lio. Por
ro rex opuit caput suuz. et clamabat vo-
ce magna. Fili mi absalō: absalō fili mi
Ingressus g̃ ioab ad regē in domuz di-
xit: Cōfudisti hodie vultus oīm seruoꝝ
tuorū qui saluā fecerunt aīaz tuā. ⁊ aīaz
filiorū tuoꝝ et filiarū tuaꝝ. ⁊ aīam vxoꝝ
tuarū et aīam concubinarū tuaruz. Di
ligis odiētes te et odio habes diligētes
te. Et ostēdisti hodie qꝛ nō curas de du-
cibꝰ tuis ⁊ de seruis tuis. ⁊ vere cognoui
mō: qꝛ si absalō viueret et oēs nos occu
buissemus. tunc placeret tibi. Nūc igit̄
surge ⁊ ꝓcede. et alloquens satis fac ser
uis tuis. Juro enī tibi ꝑ dn̄m q̄ si non
exieris. ne vnus quidē remansurus sit
tecū nocte hac. et peius erit h̄ tibi q̄z oīa
mala que venerunt sup te ab adolescen
tia tua vsq̄z in presens. Surrexit g̃ rex.
et sedit in porta. Et omī ppl'o nunciatū
est q̄ rex sederet in porta. Venitq̄z vniu
sa multitudo corā rege: israel aūt fugi-
in tebernacula sua. Oīs q̄z ppl'us certa
bat in cūctis tribubꝰ isrl' dicēs: Rex libe
rauit nos de manu inimicoꝝ nostrorū:
ipe saluauit nos de manu philistinoꝝ. ⁊
nūc fugit de t̄ra ꝓpter absalō. Absalō au
tē quē vnximꝰ sup nos. mortuꝰ ē i bello
Vsq̄z q̄ siletꝫ. ⁊ nō reducitis regē? Et ꝯsi
liū totiꝰ isrl' vēit ad regē. Rex vo dauid
misit ad sadoch ⁊ abiathar sacerdotes.
dicēs: Loq̄mī ad maiores natu iuda di-
cētes: Cur venitꝫ nouissimi ad reducen
dū regē i domū suā? Sermo aūt omīs
isrl' ꝑuenerat ad regē i domo eiꝰ: qꝛ dixe
rat rex. Hec dicetꝫ ad ppl'z: Fr̄es mei vos
os meū ⁊ caro mea vos. Quare nouissi
mi reducitꝫ regē? Et amase dicite: nōne
os meū es ⁊ caro mea? hec faciat mihi deꝰ
⁊ h̄ addat. si n̄ mgr̄ militie fuerꝫ corā me
oī tpe ꝓ ioab. ⁊ īclinauit cor oīuz viroꝝ

iuda quasi viri vni⁹. Miserũtq; ad regẽ
dicẽtes: Reuertere tu ⁊ oẽs ſui tui. Et
reuerſus eſt rex. Et venit vſq; iordanez.
Et oĩs iuda venit vſq; in galgala vt oc-
curreret regi et traduceret eũ iordanez
Feſtinauit aũt ſemei filius gera filij ge
mini de bahurim. ⁊ deſcẽdit cũ viris iu-
da in occurſuz regis dauid cũ mille vir⁹
de beniamin et ſiba puer de domo ſaul ⁊
quĩdecim filij eius ac viginti ſerui erãt
cũ eo. Et irrũpentes iordanẽ ante regẽ
trãſierũt vada vt traducerẽt domũ reg⁹
⁊ facerẽt iuxta iuſſionẽ ei⁹. Semei aũt
filius gera ꝓſtratus corã rege cum iam
trãſiſſet iordanẽ. dixit ad eũ Ne reputeſ
mihi dñe mi iniquitatẽ. neq; memine-
ris iniuriarũ ſerui tui in die q̃ egreſſus
es dñe mi rex de hierl'm neq; pones rex
in corde tuo: Agnoſco enĩ ſeru⁹ tu⁹ pec-
catũ meũ. et idcirco hodie prim⁹ veni de
oĩ domo ioſeph: d̃ſcẽdiq; in occurſũ dñi
mei regis. Rñdens v̄o abiſai filius ſar
uie. dixit: Nũquid ꝓ his v̄bis nõ occide
tur ſemei q̃ maledixit chriſto domĩ? Et
ait dauid. Quid mihi ⁊ vob filij ſaruie?
Cur efficimini mihi hodie in ſathã? Er
go ne hodie interficietur vir in iſrl'. An
ignoro hodie me factũ regẽ ſup iſrl'? Et
ait rex ſemei: Nõ morier⁹. Jurauitq; ei.
Miphiboſeth q̃z fili⁹ ſaul deſcẽdit in oc-
curſuz reg⁹ illotis pedib⁹ ⁊ intõſa barba
veſteſq; ſuas nõ lauerat a die q̃ egreſſus
fuerat rex vſq; ad diẽ reuerſiõis eius in
pace. Cunq; occurriſſet regi. dixit ei rex
Quare nõ veniſti mecuz miphiboſeth?
Et rñdens ait: Dñe mi rex ſeru⁹ me⁹ cõ
tẽpſit me Dixitq; ei. ego famulus tuus
vt ſterneret mihi aſinũ ⁊ d̃ſcẽdẽs abirẽ
cum rege. Claudus enĩ ſum ſeruus tu
us. Inſup ⁊ accuſauit me ſeruũ tuũ ad
te dñm meũ regem. Tu aũt dñe mi rex
ſicut angelus dei es. fac qd̃ placitũ eſt ti
bi. Neq; enĩ fuit domus patris mei niſi
morti obnoxia dño meo regi: tu aũt po-
ſuiſti me ſeruũ tuũ inter ꝯuiuas mẽſe
tue Quid ergo habeo iuſte querele aut
quid poſſũ vltra vociferari ad regẽ? Ait
ergo ei rex. Quid vltra loq̃ris? Fixũ eſt
qd̃ locut⁹ ſuz. Tu ⁊ ſiba diuidite poſſeſſi
ones. Rñditq; miphiboſeth regi. Etiaz
cũcta accipiat poſtq̃ reuſus eſt dñs me
us rex pacifice in domũ ſuaz: Berçellai
q̃z galaadites ſenex valde deſcẽdens de
rogelim traduxit regem iordanem ꝓara
tus etiam vltra fluuium ꝓſequi eum.
Erat aũt berçellai galaadites ſenex val
de. i. octogenari⁹. ⁊ ipe p̃buit alimẽta re-
gi cũ moreret in caſtr⁹. Fuit quippe vir
diues nimis. Dixit itaq; rex ad berçellai
Veni mecũ vt req̃eſcas ſecur⁹ in hieru
ſalẽ. Et ait berçellai ad regẽ: Quot ſunt
dies ãnoꝝ vite mee. vt aſcendã cũ rege
in hierl'm? Octogenanari⁹ ſum hodie.
Nũq̃d vigẽt ſenſ⁹ mei ad diſcernẽdum
ſuaue aut amaꝝ. aut d̃lectare põt ſeruũ
tuũ cib⁹ aut potus. vel audire poſſuz vl-
tra vocẽ cantorũ atq; cantatricũ? Qua-
re ſeruus tuus ſit oneri dño meo regi?
Paululũ ꝓcedã famulus tu⁹ ab iorda-
ne tecũ. Nõ indigeo hac viciſſitudine.
ſed obſecro vt reũtar ſeru⁹ tuus. ⁊ mo-
riar in ciuitate mea et ſepeliar iuxta ſe-
pulcrũ patris mei ⁊ matris mee. Eſt au
tẽ ſeru⁹ tu⁹ chamaã ipe vadat tecũ dñe
mi rex. ⁊ fac ei quicq̃d bonũ tibi videtur
Dixit itaq; ei rex: Mecũ trãſeat chama
an: ⁊ ego faciã ei quicquid tibi placuerit
et oẽ qd̃ petier⁹ a me ĩpetrabis Cũq; trã
ſiſſet vniuſus ꝓpl's ⁊ rex iordanẽ. reſtitit
et oſculat⁹ ẽ rex berçellai ⁊ bñdixit ei. ⁊ il
le reuſus ẽ in locũ ſuũ. Trãſiuit g̃ rex in
galgalã ⁊ chamaã cũ eo. Oĩs aũt ꝓpl'us
iuda traduxerat regẽ. ⁊ media tm̃ ꝑs af-
fuerat d̃ ꝓpl'o iſrl'. Itaq; oẽs viri iſrl' cõ-
currẽtes ad regẽ dixerunt ei: Quare te
furati ſunt fratres nr̃i viri iuda. ⁊ tradu
xerũt regẽ ⁊ domũ ei⁹ iordanẽ. oẽſq; vi-
ros dauid cũ eo? Et rñdit oĩs vir iuda
ad viros iſrl': Quia mihi propior ẽ rex.
Cur iraſcer⁹ ſup hac re? Nũq̃d comedi-
mus aliquid ex rege. aut munera nobiſ
data ſũt. Et rñdit vir iſrl' ad viros iuda
et ait: Decẽ partib⁹ maior ego ſuz apud
regez: magiſq; ad me ꝑtinet dauid q̃z ad
te. Cur feciſti mihi iniuriã. ⁊ ñ mihi nũ
ciatũ ẽ p̃ori vt reducerẽ regẽ meũ? Du

rius aũt rñderũt viri iuda viris ísrael.

Accidit ꝙz vt ibi esset vir XX
Belial noĩe sība filius bochri vir gemineus .ꝛ cecidit buccina.et ait. Nō ẽ nobis pars in dauid neq; hæreditas in filio ísai. Reũtere in tabnacula tua ísrl'. Et sepat' ẽ oĩs ísrl'a dauid:secutusq; est sība filiũ bochri: viri aũtẽ iuda adhæserũt regi suo a iordane vsq; hierusalẽ. Cũq; veniſſet rex in domũ suã in hierl'm tulit decẽ mulieres concubinas quas dereliq̃rat ad custodiẽdã domũ.et tradidit eas in custodiã alimẽta eis prębẽs. Et nõ est ingressus ad eas sed erãt clause vsq; in diẽ mortis sue in viduitate viuẽtes. Dixit aũt rex amasę. Cõuoca mihi oĩes viros iuda in diẽ tertiũ. et tu adesto pñs. Abiit ḡ amasa vt cõuocaret iudã et moratus ẽ extra palatiuz qõ ei cõstituerat rex. Dixit autẽ dauid abisai: Nũc magis afflictur' est nos sība filius bochri ꝙz absalõ. Tolle ḡ seruos dñi tui et pseq̃re eũ:ne forte inueniat ciuitates munitas .ꝛ effugiat nos. Egressi sũt ergo cũ eo viri ioab cerethi ꝙz ꝛ felethi.ꝛ oĩes robusti exierũt de hierl'm ad pseq̃ẽ dũ sība filiũ bochri. Cumq; ille essent iuxta lapidẽ grãdez q̃ est in gabaon.amasa veniẽs occurrit eis. Porro ioab vestit' erat tunica stricta ad mẽsurã habit' sui.ꝛ desup accinctus gladio dependente vsq; ad ilia in vagina qui fabricatus leui motu egredi poterat.ꝛ percutere. Dixit itaq; ioab ad amasaz. Salue mi frater. Et tenuit manu dextera mentum amase q̃si osculans eũ. Porro amasa non obseruauit gladiũ quem habebat ioab. Qui pcussit eum in latere et effudit intestina eius in terrã.ꝛ mortuus est.nec ītm vulnus apposuit. Joab autẽ ꝛ abisai frater eius psecuti sunt sība filiũ bochri. Interea quidã viri cum stetissent iuxta cadauer amase de socijs ioab dixerũt. Ecce q̃ esse voluit pro ioab comes dauid. Amasa autẽ cõspersus sanguine iacebat ī media via. Vidit hoc quidã vir q̃ subsisteret oĩs ppl's ad videndũ eum. et amouit amasam de via in agrũ. opuitq; eũ vesti mẽto ne subsisterẽt trãseũtes,pter eum

Amato ḡ illo de via trãsibat oĩs vir sequẽs ioab ad pseq̃ẽdũ sība filiũ bochri Porro ille trãsierat p oĩes tribus ísrl' vsq; in abelã et ī bethmacha.oĩesq; viri electi congregati fuerãt ad eũ. Venerũt itaq; et oppugnabãt eũ in abela .ꝛ in bethmacha et circũdederũt munitionibus ciuitatez.ꝛ obsessa ẽ vrbs. Dis autẽ turba q̃ erat cũ ioab moliebat destruere muros. Et exclamauit mulier sapiẽs ō ciuitate.Audite audite.dicite ioab:appropiqua huc et loquar tecũ. Qui cũ accessisset ad eaz ait illi:Tu es ioab:Et ille rñdit: Ego. Ad quẽ sic locuta ẽ.Audi sermones ancille tue. Qui rñdit:Audio.Rursumq; illa:sermo inquit dicebat in veteri prouerbio. Qui introgãt introgẽt in abela et sic pficiebãt. Nõne ego sum q̃ rñdeo veritatẽ in ísrl'.ꝛ tu q̃ris subuũtere ciuitatem.ꝛ euertere matrẽ in ísrl'? Quare pcipitas hæreditatẽ dñi? Rñdensq; ioab ait:Absit hoc a me.non pcipito neq; molior. Nõ se sic hẽt res. Vz hõ de mõte effraim sība filius bochri cognomine leuauit manũ suã ꝛ regẽ dauid: Tradite illũ solũ.ꝛ recedem' a ciuitate. Et ait mulier ad ioab:Ecce caput eius mittet ad te p murũ. Ingressa ẽ ḡ ad oĩez ꝛpl'm et locuta est eis sapiẽter . Qui abscidit caput sibe filij bochri,piecerũt ad ioab. Et ille cecinit tuba .ꝛ recessert ab vrbe vnusquisq; in tabernacula sua. Joab aũt reuersus ẽ hierl'm ad regẽ. Fuit ḡ ioab super oĩez exercitũ ísrl'.banaias aũt filius iade sup ceretheos .ꝛ felethęos.adurã vero sup tributa Porro iosaphat filius ahilud acõmentarijs. Siba aũt scriba: sadoch ꝛ abiathar sacerdotes. Hirã aũt iraites erat sacerdos dauid. XXI

Facta ẽ ꝙz fames in diebus dauid tribus ãnis iugis. Et cõsuluit dauid oraculum dñi. Dixitq; dñs: Propter saul.ꝛ domũ eius sanguinũ q occidit gabaonitas. Vocat' ergo gabaonitas rex.dixit ad eos: Porro gabaonite nõ erãt de filijs ísrl' sz reliquie amorreoꝝ Filij quippe ísrl' iurauerant eis.ꝛ voluit saul pcutere eos ęlo quasi p filijs ísrl' ꝛ iuda. Dixit ergo dauid ad gabaonitas

plantum.

Quid faciam vobis. et quod erit vestri piaculũ vt bñdicatꝫ hereditati dñi? Dixerũtq; ei gabaonite: Nõ est nobis sup argẽto et auro q̃stio: sed ɔtra saul. ⁊ ɔ̃ domũ eius neq; volumꝰ vt interficiat̃ hõ de israel. Ad q̃s rex ait: Quid ergo vultꝫ vt faciã vobis? Qui dixerũt regi: Virũ qui attriuit nos ⁊ oppressit iniq̃ ita delere debemus vt nec vnus quidẽ residuꝰ sit de stirpe eius in cũctis finibꝫ isrl̃. Dẽtur nobis septẽ viri de filijs eius vt crucifigamus eos dño in gabaa saul quondaz electi dñi. Et ait rex: Ego dabo. Pepercitq; rex miphiboseth filio ionathe filij saul ꝓpter iusiurandũ q̃d fuit int̃ dauid et ionathan filium saul. Tulit itaq; rex duos filios respha filie ahia. quos peperit saul armoni ⁊ miphiboset. et quinq; filios michol filie saul q̃s genuerat hadrieli filio berçellai qui fuit de molathi. et dedit eos in manus gabaonitaꝝ qui crucifixerũt eos in monte corã dño. Et ceciderũt hi septẽ simul occisi in diebꝫ messis prime. incipiẽte messione hordei. Tollẽs aũt respha filia ahia cilitiũ substrauit sibi sup̃ petrã ab initio messis donec stillaret aqua sup̃ eos de celo et non dimisit aues lacerare eos p̃ diẽ. neq; bestias p̃ noctẽ: Et nũciata sunt dauid q̃ fecerat respha filia ahia cõcubina saul. Et abijt dauid et tulit ossa saul ⁊ ossa ionathe filij eius a virꝫ iabes galaad q̃ furati fuerant ea de platea bethsan in qua suspẽderãt eos philistijm cũ interfecissent saul in gelboe. ⁊ asportauit inde ossa saul et ossa ionathe filij eius. ⁊ colligẽtes ossa eorũ qui affixi fuerãt. sepelierũt ea cum ossibꝫ saul ⁊ ionathe filij eius in terra bẽiamin in latere in sepulcro cis p̃tis eius. Fecerũtq; oĩa q̃ p̃cepat rex et re ꝓpitiatꝰ ẽ deus t̃re post hec. Factũ est autẽ rursum p̃liũ philistinoꝝ aduersuz isrl̃. ⁊ descẽdit dauid ⁊ serui eiꝰ cuz eo. et pugnabãt ɔ̃ philistijm. Deficiẽte autez dauid. iesbidẽob qui fuit d̃ genere arafa cuius ferrũ haste trecẽtas vncias appẽdebat. et accinctꝰ erat ense nouo nisus est p̃cutere dauid. p̃sidioq; ei fuit abisai filius saruie ⁊ p̃cussuz philisteũ int̃fecit. Tũc iurauerũt viri dauid dicẽtes: Jaz nõ egredieris nobiscũ in bellũ ne extinguas lucernã isrl̃. Scdm q̃z fuit bellũ in gob ɔ̃ philisteos. Tunc p̃cussit sobochai de vsathi. çaph de stirpe arapha de genere gigãtũ. Terti ũ q̃z fuit bellũ in gob ɔ̃ philisteos in q̃ p̃cussit adeodatꝰ filiꝰ saltus polymitarius bethleemites goliath getheũ cuius hastile haste erat q̃si liciatoriũ texẽtiũ. Quartũ bellũ fuit in geth in q̃ vir fuit excelsus q̃ senos in manibꝫ pedibusq; hẽbat digitos. i. vigintiq̃ttuor. et erat de origine arafa. ⁊ blasphemauit isrl̃. Percussit aũt euz ionathas filius sammaa frĩs dauid. Hi q̃ttuor nati sunt de arafa in geth. et ceciderũt in manu dauid ⁊ seruoꝝ eius.

XXII

Locutꝰ ẽ autẽ dauid dño verba carmĩs huiꝰ. ĩ die q̃ liberauit euz dñs d̃ manu oĩm inimicoꝝ suorum. ⁊ de manu saul. Et ait: Dñs petra mea ⁊ robur meuz. ⁊ saluator meꝰ. Deꝰ dñs fortꝫ meꝰ: sp̃abo ĩ euz. Scutũ meuz ⁊ cornu salutꝫ mee. eleuator meꝰ. ⁊ refugiũ meũ. saluator meꝰ. d̃ iniq̃tate liberabis me. Laudabilẽ inuocabo dñm. et ab inimicis meis saluꝰ ero. Qui circũdederũt me ɔtritões mortꝫ: torrentes belial t̃ruerũt me. Funes inferi circũdederũt me: p̃uenerũt me laquei mortꝫ. In tribulatõe mea inuocabo dñm. ⁊ ad deũ meũ clamabo. Et exaudiet d̃ tẽplo scõ suo vocẽ meã. ⁊ clamor meus veniet ad aures eiꝰ. Cõmota ẽ ⁊ ɔtremuit t̃ra: fundamẽta mõtiũ ɔcussa sunt ⁊ cõq̃ssata. qm̃ iratus ẽ eis. Ascẽdit fumꝰ de naribꝫ eius. ⁊ ignis de ore eiꝰ volauit: carbones succensi sũt ab eo. Et inclinauit celos ⁊ descendit et caligo sub pedibꝫ eiꝰ. Et ascẽdit super cherubĩ ⁊ volauit. ⁊ lapsꝰ ẽ sup̃ pẽnas vẽti. Posuit tenebras in circũitu suo latibulũ cribrãs aq̃s d̃ nubibꝫ celoꝝ. Pre fulgure in ɔspectu eius nubes succensi sũt carbones ignis. Tonabit d̃ celo dñs ⁊ excelsus dabit vocẽ suã. Misit sagittas suas et dissipauit eos. fulgura ⁊ cõsumpsit eos. Et apparuerũt effusiões marꝫ ⁊

reuelata sunt fundamenta orbis ab in
crepatione domini: ab inspiratõe spiri/
tus furoris eius. Misit de celo et assum
psit me. ⁊ traxit me de aquis multis. Li
berauit me ab inimico meo potentissi/
mo. ⁊ ab his qui oderãt me: qm̃ robusti
ores me erãt. Preuenit me in die affli/
ctionis mee. ⁊ factus est dñs firmamẽ/
tum meũ. Et eduxit me in latitudinez:
liberauit me: qꝛ cõplacui ei. Retribuet
mihi dñs ꝑm iusticiã meã: ⁊ ꝑm mũdici
am manuũ mearũ reddet mihi. Quia
custodiui vias dñi. ⁊ nõ egi impie a deo
meo. Omĩa enĩ iudicia eius in ꝯspectu
meo. ⁊ p̃cepta eius nõ amoui a me. Et
ero perfectus corã eo: et custodiã me ab
iniquitate mea. Et restituet mihi dñs
ꝑm iusticiã meã. ⁊ ꝑm mũdiciã manuuz
meaꝝ in ꝯspectu oculoꝝ suoꝝ. Cũ scan/
cto scũs eris: ⁊ cũ robusto ꝑfect⁹. Et cũ
electo electus eris: ⁊ cũ ꝑuerso ꝑuerte/
ris. Et ꝓpl'm pauꝑez saluũ facies: oculis
qꝫ tuis excelsos humiliabis. Quia tu lu
cerna mea dñe. ⁊ tu dñe illuĩabis tene/
bras meas. In te enĩ currã accinctus. in
deo meo trãsiliã murũ. De⁹ ĩmaculata
via eius: eloquiũ dñi igne examinatũ:
scutũ ẽ oĩm sperãtiũ in se. Quis ẽ de⁹ p̃/
ter dñm. ⁊ quis deus fortis p̃ter deum
nr̃m? Deus qui accinxit me fortitudĩe
et cõplanauit ꝑfectã viã meã. Coequãs
pedes meos ceruis: ⁊ sup̃ excelsa mea sta
tuẽs me. Docẽs manus meas ad p̃liuz
et cõponẽs q̃si arcuz ereũ brachia mea:
Dedisti mihi clypeũ salutis tue: ⁊ man
suetudo mea multiplicauit me. Dilata
bis gressus meos subt⁹ me. ⁊ nõ deficiẽt
tali mei: Perseq̃r inimicos meos et cõ
terã: ⁊ nõ ꝯuertar donec ꝯsumã eos. Cõ
sumã eos ⁊ cõfringã vt non ꝯsurgãt: ca
dẽt sub pedibꝫ meis. Accinxisti me forti
tudine ad p̃liũ incuruasti resistẽtes mi/
hi subtus me. Inimicos meos dedisti
mihi dorsuz: odiẽtes me. ⁊ disꝑdaz eos.
Clamabũt ⁊ nõ erit q̃ saluet: ad dñm. ⁊
nõ exaudiet eos. Delebo eos vt pulue/
rez terre: q̃si lutũ platearũ cõminuã eos
atqꝫ ꝯfringã. Saluabis me a ꝯtradicti
onibꝫ ꝓpl'i mei. custodies me ĩ caput gẽ/
tiuz. Popul⁹ quẽ ignoro ꝑuiet mihi. fi/
lij alieni resistẽt mihi: auditu auris obe/
diẽt mihi. Filij alieni defluxerũt. ⁊ ꝯtra/
hent̃ in angustijs suis. Viuit dñs ⁊ bñ/
dictus de⁹ meus: ⁊ exaltabit̃ de⁹ fortꝫ sa/
lutis mee. De⁹ qui das vĩdictas mihi
et deijcis ꝓpl'os sub me. Qui educꝫ me
ab inimicis meis: ⁊ a resistẽtibꝫ mihi ele
uas me: a viro iniquo liberab̃ me. Pro/
pterea cõfitebor tibi dñe in gẽtibꝫ ⁊ noĩ
tuo cãtabo. Magnificans salutes regis
sui. ⁊ faciẽs misericordiã christo suo da
uid: ⁊ semini ei⁹ ĩ sempiternũ. XXIII

Hec aũt sũt ꝟba nouissima q̃ di
xit dauid fili⁹ isai. Dixit vir cui
ꝯstitutũ est de christo dei iacob:
egregi⁹ psaltes isrl'. Spũs dñi locut⁹ ẽ
ꝑ me. ⁊ sermo eius ꝑ linguã meã. Dixit
De⁹ isrl' mihi locut⁹ ẽ fortꝫ isrl'. Dñator
hoĩm iust⁹. dñator ĩ timore dei. Sic lux
aurore oriẽte sole mane absqꝫ nubibus
rutilat. ⁊ sic pluuijs germĩat herba d̃ ter
ra. Nec tãta ẽ dom⁹ mea apud deũ. vt pa
ctũ et̃nũ iniret mecũ firmũ in oĩbꝫ atqꝫ
munitũ. Cũcta enĩ salus mea ⁊ oĩs vo/
lũtas: nec ẽ quicq̃ ex eo q̃ nõ germĩet.
Preuaricatores aũt q̃si spine euellent̃
vniu̇si: q̃ nõ tollunt̃ manibꝫ. Et si q̃s tã
gere voluerit eas armabit̃ ferro. ⁊ ligno
lãceato: igneqꝫ succẽse ꝯburent̃ vsqꝫ ad
nihilũ. Hec noĩa fortiuz dauid. Dauid
sedẽs in cathedra sapiẽtissim⁹ princeps
int̃ tres. Ipe ẽ q̃si tenerrim⁹ ligni ꝟmi
culus qui octingẽtos int̃fecit ĩpetu vuo
Post hũc eleaçar filius patrui ei⁹ ahoi/
tes inter tres fortes q̃ erãt cũ dauid qñ
exꝓbrauerũt philistijm ⁊ ꝯgregati sunt
illuc in p̃liũ. Cũqꝫ ascẽdissent filij israel
ipe stetit ⁊ ꝑcussit philisteos: donec defi
ceret manus eius. ⁊ obrigesceret cũ gla
dio. Fecitqꝫ dñs salutẽ magnã ĩ die illa
et ꝓpl'us q̃ fugerat reuersus ẽ ad cesorũ
spolia detrahẽda. Et post hunc semmaa
filius agge de arari. Et congregati sunt
philistijm in statione. Erat quippe ibi
ager lẽte plenus. Cunqꝫ fugisset popu/
lus a facie philistijm stetit ille in medio

agri. ⁊ tutus est eum. Percussitq; phili
steos. et fecit dñs salutē magnam. Nec
nō ⁊ ante descēderāt tres qui erāt prin-
cipes inter triginta. et venerāt tpe mes-
sis ad dauid in speluncā odollaz. Castra
aūt philistinoꝝ erant posita in valle gi-
gātuz. ⁊ dauid erat in p̄sidio. Porro sta
tio philistinoꝝ tunc erat in bethleē. De
siderauit ergo dauid aquā de lacu. ⁊ ait:
O si quis mihi daret potū aq̄ de cister-
na q̄ est in bethleem iuxta portā: Irrupe
rūt ergo tres fortes castra philistinorū
et hauserūt aquā de cisterna bethleez q̄
erat iuxta portam et attulerūt ad dauid
At ille noluit bibere. sed libauit eā dño
dicens: Propitius sit mihi dñs ne faci
am hoc. Nū sanguinē hominū istoꝝ qui
profecti sunt. ⁊ animarū p̄iculū bibam?
Noluit ergo bibere Hec fecerūt tres ro
bustissimi. Abisai q̄z frater ioab filiꝰ sar-
uie princeps erat de tribꝫ. Ipe est qui le
uauit hastā suam cōtra trecētos quos
interfecit: noīatus in tribꝫ. ⁊ inter tres
nobilior: eratq; eoꝝ princeps. sz vsq; ad
tres primos nō p̄uenerat. Et banaias
filius ioiade viri fortissimi magnoꝝ ope
ruz de capseel. Ipe p̄cussit duos leones
moab. ⁊ ipe descēdit et p̄cussit leonez in
media cisterna in diebꝫ niuis. Ipe q̄z in
terfecit virū egyptiū viꝝ dignuz specta
culo habētem in manu hastā. Itaq; cū
descēdisset ad eū in virga: vi extorsit ha-
staz de manu egyptij. ⁊ interfecit eū ha-
sta sua. Hec fecit banaias filius ioiade.
Et ipe noīatus int̄ tres robustos q̄ erāt
inter triginta nobiliores. verūtñ vsq; ad
tres nō p̄uenerat. Fecitq; eū sibi dauid
auriculariū a secreto. Asahel frater ioab
inter triginta Eleanan filius patrui eiꝰ
de bethleem. Semma de arari. Elicha
de arodi. Heles d̄ phalti. Hira filius ac
ces de thecua. Abieser de anathot. Mo-
bōnai de vsathi. Selmon ahoites. Ma
charai netophatites. Eleph filius ba-
ana. et ipe netophatites. Itai filius ri-
bai. de gebeeth filiorum beniamin. Ba-
nai pharatonites. Heltai de torrēte ga-
as. Albialbon arbathites. Açamaueth
de beromi. Eliaba de salbon. Filij iasen.
ionathan. narā. Semma de orodi. Ha
iam filius sarar arothites. Elifeleth fi-
lius aasbai filij maachati. Heliam filiꝰ
achitofel gelonites. Esrai de carmelo.
Farai de arbi. Igaal filiꝰ nathan d̄ soba
Bonni de gaddi. Selech de āmoni. Na
arai berothites armiger ioab filij saruie
Hira hietrites. Gareb et ipsi hietritel
Urias etheꝰ. Omnes trigintaseptem.

Et addidit furor XXIIII
dñi irasci cōtra isrl'. cōmouitq;
dauid in eis dicentem ad ioab
Vade numera isrl' et iudā. Dixitq; rex
ad ioab principē exercitus sui. Peram-
bula oēs tribꝫ israel a dan vsq; ad bersa-
bee. et numera ppl'm vt sciā numeꝝ eius
Dixitq; ioab regi: Adaugeat dñs deus
tuus ad ppl'm tuū quātus nunc est ite-
rūq; centuplicet in cōspectu dñi mei re
gis. Sed quid sibi dominus meus rex
vult in re huiuscemodi? Obtinuit aūt
sermo regis verba ioab. et principū exer
citus. Egresusq; ē ioab et principes mi
litum a facie regis vt numerarēt popu
lum israel. Cūq; p̄transissent iordanez.
venerūt in aroer ad dexterā vrbis q̄ ē in
valle gad. ⁊ p̄ iaser trāsierūt in galaad ⁊
in terrā inferiorē hodsi. ⁊ venerūt in dan
siluestria Circūeūtesq; iuxta sidonē trā
sierūt ꝓpe menia tyri ⁊ oēz terrā euei et
chananei. venerūtq; ad meridiē iuda in
bersabee. ⁊ lustrata vniūsa terra. affuerūt
post nouē mēses et vigīti dies ī hierl'm
Dedit ergo ioab numerū descriptionis
ppl'i regi. Et inuēta sunt de isrl' octingē-
ta milia viroꝝ fortiū q̄ educerēt gladiuz
et de iuda quingenta milia pugnatorū.
Percussit aūt cor dauid eum postq̄ nu
meratus ē ppl'us. Et dixit dauid ad do-
minū: Peccaui valde in hoc facto. sz p̄cor
dñe vt trāsferas iniq̄tatē ſui tui qꝛ stul
te egi nimis. Surrexit itaq; dauid ma
ne. ⁊ sermo dñi factus ē ad gad ꝓphetaz
et vidētez dauid dicēs: Vade et loque-
re ad dauid. Hec dicit dñs: Triū tibi da
tur optō. elige vnū q̄d voluerꝫ ex his vt
faciā tibi. Cunq; venisset gad ad dauid

nũciauit ei dicẽs: aut septez ãnis veniet
tibi fames in tra tua: aut trib⁹ mensib⁹
fugies aduersarios tuos ⁊ illi te ꝑsequẽ
tur aut certe trib⁹ dieb⁹ erit pestilentia
in terra tua. Nũc ḡ delibera. ⁊ vide quez
rñdeam ei qui me misit sermonẽ Dixit
aũt dauid ad gad: Coartor nimis. Sed
melius ẽ vt incidaz in man⁹ dñi (multe
enĩ misericordie eius sunt) q̃z in manus
hominũ. Immisitq̃z dñs pestilẽtiam in
isrl. de mane vsq̃z ad tp̃s cõstitutum. et
mortui sunt ex populo a dan vsq̃z bersa-
bee. septuaginta milia virorũ. Cunq̃z ex
tẽdisset manũ suã angelus dñi sup̃ hie-
rusalẽ vt disp̃deret eã. misertus est dñs
sup̃ afflictionẽ. et ait angelo ꝑcutiẽti po
pulũ. Sufficit nũc. ꝯtine manũ tuam.
Erat aũt angel⁹ dñi iuxta areaz areuna
iebusei. Dixitq̃z dauid ad dñm cũ vidis
set angelũ cedentẽ ꝓpl'um: Ego suz qui
peccaui ⁊ ego iniq̃ egi. isti qui oues sunt
quid fecerẽt? Vertat̃ obsecro man⁹ tua
ꝯtra me et cõtra domũ p̃tis mei. Venit
aũt gad ꝓpheta ad dauid in die illa. ⁊ di
xit ei: Ascẽde ⁊ ꝯstitue altare dño in area
areuna iebusei. Et ascendit dauid iuxta
sermonẽ gad quẽ p̃cepat ei dñs. Cõspi-
ciensq̃z areuna aĩaduertit regẽ ⁊ seruos
eius trãsire ad se. ⁊ egressus adorauit re
gẽ ꝓno vultu in terrã. et ait: Quid cau-
se est vt veniat dñs me⁹ rex ad seruũ su-
um? Cui dauid ait: Vt emã a te areã. et
edificẽ altare dño ⁊ cesset int'fectio que
grassat̃ in ꝓpl'o. Et ait areuna ad dauid
Accipiat ⁊ offerat dñs me⁹ rex sic̃ placet
ei. Habes boues in holocastũ. et plaustꝝ
et iuga boũ in vsum lignorũ. Oĩa dedit
areuna regi. Dixitq̃z areuna ad regem:
Dñs de⁹ tu⁹ suscipiat votũ tuũ. Cui rñ
dens rex ait: Neq̃q̃z vt vis. sed emã p̃cio
a te. et non offerã dño deo meo holocau
sta gratuita. Emit ergo dauid areã ⁊ bo
ues. argẽti siclis quinq̃ginta. et edifica-
uit ibi dauid altare dño. ⁊ obtulit holo-
causta et pacifica. Et ꝓpiciatus est dñs
terre. et cohibita est plaga ab israel.

Explicit secundus liber Samuelis.

Incipit liber p̃m⁹ malachim
id est Regũ terti⁹. Capl'm I

Et rex dauid senuerat: hẽ-
batq̃z etatis plurimos di
es. Cũq̃z opiret̃ vestib⁹ nõ
calefiebat. Dixerunt ḡ ei
serui sui: Queramus dño nr̃o regi ado
lescentulã virginẽ. et stet corã rege. ⁊ fo
ueat eũ: dormiatq̃z in sinu suo. et calefa
ciat dñm nr̃m regẽ. Quesierũt igit̃ ado
lescẽtulã speciosam in oĩb⁹ finib⁹ isrl. et
inuenerũt abisac sunamitẽ. et adduxerẽt
eam ad regẽ. Erat aũt puella pulcra ni-
mis. dormiebatq̃z cũ rege ⁊ ministrabat
ei. rex vero nõ cognouit eã. Adonias au
tez filius agith. eleuabat̃ dicẽs: Ego re-
gnabo. Fecitq̃z sibi currũ ⁊ equites. ⁊ q̃n
quaginta viros qui currerẽt ante eum
Neq̃z corripuit eũ pater suus aliq̃n di-
cẽs: Quare h̃ fecisti? Erat aũt ⁊ ip̃e pul-
cer valde secũdus natu post absalõ. Et
sermo ei⁹ cũ ioab filio saruie et cũ abia-
thar sacerdote qui adiuuabãt p̃tes ado
nie. Sadoch vero sacerdos ⁊ banaias fi
lius ioiade ⁊ nathan ꝓpheta ⁊ semei ⁊ ce
rethi ⁊ felethi et om̃e robur exercit⁹ da
uid nõ erat cũ adonia. Immolat̃ ḡ ado
nias arietib⁹ ⁊ vitulis ⁊ vniũsis pingui
bus iuxta lapidẽ çoeleth q̃ erat vicinus
fõti rogel: vocauit vniũsos frẽs suos fi
lios reg⁹ ⁊ oẽs viros iuda seruos regis:
nathã aũt ꝓphetã ⁊ banaiã ⁊ robustosq̃s
q̃z et salomonẽ fratrẽ suũ ñ vocauit. Di
xit it aq̃z nathã ad besabee mr̃ez salomo-
nis: Nũ audisti q̃ regnauerit adonias fi
lius agith. ⁊ dñs nr̃ dauid hoc ignorat?
Nũc ergo veni accipe cõsiliũ a me: et sal
ua aĩaz tuã. filijq̃z tui salomonis. Vade
et ingredere ad regẽ dauid. ⁊ dic ei: Nõ
ne tu dñe mi rex iurasti mihi ãcille tue
dicẽs: q̃ salomon filius tuus regnabit
post me: ⁊ ip̃e sedebit in solio meo. Qua
re ergo regnat adonias? Et adhuc ibi
te loquente cum rege. ego veniã post te
et cõplebo sermones tuos. Ingressa ẽ
itaq̃z bersabee ad regez in cubiculo. Rex
aũt senuerat nimis. ⁊ abisac sunamitis

ministrabat ei. Inclinauit se bersabee et
adorauit regem. Ad quã rex. quit tibi in
quit vis? Que rñdens ait: Dñe mi rex
tu iurasti ꝑ dñm deũ tuũ ancille tue: sa-
lomõ filius tuus regnabit post me. ⁊ ipe
sedebit in solio meo ⁊ ecce nũc adonias
regnat te dñe mi rex ignorãte. Macta-
uit boues. et pinguia q̃q̃ et arietes plu
rimos. ⁊ vocauit oẽs filios regis. abia-
thar q̃z sacerdotẽ et ioab principẽ mili-
tie: salomonẽ aũt seruũ tuuz non voca-
uit. Verũtñ dñe mi rex in te oculi respi
ciunt totius isrl' vt indices eis. q̃s sede
re debeat in solio tuo dñe mi rex post te:
Eritq̃z cũ dormierit dñs meus rex cum
patribꝫ suis. erimus ego et filius meus
peccatores. Adhuc illa loquẽte cuz rege
nathan ꝓpha venit. Et nũciauerũt regi
dicẽtes: Adest nathan ꝓpha. Cũq̃z ĩtro-
isset in ꝯspectu regis et adorasset eũ pro
nus in terrã. dixit nathan: Dñe mi rex
tu dixisti adonias regnet post me. ⁊ ipse
sedeat sup̃ thronũ meũ? Quia descẽdit
hodie ⁊ ĩmolauit boues ⁊ pinguia ⁊ arie
tes plurimos. ⁊ vocauit vniũsos filios
regis ⁊ prĩcipes: abiathar q̃z sacerdotez:
illisq̃z vescẽtibꝫ ⁊ bibẽtibꝫ corã eo. ⁊ dicẽ-
tibꝫ. viuat rex adonias: me seruũ tuũ et
sadoch sacerdotẽ. ⁊ banaiaz filiũ ioiade
et famulũ tuum salomonẽ non vocauit
Nũquid a dño meo rege exiuit hꝰ vbũ?
et mihi nõ indicasti seruo tuo quis ses-
surus eẽt sup̃ thronũ dñi mei regꝫ post
eũ. Et rñdit rex dauid dicẽs: Vocate ad
me bersabee. Que cũ fuisset ingressa co-
rã rege et stetisset añ eũ. iurauit rex ⁊ ait
Viuit dñs q̃ eruit aĩaz meã de oĩ angu-
stia: q̃z sic iuraui tibi ꝑ dñm deum isrl' di
cẽs. salomõ filiꝰ tuꝰ regnabit post me. et
ipe sedebit sup̃ soliũ meũ ꝓ me. sic faci-
am hodie. Sũmissoq̃z bersabee in terraz
vultu adorauit regez dicẽs: Viuat dñs
meꝰ rex dauid in eternum. Dixit q̃z rex
dauid: Vocate mihi sadoch sacerdotez
et nathan ꝓphaz. ⁊ banaiã filium ioiade
Qui cũ ĩgressi fuissẽt corã rege. dixit ad
eos. Tollite vobiscuz seruos dñi vr̃i. et
ĩponite salomonẽ filiũ meũ super mulã
meã. ⁊ ducite eũ in gion. ⁊ vngat eũ ibi
sadoch sacerdos ⁊ nathã ꝓpheta in regẽ
sup̃ isrl'. Et canetis buccina atq̃z dicetꝫ:
Viuat rex salomon. Et ascẽdetꝫ post eũ
et venietis in hierl'm. ⁊ sedebit sup̃ soli
um meũ ⁊ ipe regnabit ꝓ me. illiq̃z ꝑcipi
am vt sit dux sup̃ isrl' ⁊ sup̃ iudã. Et rñ-
dit banaias filiꝰ ioiade regi dicẽs: Amẽ
Sic loquat' dñs deꝰ dñi mei regꝫ. Quõ
fuit dñs cũ dño meo rege. sic sit cũ salo
mone et sublimius faciat soliũ eiꝰ a so-
lio dñi mei regis dauid. Descẽdit ergo
sadoch sacerdos et nathan ꝓpheta et ba
naias filius ioiade ⁊ cerethi ⁊ felethi. et
imposuerũt salomonẽ super mulã regis
dauid. ⁊ adduxerunt eũ in gion. Sum-
psitq̃z sadoch sacerdos cornu olei de ta-
bernaculo ⁊ vnxit salomonẽ. et cecinerẽt
buccina et dixit omnis ꝓpl's: Viuat rex
salomon. Et ascẽdit vniuersa multitu-
do post eum. et populus canentiũ tibijs
et letantiũ gaudio magno. et insonuit
terra a clamore eoꝝ. Audiuit aũt adoni
as et omnes qui inuitati fuerant ab eo
Jãq̃z ꝯuiuiũ finituz erat. Sed et ioab
audita voce tube ait: Quid sibi vult cla
mor ciuitatis tumultuãtis? Adhuc eo
loquẽte. ionathan filius abiathar sacer
dotis venit. Cui dixit adonias. Ingre-
dere q̃z vir fortis es et bona nũciãs. Rñ
ditq̃z ionathã adonie Neq̃q̃z. Dñs enĩ
noster rex dauid. regẽ cõstituit salomo-
nem. misitq̃z cũ eo sadoch sacerdotez et
nathan ꝓphetã et banaiã filiuz ioiade et
cerethi ⁊ felethi. et imposuerũt euz sup̃
mulã regis. Vnxerũtq̃z eũ sadoch sacer
dos et nathan ꝓpheta regẽ ĩ gion. ⁊ ascẽ-
derunt inde letãtes. et insonuit ciuitas
Hec est vox quã audistis. Sz ⁊ salomõ
sedet sup̃ soliũ regni. ⁊ ingressi serui re-
gis bñdixerẽt dño nr̃o regi dauid dicẽtes
Amplificet deos nomẽ salomonis sup̃
nomẽ tuũ. ⁊ magnificet thronũ eius su
per thronũ tuũ. Et adorauit rex ĩ lectu-
lo suo: insup̃ ⁊ hec locutꝰ ẽ: Bñdictꝰ dñs
deus isrl' q̃ dedit hodie sedentez in solio
meo videntibꝫ oculis meis. Territi sũt
ergo ⁊ surrexerũt oẽs q̃ inuitati fuerãt

ab adonia.et iuit vnuſquiſq; in viã ſuã
Adonias aũt timẽs ſalomonẽ. ſurrexit
et abiit in tabernaculũ dñi.tenuitq; cor
nu altaris. Et nũciauerũt ſalomoni di
cẽtes: Ecce adonias timẽs regẽ ſalomo
nem tenet cornu altaris dicens: Juret
mihi rex ſalomõ hodie q; nõ interficiat ſer
uũ ſuũ gladio. Dixitq; ſalomõ. Si fue
rit vir bonus.nõ cadat ne vn⁹ quidẽ ca
pillus eius in terrã.ſin autẽ malũ inuẽ
tum fuerit in eo morietr. Miſit ergo rex
ſalomon et eduxit eũ ab altari ⁊ ingreſ
ſus adorauit regẽ ſalomonẽ. Dixitq; ei
ſalomõ: Vade in domũ tuã. II

1a Appropinquauerũt aũt dies da
uid vt moreret.precepitq; salo
moni filio ſuo dicẽs: Ecce ego
ingredior viã vniuerſe terre. Cõforta
re ⁊ eſto vir fortis ⁊ obſerua vt cuſtodi
as mãdata dñi dei tui vt ambules in vi
is eius ⁊ cuſtodias cerimonias eius.⁊ p
cepta eius ⁊ iudicia et teſtimonia.ſicut
ſcriptũ ẽ in lege moyſi vt itelligas vni
uerſa q̃ facis.et quocũq; te verteris vt cõ
firmet dñs ſermones ſuos q̃s locutus
eſt ỏ me dicẽs: Si cuſtodierint filij tui
vias meas.⁊ ambulauerint corã me in
veritate.in omi corde ſuo ⁊ in omni aĩa
ſua:nõ auferet tibi vir de ſolio iſrl. Tu
q̃z noſti q̃ fecerit mihi ioab filꝰ ſaruie:q̃
fecerit duobꝰ pricipibꝰ exercitꝰ iſrael.ab
ner filio ner ⁊ amaſe filio ieth̃r q̃s occi
dit et effudit ſanguinẽ belli in pace.et po
ſuit cruorẽ belli in balthro ſuo qui erat
circa lũbos eius.⁊ in calciamẽto ſuo qỏ
erat in pedibꝰ eius. Facies g̃ iuxta ſapiẽ
tiã tuã.⁊ nõ deduces caniciẽ eius pacifi
ce ad inferos. 2a Sz ⁊ filijs bercellai gala
aditis reddes gr̃az.erũtq; comedentes
in mẽſa tua. Occurrerũt enĩ mihi q̃n fu
giebã a facie abſalõ fratris tui. Hẽs q̃z
apud te ſemei filiuz gera filij gemini de
bahurĩ:q̃ maledixit mihi maledictione
peſſima q̃n ibã ad caſtra. Sz q; deſcẽdit
mihi in occurſum cũ trãſirem iordanẽ
et iuraui ei p dñm dicẽs:nõ te interficiaz
gladio:tu noli pati eũ eſſe innoxiuz. Clr
aũt ſapiẽs es vt ſcias que facies ei:ỏdu
ceſq; canos eius cũ ſanguine ad inferos

Dormiuit igit̃ dauid cũ patribꝰ ſuis.et
ſepultus eſt in ciuitate dauid. Dies au
tem quibꝰ regnauit dauid ſup iſrl̃ quadra
ginta anni ſunt. In hebron regnauit ſe
ptez ãnis.in hieruſalem triginta tribꝰ. Sa
lomon aũt ſedit ſup thronũ dauid pr̃is
ſui.et firmatũ eſt regnũ eius nimis. Et
ingreſſus ẽ adonias filius agith ad ber
ſabee matrem ſalomonis. Que dixit ei
Pacificus ne eſt ingreſſus tuus? Qui
rñdit: Pacificus. Addiditq; : Sermo
mihi eſt ad te. Cui ait: Loquere. Et ille
Tu inquit noſti q̃ meũ erat regnum.⁊
me ꝓpoſuerat oĩs iſrl̃ ſibi in regẽ.Sz trã
latũ eſt regnũ et factũ eſt fratris mei.A
dño enĩ ꝓſtitutum eſt ei. 3a Nũc ergo peti
tionẽ vnã p̃cor a te ne cõfundas faciem
meã. Que dixit ad eũ. Loquere. Et ille
ait: Precor vt dicas ſalomoni regi (nec
q̃z enĩ negare tibi quicq̃ põt) vt det mi
hi abiſac ſunamitẽ vxorẽ Et ait berſabee
Bene ego loquar p te regi. Venit g̃ ber
ſabee ad regẽ ſalomonẽ vt loqueret ei.p
adonia. Et ſurrexit rex in occurſũ eius
adorauitq; eã.et ſedit ſup thronũ ſuũ.
Poſitusq; eſt thronus matri regis q̃ ſe
dit ad dextrã eius.dixitq; ei: Petitionẽ
vnã puulã ego deprecor a te ne cõfunda
faciẽ meaz. Et dixit ei rex. Pete mater
mea. Nec enĩ fas eſt vt auertaz faciem
tuã. Que ait. Det abiſac ſunamitẽ ado
nie fratri tuo vxor. Rñditq; rex ſalomõ
et dixit matri ſue: Quare poſtulas abi
ſac ſunamitem adonie: Poſtula ei ⁊ re
gnũ. Ipſe eſt enĩ frater me⁹ maior me
et hẽt abiathar ſacerdotẽ ⁊ ioab filium
ſaruie. Jurauit itaq; rex ſalomon p̃o
minũ dicẽs: Hec faciat mihi deus ⁊ hec
addat.q; contra aĩaz ſuã locutus ẽ adoni
as verbũ hoc. Et nunc viuit dñs qui fir
mauit me ⁊ collocauit me ſup ſolium da
uid patris mei.⁊ qui fecit mihi domũ ſi
cut locutus eſt. q; hodie occidet adoni
as. Miſitq; rex ſalomõ p manũ banaie
filij ioiade q̃ interfecit eũ ⁊ mortuus eſt
Abiathar q̃z ſacerdoti dixit rex: Vade
in anathot ad agrũ tuũ. Et quidem vir

moꝛtis es: ſz hodie te nō inꝑficiã. qꝛ poꝛ/
taſti arcã dñi dei coꝛã dauid ꝑe meo et
ſuſtinuiſti laboꝛẽ ī oĩb⁹ in q̃b laboꝛauit
ꝑ me⁹. Execit g̃ ſalomõ abiathar vt nõ
eẽt ſacẽdos dñi vt ꝑpleret ſm̃o dñi quez
locut⁹ ẽ ſup domũ hẽli ī ſylo. Uenit aũt
nũci⁹ ad ſalomonẽ q̃ ioab ꝺclinaſſet p⁹
adoniã. ⁊ p⁹ ſalomonẽ nõ ꝺeclinaſſz. Fu
git g̃ ioab ī tabnacl̃z dñi ⁊ appꝛhẽdit coꝛ/
nu altaꝛ. Nũciatũq̃ ẽ regi ſalomoni q̃
fugiſſet ioab in tabnacl̃m dñi. ⁊ eſſet iu
xta altare. Miſitq̃ ſalomõ banaiã filiuz
ioiade dicẽs: Uade inꝑfice eũ. Et ꝛenit
banaias ad tabnacl̃z dñi. ⁊ dixit ei: Hec
dic̃ ꝛex: Egꝛedere. Qui ait: Nõ egꝛedi/
aꝛ: ſz hic moꝛiaꝛ. Renunciauit banaias
regi ſm̃onẽ dicẽs: Hec locut⁹ ẽ ioab ⁊ hꝫ
locut⁹ ẽ mihi. Dixitq̃ ei ꝛex. Fac ſic̃ lo/
cutus ẽ ⁊ inꝑfice eũ ⁊ ſepeli. ⁊ amoueb ſã
guinẽ inocẽtẽ q̃ effuſuſ ẽ a ioab a me ⁊ a
domo ꝑis mei. ⁊ reddet dñs ſanguinez
ei⁹ ſup caput ei⁹: qꝛ inꝑfecit duos viros
iuſtos melioꝛeſq̃ ſe. ⁊ occidit eoſ gladio
ꝑe meo dauid ig̃ꝛãte. abner filium ner
ꝑncipẽ militie iſꝛl. ⁊ amaſaz filiũ ietheꝛ
ꝑncipẽ exeꝛcit⁹ iuda. Et ꝛeũteꝛ ſanguis
illoꝛ ī caput ioab ⁊ ī caput ſemĩs ei⁹ in
ſempiteꝛnũ. dauid aũt ⁊ ſemĩ ei⁹ ⁊ domui
⁊ thꝛono illi⁹ ſit paꝛ vſq̃ in eteꝛnũ a dño.
Aſcẽdit itaq̃ banaias filꝫ ioiade. ⁊ ag/
greſſus eũ inꝑfecit. ſepultusq̃ ẽ in domo
ſua ī deſto. Et ꝓſtituit ꝛex banaiã filiuz
ioiade ꝓ eo ſup exeꝛcitũ ⁊ ſadoch ſacdo/
tẽ poſuit ꝓ abiathar. Miſit q̃z ꝛex ⁊ voca
uit ſemei. dixitq̃ ei: Edifica tibi domuz
in hieꝛl̃m. ⁊ habita ibi. Et nõ egꝛedieꝛ
inde huc atq̃ illuc. Quacũq̃ autẽ die e/
greſſus fueꝛ⁹ ⁊ tꝛãſieꝛis toꝛꝛẽtẽ cedron.
ſcito te inꝑficiẽdũ. Sãguis tu⁹ erit ſup
caput tuuz. Dixitq̃ ſemei regi: Bonus
ſm̃o: ſic̃ locut⁹ ẽ dñs me⁹ ꝛex: ſic faci/
et ſu⁹ tuus. Habitauit itaq̃ ſemei ī hie
ꝛl̃m diebꝫ multꝫ. Fc̃m eſt aũt poſt ãnos
tꝛes vt fugeꝛẽt ſui ſemei ad achis filiũ
maacha ꝛegẽ geth. Nũciatũq̃ eſt ſemei
q̃ ſui ei⁹ eſſent ī geth. Et ſuꝛꝛexit ſemei
⁊ ſtꝛauit aſinũ ſuũ. iuitq̃ ad achiſ ī geth
ad requiꝛẽdũz ſuos ſuos. ⁊ adduxit eoſ
de geth. Nũciatũ eſt aũt ꝛegi ſalomõi q̃
eſſet ſemei in geth de hieꝛl̃m. ⁊ ꝛediſſet.
Et mittẽs vocauit eũ. dixitq̃ illi: Nõne
teſtificat⁹ ſuꝫ tibi ꝓ dñm. ⁊ ꝓdixi tibi. q̃/
cunq̃ die egreſſus fueꝛiſ huc ⁊ illuc: ſci
to te eſſe moꝛituꝛ. Et ꝛndiſti mihi: Bo
nus ſm̃o quẽ audiui. Quare g̃ non cu/
ſtodiſti iuſiuꝛãdũ dñi ⁊ ꝑceptũ q̃ ꝓ ꝑce/
peꝛã tibi? Dixitq̃ ꝛex ad ſemei. Tu no/
ſti oẽ malũ cui⁹ tibi ꝓſciũ ẽ coꝛ tuũ q̃ ſe
ciſti dauid ꝑi meo: Reddidit dñs ma/
litiã tuã ī caput tuũ ⁊ ꝛex ſalomõ bñdi/
ctus. ⁊ thꝛonus dauid eꝛit ſtabilis coꝛã
dño vſq̃ ī ſempiteꝛnũ. Juſſit itaq̃ ꝛex ba
naie filio ioiade q̃ aggreſſus ꝑcuſſit eũ ⁊

Onfirmatũ ẽ /moꝛtu⁹ ẽ III

Cigit̃ ꝛegnũ ī manu ſalomõis. ⁊
affinitate ꝓiũct⁹ eſt pharaõi ꝛe/
gi egypti. Accepit nãq̃ filiã ei⁹. ⁊ addu/
xit ī ciuitatẽ dauid donec cõpleret e/
dificãſ domũ ſuã ⁊ domũ dñi ⁊ muꝛum hie
ruſalẽ ꝑ circũituz. Uerũ ꝑpls ĩmolabat ī
excelſis. Nõ ei edificatũ erat tẽpluz noĩ
dñi vſq̃ ī diẽ illã. Dilexit aũt ſalomõ do
minũ ãbulãs ī ꝑceptꝫ dauid ꝑris ſui. ex/
cepto q̃ ī excelſis ĩmolabat. ⁊ accẽdebat
thymiama. Abiit itaq̃ ſalomõ in gaba/
on vt ĩmolaret ibi. Illõ quippe erat ex/
celſuz maximũ. Mille hoſtias ī holocau
ſtũ obtulit ſalomõ ſup altare illud ī ga/
baõ. Apparuit aũt dñs ſalomõi ꝑ ſom/
niũ nocte dicẽs: Poſtula q̃ vis vt dem
tibi. Et ait ſalomon. Tu feciſti cuz ſuo
tuo dauid ꝑe meo mĩam magnã. ſicut
ambulauit in ꝓſpectu tuo in veꝛitate ⁊ iu
ſticia ⁊ recto coꝛde tecum. Cuſtodiſti ei
mĩam tuã grãdẽ. ⁊ dediſti ei filiũ ſedẽtẽ
ſup thꝛonũ ſic̃ eſt hodie. Et nũc dñe de⁹
tu regꝛe feciſti ſuum tuuz ꝑ dauid ꝑe
meo. Ego autẽ ſuz puer puul⁹ ⁊ ig̃ꝛans
egreſſuz ⁊ introitũ meuz. ⁊ ſuus tu⁹ in
medio eſt ꝑpl̃i quẽ elegiſti: ꝑpl̃i infiniti
qui enũeꝛari ⁊ ſupꝑoꝛtari nõ põt ꝓ ml̃ti
tudie. Dab̃ g̃ ſuo tuo coꝛ docile vt ꝑpl̃z
tuũ iudicare poſſit ⁊ diſcꝛneꝛe inteꝛ bo
nuz ⁊ maluz. Quis enĩ põt iudicare po/
pulũ iſtũ. ꝑpl̃m tuuz hũc multũ? Pla/
cuit ergo ſeꝛmo coꝛã dño q̃ ſalomõ po/

stulasset huiuscemodi rem. Et dixit do-
minus salomoni: Quia postulasti verbū
hoc. ⁊ nō petisti tibi dies multos. nec diui
tias aut aīas inimicorum tuorum: sz postula-
sti tibi sapiam ad discernēdū iudiciū: ec
ce feci tibi sm̄ sm̄ones tuos. Et dedi ti-
bi cor sapiēs ⁊ intelligens intm̄ vt nul-
lus añ te simil' tui fuerit nec post te sur-
recturus sit. Sed ⁊ hoc q̄ nō postulasti de-
di tibi diuitias. scz ⁊ gl'iam vt nemo fue
rit similis tui in regibus cūctis retro die
bus. Si aūt ambulauerit in vijs meis
⁊ custodieris p̄cepta mea ⁊ mādata mea
sic ambulauit pr̄ tuus. longos faciā dies
tuos. Igit' euigilauit salomon. ⁊ intel-
lexit q̄ esset somniū. Cūq̄ venisset hie-
rusalē. stetit corā arca federis dñi. ⁊ ob-
tulit holocausta. ⁊ fecit victimas pacifi-
cas ⁊ grāde ꝯuiuiū vniuersis famulis
suis. Tūc venerūt due mulieres mere-
trices ad regē. steterūtq̄ corā eo. Quarum
vna ait: Obsecro mi dñe: Ego ⁊ mulier
hoc habitabamus in domo vna ⁊ pepi apud
eā ī cubiculo. Tertia aūt die postq̄ ego
pepi. pepit ⁊ hec. Et eramus simul. nullus
q̄ alius nobiscū in domo exceptis nobis
duabus. Mortuus est aūt filius mulieris huius
nocte. Dormiēs quippe oppressit eū. Et
cōsurgēs in tempeste noctis silētio: tulit
filiū meū de latere meo ancille tue dor-
mientis. ⁊ collocauit in sinu suo: suū aūt
filiū qui erat mortuus posuit in sinu meo
Cunq̄ surrexissem mane. vt darē lac fi-
lio meo: apparuit mortuus. Quē diligen
tius intuēs clara luce dep̄hendi non esse
meū quē genuerā. Ruditq̄ alt'a muli-
er: Nō est ita vt dicis. sz filius tuus mor-
tuus est: meus aūt viuit. Econtrario illa
dicebat. Mentiris. Filius quippe meus vi
uit. ⁊ filius tuus mortuus est. Atq̄ in hūc
modū ꝯtēdebāt corā rege. Tunc rex ait
Hec dicit: Filius meus viuit ⁊ filius tuus
mortuus est. Et ista rñdit. Nō sz filius tuus
mortuus est. meus aūt viuit. Dixit g̊ rex
Afferte mihi gladiū. Cunq̄ attulissent
gladiū corā rege: diuidite inq̄t infantez
viuū in duas ptes. ⁊ date dimidiā ptez
vni ⁊ dimidiā ptē alteri. Dixit aūt muli
er cuius filius erat viuus ad regē (com-
mota sunt quippe viscera eius. sup filio
suo) Obsecro dñe. date illi īfantē viuū
⁊ nolite interficere eū. Ecōtrario illa di
cebat: Nec mihi nec tibi sit. sz diuidat'.
Rñdit rex ⁊ ait: Date huic infantez vi-
uū ⁊ nō occcidat'. Hec ē aūt mr̄ eius. Au-
diuit itaq̄ oīs isrl' iudiciū q̄d iudicasset
rex. ⁊ timuerūt regez videtēs sapiam dī
esse in eo ad faciendum iudiciū. IIII

Erat aūt rex salomō regnās su-
per oēm isrl'. ⁊ hi p̄ncipes q̄s hē
bat. Açarias filius sadoch sacdotis
helioreph ⁊ ahia filij sesa scribe. Josa-
phat filius ahilud acōmētarijs. Banaias
filius ioiade sup exercitū: Sadoch aūt ⁊
abiathar sacdotes. açarias filius nathā
sup eos q̄ assistebāt regi. Sabud filius
nathā sacdos amicus regis ⁊ ahisa p̄positus
domus. ⁊ adonirā filius abda sup tributa
Habebat aūt salomō duodecī p̄fectos
sup oēm isrl' qui p̄bebāt annonā regi et
domui eius. Per singulos eī mēses in
anno. singuli nccā mīstrabāt. Et hoc noīa
eorum: Benhur in mōte effraī. Bēdechar
in macces ⁊ ī salebim ⁊ in bethsames ⁊ ī
helō ⁊ ī bethanā. Benesed ī araboth. Ip
sius eī erat socho: ⁊ omīs t'ra ephr. Be-
nab in adab cuius oīs nephador: thaphet
filiā salomōis hēbat vxorē. Bana filius
ahilud regebat tanach ⁊ mageddo ⁊ vni-
uersaz bethsan q̄ est iuxta sarthana subt'
ieçrahel a bethsan vsq̄ abelmeula e re-
gione iecmaan. Bengaber ī ramoth ga-
laad hēbat auothiair filij manasse in ga
laad. Ipse erat in oī regiōe argob q̄ est
in basan sexagīta ciuitatibus magnis atq̄
muratis q̄ hēbāt seras ereas. Abinadab
filius addo p̄erat in manaim. Achima-
as in neptalim. Sed ⁊ ipse hēbat base-
math filiā salomonis in ꝯiugio. Baana
filius husi ī aser ⁊ in baloth. Josaphat fi-
lius pharue in ysachar. Semei filius
hela in beniamī. Gaber filius suri in ter-
ra galaad. ⁊ in t'ra seon regis āmorrei et
og regis basan sup oīa q̄ erāt ī illa terra
Juda ⁊ isrl' innūerabiles sic arena ma-
in area triticū Igit̄ cū veniret dauid ad
hornā ꝯspexit eū hornan. et ꝓcessit ei ob
uiā de area ⁊ adorauit eū ꝓnus in terrā.
Dixitq̄z ei dauid Da mihi locū aree tue
vt edificē ī ea altare dño. ita vt q̄ntū vz
argēti accipias: ⁊ cesset plaga a ꝑpl'o. Di
xit aūt hornan ad dauid. Tolle et faciat
dñs me⁹ rex qd̄cūq̄z ei placet. Sz et bo
ues do in holocaustū. ⁊ tribulas in ligna
et triticū ī sacrificiū: oīa libēs p̄beo. Di
xitq̄z ei rex dauid Neq̄q̄z ita fiet: sed argē
tū dabo quantū valet. Neq̄z. n. tibi au
ferre debeo et sic offerre dño holocausta
gratuita. Dedit g̃ dauid hornā ꝓ loco si
clos auri iustissimi pōderis sexcentos: ⁊
edificauit ibi altare dño: obtulitq̄z holo
causta ⁊ pacifica: et inuocauit deū. et ex
audiuit eū in igne de celo sup altare ho
locasti. Precepitq̄z dñs angelo. ⁊ cōuer
tit gladiū suū in vaginā. Protin⁹ g̃ da
uid vidēs q̄ exaudisset eū dñs ī area hor
nan iebusei. īmolauit ibi victimas. Ta
bernaculū aūt dñi qd̄ fecerat moyses in
deserto ⁊ altare holocaustoꝝ ea tēpestate
erat in excelso gabaon: et nō p̄ualuit da
uid ire ad altare vt ibi obsecraret deum
Nimio. n. fuerat timore ꝑterrit⁹: vidēs
gladiū angeli dñi.

XXII

Dixitq̄z dauid. Hec est dom⁹ dei
et hoc altare in holocaustū isrl'.
Et p̄cepit vt ꝯgregarent̄ oēs ꝓ
seliti de terra isrl' ⁊ constituit ex eis lato
mos od cedendos lapides et poliendos
vt edificaret̄ domus dei. Ferrū q̄z pluri
mū ad clauos ianuarū ⁊ ad cōmissuras
atq̄z iūcturas p̄parauit dauid. ⁊ eris pō
dus īnumerabile. Ligna q̄z cedrina nō
poterāt estimari: q̄ sidonij et tyrij depor
tauerūt ad dauid. Et dixit dauid: Salo
mon filius me⁹ puer ꝑuulus est et deli
cat⁹. Dom⁹ aūt quā edificare volo dño
tal' esse debet vt in cūctis regionib⁹ noīe
tur. Preparabo g̃ ei necessaria. Et ob hāc
cām ante mortē suā oēs p̄parauit impē
sas: Vocauitq̄z salomonē filiū suū. et p̄
cepit ei vt edificaret domū dño deo isrl'.
Dixitq̄z dauid ad salomonē. Fili mi vo
lūtatis mee fuit vt edificarē domuz noī
dñi dei mei: sed factus est sermo dñi ad
me dicēs: Multū sanguinez effudisti et
plurima bella bellasti: nō poteris edifica
re domū noī meo: tāto effuso sanguine
coraz me. Filius qui nascet̄ tibi: erit vir
quietissim⁹. Faciā. n. euz requiescere ab
omīb⁹ inimicꝫ suis. ꝑ circūitū et ob hāc
cām pacificus vocabit̄. et pacē ⁊ ociū da
bo in isrl' cūctis dieb⁹ ei⁹. Ipe edificabit
domū noī meo ⁊ ipe erit mihi in filiū et
ego ero illi in patrē firmaboq̄z solium re
gni eius sup isrl' in eternū Nūc g̃ fili mi
sit dñs tecū ⁊ ꝓsperare. et edifica domū
dño deo tuo: sicut locutus est de te Det
q̄z tibi dñs prudentiā et sensuz: vt rege
re possis israel. et custodire legez dñi dei
tui. Tūc. n. ꝓficere poteris: si custodieris
mādata et iudicia que p̄cepit dñs moy
si vt doceret isrl'. Cōfortare ⁊ virilit̄ age
ne timeas neq̄z paueas: Ecce ego ī pau
ꝑtaticula mea p̄paraui impēsas domus
dñi auri talēta centū milia: ⁊ argēti mil
le milia talētoꝝ eris vero et ferri nō est
pōdus: vincit̄. n. numer⁹ magnitudine
Ligna ⁊ lapides p̄paraui ad vniūsa im
pendia. Habes q̄z plurimos artifices. la
tomos ⁊ cemētarios artificesq̄z lignorū
et oīm artiū ad faciendū opus. pruden
tissimos. in auro et argēto. in ere et fer
ro. cui⁹ nō est numerus. Surge igitur
et fac: et erit dñs tecū. Precepit q̄z da

uid cūctis pncipibꝫ iſrł. vt adiuuarent
ſalomonē filium filium. cernitis inqui/
ens ꝙ dñs deus vr vobiſcū ſit. ⁊ dederit
vobis requiē p circuitū ⁊ tradiderit oēs
inimicos vros in manꝰ vras. ⁊ ſubiecta
ſit terra coꝝ dño ⁊ coꝝ ppło eius. Ite
bete igiꝯ coꝝda vra ⁊ aīas vras. vt q̄ratis
dñm deū vestrū: ⁊ cōſurgite et edificate
ſcūariuꝫ dño deo. vt introducaꝯ arca fe/
deris et vaſa dño ꝓſecrata in domū que
edificatur nomini dñi. XXIII

IGitur dauid ſenex et plenꝰ die
rum regē cōſtituit ſalomonē fi
lium ſuū ſup iſrael. ⁊ ꝯgregauit
oēs pncipes iſrł: et ſacerdotes atqꝫ leui/
tas. Numeratiqꝫ ſunt leuite a viginti ā
nis et ſupra. ⁊ inuēti ſunt trigintaocto
milia virorū. Ex his electi ſunt ⁊ diſtri
buti in miſteriū domꝰ dñi. vigintiquat
tuor milia: ꝓpoſitoꝝ aūt et iudicū ſex mi
lia. Quorū quattuor milia ianitores et
totidē pſaltes canētes dño in organis
q̄ fecerat ad canēdū: ⁊ diſtribuit eos da
uid p vices filioꝝ leui gerſon videlicet
et caath ⁊ merari. Filij gerſon. leedā et
ſemei. Filij leedan pncipes: iehiſxl et
ꝯthā ⁊ ioxel tres. Filij ſemei: ſalomith
et oꝛiſxel ⁊ aran tres. Iſti pncipes fami
liarū leedā. Quorū filij ſemei. leeth ⁊ çi
ça et iaus ⁊ baria. Iſti filij ſemei q̄ttuor
Erat aūt leeth pmor. çiça ſcōus. Quorū
iaus et baria. nō habuerunt plurimos
filios. ⁊ idcirco in vna familia vnaqꝫ do
mo cōputati ſunt. Filij caath: amrā et
yſaar hxbron ⁊ oꝛiſxel quattuor. Filij am
ram. aarō et moyſes. Segregatuſqꝫ eſt aa
ron vt miniſtraret in ſcā ſcōꝝ. ipe ⁊ filij
eius in ſempiternū. et adoleret incēſuꝫ
dño ſm ritū ſuū: ac bñdiceret noī eiꝰ in
ppetuū. Moyſi q̄ꝫ hoīs dei filij ānume/
rati ſunt in tribu leui. Filij moyſi: ger/
ſan et elieçer: Filij gerſan: ſubuxel pmꝰ
Fuerūt aūt filij elieçer. roobia pmꝰ: et
nō erant elieçer filij alij. Quorū filij ro/
obia mltiplicati ſunt nimis. Filij yſaar
ſalomith pmus. Filij hxbrō: ieriau pri
mus. amarias ſecundus iaçiſxel tertius
iexcmaā quartus. Filij oꝛiſxel: micha pri
mus. ieſia ſecūdus. Filij merari: mooli
et muſi. Filij mooli: eleaçar et cis. Quor
tuus eſt aūt eleaçar. et nō habuit filios
ſed filias: acceperūtqꝫ eas filij cis frēs ea
rum. Filij muſi mooli et eder et hieri/
muth tres. Hi filij leui in cognatiōibꝫ
et familijs ſuis: pncipes p vices et nu
merū capitū ſinguloꝝ: qui faciebāt opa
miſterij domus dñi a viginti ānis ⁊ ſur/
ſum. Dixit. n. dauid. Requiez dedit dñs
deus iſrł ppło ſuo ⁊ habitatōnez hierlm
vſqꝫ in eternū nec erit officij leuitarus
vt vltra portent tabernaculuꝫ ⁊ oīa va/
ſa eius ad miniſtrādū. Iuxta pcepta q̄ꝫ
dauid nouiſſima ſupputabiꝫ numerus
filioꝝ leui. a viginti ānis et ſuꝑ. et erūt
ſub manu filioꝝ aaron in cultuꝫ domus
dñi in veſtibulis et in exedris et in loco
purificatōis et in ſanctuario et in vnc/
ſis opibꝫ miniſterij tēpli dñi: Sacerdo
tes aūt ſup panes ꝓpoſitōis et ad ſimi/
le ſacrificiū et ad lagana ⁊ açyma et ſar/
taginē et ad torrendū et ſup omne pon
dus atqꝫ menſurā. Leuite vero vt ſtent
mane ad cōfitendū et canendū dño: ſi/
militerqꝫ ad veſperā tam in oblationes
holocauſtoꝝ dñi q̄ꝫ in ſabbatis et kalē/
dis et ſollēnitatibus reliquis. iuxta nu
merū ⁊ cerimonias vniuſcuiuſqꝫ rei iu
giter coꝝ dño: et cuſtodiāt obſeruatōes
tabernaculi federis. ⁊ ritū ſcūarij. et obſ/
ſeruationē filioꝝ aaron fratrū ſuoꝝ. vt
miniſtrēt in domo domini. XXIIII

Quorū filijs aaron hx partitiōes
erant. Filij aaron. nadab et abi/
iu et eleaçar ⁊ ythamar: moꝛtui
ſunt autē nadab et abiu ante patrē ſuū
abſqꝫ liberis: ſacerdotioqꝫ functuſ ē elea
çar et ythamar. Et diuiſit eos dauid. i.
ſadoch de filijs eleaçari. ⁊ achimelech de
filijs ythamar ſm vices ſuas ⁊ miniſte
riū inuētiqꝫ ſunt multo plures filij elea
çar in pncipibꝫ viris. q̄ꝫ filij ythamar.
Diuiſit aūt eis ſ̄ eſt filijs eleaçar pnci/
cipes per familias ſedecim. et filijs ytha
mar p filias ⁊ domos ſuas octo. Quorū
diuiſit vtraſqꝫ inter ſe et familias ſoꝛti/
bus: Erāt enī pncipes ſcūarij ⁊ pncu

cipes domus dei: tam de filijs eleaçar q̃ d̃ filijs ythamar Descripsitq; eos seme ias filius nathanael scriba leuites. corã rege et principib; et sadoch sacerdote ⁊ ahimelech filio abiathar. pricipib; q̃z fa miliarũ sacerdotaliũ et leuitarũ vnã do mum q̃ ceteris p̃erat. eleaçar. ⁊ alteram domũ que sub se habebat ceteros. ytha mar. Exiuit aũt sors prima ioiarib. secũ da iedeie. tertia harim: q̃rta seorim. q̃n ta melchia. sexta maimna. septĩa acchos octaua abia. nona iesu. decima sechenia vndecima eliasib. duodecima iacim: tre decima hoppha. decimaquarta isbaal. de cimaquĩta belga. d̃cimasexta emmer. de cimaseptima eçir. d̃cimaoctaua aphses d̃cimanona aphxceia. vicesima eçechiel vicesimaprima iachin: vicesima secũda gamul. vicesimatertia dilaiau vicesima quarta maçiau. He vices eoꝝ ſm mini steria sua vt ingrediant̃ domũ dei. et iu xta ritũ suũ sub manu aaron p̃ris eorũ: sicut p̃cepat dñs deus isrl̃. Porro filioꝝ leui q̃ reliqui fuerãt de filijs amrã. erat subuhel. et de filijs subuhel iedeia. De fi lijs q̃z roobie. princeps iesias. ysaaris vero filius salemoth. filiusq; salemoth. ianadiath. filiusq; ei⁹ ieriau prim⁹. ama rias secũdus iaçihel tertius. iethmoam quartus. Filius oçihel: micha. filius mi cha. samir Frater micha: iesia. filiusq; ie sie: çacharias. Filij merari: mooli ⁊ mu si. Filius osiau: bẽnon. filius q̃z merari: oçiau et soem et sachur ⁊ hebri. Porro mooli filius eleaçar: qui non habebat li beros. Filius vero cis. hieramihel. Filij musi. mooli eder et hierimoth Isti filij leui ſm domos familiarũ suarũ. Mise runtq; et ip̃i sortes ꝯtra fratres suos. fi lios aaron corã dauid rege et sadoch et ahimelech et principib; familiaꝝ sacer dotalium et leuiticarum tam maiores q̃ minores oẽs sors eq̃liter diuidebat.

XXV

Igitur dauid et ma gistratus exercitus segregauerẽt in ministeriũ filios asaph. et he mã et ydithun: qui ꝓphetarẽt in cithar⁹ et psalterijs ⁊ cymbalis ſm numerũ su um dedicato sibi officio seruiẽtes. De fi lijs asaph çachur. et ioseph. ⁊ nathania et asarela. filij asaph sub manu asaph ꝓ phetãtes iuxta regẽ. Porro ydithun fi lij ydithun. godolias. sori. ieseias. ⁊ sabi as. et mathathias. sex sub manu patris sui ydithun: qui in cithara ꝓphetabat su per cõfitẽtes et laudãtes dñm. Hemaꝫ q̃z filij hemã. bocciau. mathamũ. oçihel: subuhel et hierimoth. ananias. anani. eliatha. geldelthi et romethieçer et ies baccasa. mellothi othir. moçioth. Oẽs isti filij hemã vidẽtis regis in sermoni bus dei vt exaltaret cornu Diditq; deus hemam filios q̃ttuordecim ⁊ filias tres Uniuersi sub manu patris sui ad cantã dum in tẽplo dñi distributi erãt in cym balis et p salterijs et citharis in miste ria dom⁹ dñi iuxta regẽ: asaph videlicet et ydithun et hemã. Fuit aũt numerus eoꝝ cũ frib; suis q̃ erudiebant cãticum dñi cũcti doctores ducẽti octogintaocto Miserũtq; sortes p vices suas ex equo. tam maior q̃z minor: doctus parit̃ ⁊ ĩ do ctus. Egressaq; ẽ sors prima ioseph qui erat de asaph. secunda godolie ip̃i ⁊ filijs eius et frib; eius duodecĩ. tertia çachur filijs et frib; eius duodecĩ. quarta ysari filijs et frib; eius duodecim. quinta na thanie filijs ⁊ fratrib; ei⁹ duodecĩ. sexta bocciau filijs et fratribus ei⁹ duodecim septima israhela filijs et frib; ei⁹ duode cim. octaua esaie filijs et frib; eius duo decim. nona mathanie filijs et fratrib; eius duodecim. decima semeie filijs et fratrib; eius duodecim. vndecima esra hel filijs et frib; eius duodecim. duode cima asabie filijs et frib; ei⁹ duodecim. tertiadecima subuhel filijs et frib; eius duodecim. q̃rtadecima mathathie fili is ⁊ fratrib; ei⁹ duodecim. quĩtadecima hierimoth filijs ⁊ frib; eius duodecim sextadecima ananie filijs ⁊ fratrib; eius duodecim. septimadecima iesboccase fi lijs et fratrib; ei⁹ duodecim. octauade cima anani filijs et fratrib; ei⁹ duodecĩ nonadecima mellothi filijs ⁊ frĩbus ei⁹ duodecim. vicesima eliatha filijs et fra

tribus eius duodecim. vicesimaprima
othir filijs et fratribus eius duodecim
vicesimasecunda goddolathi filijs ⁊ fra
tribus eius duodecim. vicesimatertia
açiud filijs et fratribus eius duodecim
vicesimaquarta romethieçer filijs ⁊ fra
tribus eius duodecim. XXVI

Diuisiones aũt ianitorũ de cho-
rit; mesellemia filius chore. de
filijs asaph filij mesellemie: ça-
charias primogenitus. iadihel secũdus
çabadias tertius. iathanael quart⁹. abi
lam quintus. iohãnan sextus. elioenai
septimus. Filij aũt obededom: semeias
primogenitus. ioçabad secũdus. iohaa
tertius. sachar quartus. nathanael quĩ
tus. amihel sext⁹. ysachar septim⁹. phol-
lathi octau⁹: qꝛ benedixit illi dñs. Se-
meie aũt filio eius nati sunt filij p̃fecti
familiaꝝ suaꝝ: erãt. n. filij fortissimi. Fi
lij ḡ semeie othin et raphael et obediel.
sabad et fratres ei⁹ viri fortissimi. heliu
q̃z et samathias. Oẽs hi de filijs obede-
dom ip̃i et filij et fratres eorũ fortissimi
ad ministrandũ sexagintaduo de obede-
dom. Porro mesellamie filij et frẽs eo-
rũ robustissimi decẽ et octo. De hosa au
tem. i. de filijs merari. semri princeps.
Nõ. n. habuerat primogenitũ. ⁊ idcirco
posuerat eũ pater eius in principez. hel-
chias secũdus. tabelias tertius. çachari
as quartus. Oẽs hi filij et frẽs hosa tre
decim. Hi diuisi sũt ĩ ianitores: vt sem-
per principes custodiarũ sicut et frẽs eo
rum mĩstrarẽt in domo dñi: Misse sunt
ergo sortes ex equo. et paruis ⁊ magnis
ꝑ familias suas in vnãquãq̃z portaꝝ Ce
cidit ḡ sors oriẽtalis selemie. Porro ça-
charie filio eius viro prudentissimo et
erudito sortito obtigit plaga septẽtrio-
nalis. Obededom vero et filijs eius ad
austrũ. in qua ꝑte domus erat seniorũ
ꝯciliũ: sephphima et hosa ad occidẽtem
iuxta portã que ducit ad viaz ascẽsionis
custodia contra custodiã. Ad orientẽ ve
ro leuite sex. et ad aquilonẽ quattuor ꝑ
diez: atq̃z ad meridiẽ similiter in die q̃t-
tuor: et vbi erat cõciliũ bini et bini. In
cellulis q̃z ianitorũ ad occidentẽ q̃ttuor
in via: biniq̃z ꝑ cellulas. Ad septẽtrionẽ
vero et meridiez. quaterni ꝑ dies singu
los mutabant̃. et ad basilicã ꝯcilij ad oc
cidentẽ bini: habentes subiectos alios
in via: biniq̃z ꝑ cellulas. He sunt diuisio
nes ianitorũ filiorum chore et merari.
Porro achias erat sup̃ thesauros dom⁹
dñi. ⁊ vasa sanctoꝝ. Filij q̃z dan filij ger
sonni. De ledan principes familiaꝝ: le-
dan et gersonni ieiheli. Filij ieiheli: ça-
than et iohel fratres eius sup̃ thesauros
domus dñi amramitis et ysaaritis ⁊ he-
bronitis et oçihelitis. Subuhel aũt fili
us gersan filij moysi p̃positus thesauris
frater q̃z eius elieçer cuius filius raabia
et huius filius esaias et huius filius io
rã. huius q̃z filius çechri. ⁊ huius filius
selemith. Ip̃e selemith et fratres eius
sup̃ thesauros sanctoꝝ que sanctificauit
dauid rex. et principes familiarũ ⁊ tribu
ni et centuriones ⁊ duces exercitus. de
bellis et manubijs preliorũ que ꝯsecra-
uerant ad instaurationẽ et suppellecti-
lem tẽpli dñi: Hec aũt vniu̇sa sanctifi-
cauit samuel vidẽs et saul filius cis. et
abner filius ner. ⁊ ioab filius saruie: om
nesq̃z sanctificauerãt ea ꝑ manum sale-
mith et fratrũ eius. ysaaritis vero pre-
erat chonenias et filij eius ad opa forin
secus sup̃ isrl̃. ad docendũ et iudicãdum
eos. Porro d̃ hebronitis asabias ⁊ frẽs
eius viri fortissimi mille septingẽti pre
erant israeli. trans iordanẽ ꝯtra occidẽ-
tem: in cũctis opib⁹ dñi et in ministeri-
um regis. Hebronitarũ aũt prĩceps fu
it ieria: ſm familias et cognatões eorũ
Quadragesimo ãno regni dauid recẽsi
ti sũt et inuẽti sũt viri fortissimi ĩ gaçer
galaad fratresq̃z eius robustioris etatis
duo milia septingẽti principes familiaꝝ
Preposuit aũt eos dauid rex rubenitis
et gadditis et dimidie tribui manasse:
in oẽ mĩsteriũ dei et regis. XXVII

Filij aũt isrl̃ ſm numeꝝ suũ p̃n
cipes familiarũ. tribuni. ⁊ cẽtu-
riones ⁊ p̃fecti q̃ ministrabant
regi iuxta turmas suas. ingrediẽtes et

egredientes p singulos mēses in anno vigintiq̄ttuor milibꝫ singuli p̄erāt. Pri/me turme in primo mēse ieſboam p̄e/erat filiꝰ ẜabdiel:et ſub eo vigintiquat tuor milia. De filijs phares. princeps cunctorū principū in exercitu mēſe pri/mo. Secūdi menſis habebat turmā du diaohites.et poſt ſe alter nomīe macel/loth qui regebat partem exercitus vi/gintiquattuor miliū. Dux q̄z turme ter tie in mēſe tertio erat banaias filius io iade ſacerdotis. ⁊ in diuiſione ſua vigī tiquattuor milia: Ipe ē banaias fortiſſi mus inter triginta ⁊ ſup triginta. Pre erat autē turme ipius amiẜadab filius eius. Quartus mēſe q̄rto aſahel frater ioab.⁊ ẜabedias filius eius poſt eū.et in turma eiꝰ vigintiquattuor milia. Quī tus mēſe quinto princeps ſamaoth ie/ẜerites:et in turma eius vigintiq̄ttuor milia. Sextus mēſe ſexto hira filius ac ces thecuites.et in turma eius viginti/q̄ttuor milia. Septimꝰ menſe ſeptimo helles phallonites de filijs effraim et in turma eiꝰ vigītiquattuor milia. Octa/uus mēſe octauo ſobochai vſathites de ſtirpe ẜarai.et in turma eius viginq̄ttu or milia. Nonꝰ mēſe nono abieẜer ana/thothites de filijs gemin. et in turma eiꝰ vigintiquattuor milia. Decimus mēſe decimo maraī et ipſe nethophatites de ſtirpe ẜarai: et in turma eius vigintiq̄t/tuor milia. Undecimus menſe vndeci mo banaias pharathonites ó filijs ephra im:et in turma eius vigintiq̄ttuor mi/lia. Duodecimus mēſe duodecimo hol dai nethophatites de ſtirpe gothoniel.et in turma eius vigintiquattuor milia. Porro tribubꝫ p̄erāt in iſrl.rubēitꝫ dux eliezer filius ẜechri ſymeonitis: dux ſa/phacias filius macha.leuitis:aſabias fi lius chamuel.aaronitꝫ.ſadoch.iuda:he/liu frater dauid.yſachar:amri filius mi chahel.ẜabulonitis:ieſmaias filiꝰ abdie neptalitibꝫ:hieremoth filiꝰ oẜiel.filijs ephraim:oſee filius oẜaẜiu dimidie tri/bui manaſſe:ioel filius phadaie.et di/midie tribui manaſſe in galaad:iaddo fi liuſ ẜacharie.bēiamin aūt iaſiel filius abner.dan vero eẜriel filiꝰ ieroam. Hi principes filiorū iſrl. Noluit autē dauid numerare eos a viginti ānis inferius: q2 dixerat dñs vt multiplicaret iſrael q̄ ſi ſtellas celi. Ioab filius ſaruie ceperat numerare nec opleuit q2 ſup hoc ira dei irruerat in iſrl.et idcirco numerus eo2 qui fuerant recenſiti non eſt relatus in faſtos regis dauid. Sup theſauros au tem regis fuit aſmoth filiꝰ adiel. His autem theſauris qui erāt in vrbibꝫ ⁊ in vicis et in turribꝫ p̄eſidebat ionathan filius oẜie. Operi autē ruſtico et agrico lis qui exercebāt terram p̄erat eẜri fili us chelub. vinearūq̄z cultoribꝫ ſemeias romathites cellis autem vinariis ẜab/dias aphonites. Nam ſup oliueta et fi/ceta que erāt in campeſtribus.balanan gederithes. ſup apothecas autem olei: ioas. Porro armentis que paſcebāt ur in ſarona p̄epoſitus fuit ſethrai ſaroni tes.et ſuper boues in vallibus ſaphat fi lius adli. ſuper camelos vero obil hiſma elites.et ſup aſinos. iadias meronathi tes. ſuper oues q̄z iaẜim agarenus. Om nes hi principes ſubſtantie regis dauid Jonathan autem patruus dauid con/ſiliarius vir prudens et literatus. ipe ⁊ iadihel filius achamoni erāt cum filijs regis. Achitophel etiā p̄ſiliarius regis et chuſi architeꝰ amicꝰ regis. Poſt achi tophel fuit ioiada filius banaie et abia thar. Princeps autem exercitus regis erat ioab.

XXVIII

Conuocauit igiꝰ dauid oēs p̄n cipes iſrl. duces tribuū et p̄poſi tos turmarū q̄ miſtrabāt regi:tri bunos q̄z ⁊ cēturiones ⁊ q̄ p̄erāt ſubſtā/tie ⁊ poſſeſſiōibꝫ regis:filioſq̄z ſuos cum eunuchis.⁊ potētes ⁊ robuſtiſſimos q̄ſ/q̄z in exercitu hierl'm. Cumq̄z ſurreriſſet rex et ſtetiſſet.⁊ ait: Audite me frēs mei ⁊ pp̄ls meus: Cogitaui vt edificarē domū in q̄ req̄eſceret arca federis dñi ⁊ ſcabellū pedū dñi dei nr̄i:⁊ ad edificādū oīa p̄pa/raui: deꝰ aūt dixit mihi:nō edificabs domū noī meo:eo q̄ ſis vir bellatoꝰ ⁊ ſāguinē

fuderis sed et elegit dñs deus isrl' me de
vniuersa domo patris mei vt essem rex
sup isrl' in sempiternũ. De iuda.n.ele-
git pricipes. Porro de domo iuda domũ
patris mei: et de filijs patris mei placu-
it ei vt me eligeret regẽ sup cũctũ israel
sed ⁊ de filijs meis. filios.n. mihi mul-
tos dedit dñs: elegit salomonẽ filiũ me
um vt sederet in throno regni dñi sup
israel. dixitq; mihi: Salomõ filius tu⁹
edificabit domũ meã ⁊ atria mea. Ip̄m
enĩ elegi mihi in filiũ. et ego ero ei ĩ pa-
trẽ: ⁊ firmabo regnũ eius vsq; ineternũ
si pseuerauerit facere p̄cepta mea et iu-
dicia sicut ⁊ hodie. Nũc g̃ corã vniuerso
cetu israel audiẽte deo nr̃o custodite ⁊ p
quirite cũcta mãdata dñi dei nr̃i vt possi
deatis terrã bonã. et relinq̃tis eã filijs ve
stris post vos vsq; in sempiternũ. Tu au
tem salomõ fili mi scito deũ p̃ris tui. et
serui ei corde pfecto et aĩo voluntario.
Oĩa enĩ corda scrutat' dñs ⁊ vniuersas
mentiũ cogitatões intelligit. Si q̃sierz
eũ. inuenies: si aũt dereliq̃ris eũ. pijci-
et te in etenũ. Nũc g̃ qr elegit te dñs vt
edificares domũ scũarij: ꝯfortare ⁊ pfice
Dedit aũt dauid salomoni filio suo de-
scriptionẽ porticus et tẽpli ⁊ cellarioꝝ ⁊
cenaculi et cubiculorũ in adytis ⁊ dom⁹
ppitiatõis. necnõ et oĩm q̃ cogitauerat
atrioꝝ et exedrarũ p circũituz in thesau-
ros domus dñi et in thesauros scõꝝ. di-
uisionũq; sacerdotaliũ et leuiticaruz in
oĩa opa domus dñi. et in vniuersa vasa
mĩsterij tẽpli dñi: aurũ in põdere p sin-
gula vasa mĩsterij: argẽti q̃z põdus pro
vasorũ et opeꝝ diuersitate. sed et in can
delebra aurea ⁊ ad lucernas. aurũ p mẽ
sura vniuscuiusq; cãdelabri et lucernaꝝ
similiter et in cãdelebra argẽtea et in lu
cernas eoꝝ p diuersitate mẽsure põdus
argẽti tradidit. Aurũ q̃z dedit in mẽsas
ppositõnis p diuersitate mensarum. si
militer et argẽtũ in alias mensas argẽ-
teas. Ad fuscinulas q̃z ⁊ phialas et thu
ribula ex auro purissimo. ⁊ leũculos au
reos p qualitate mẽsure pondus distri
buit. in leũculũ et leũculuz: similiter et
in leones argẽteos diuersuz argẽti pon
dus sepauit. Altari aũt in quo adolebat'
incẽsum. aurũ purissimuz dedit: et vt ex
ipso fieret similitudo q̃drige cherubin
extẽdentiũ alas et velãtium arcam fede
ris dñi. Oĩa inquit venerũt scripta ma
nu dñi ad me. vt intelligerem vniuersa
opa exẽplaris. Dixit q̃z dauid salomoni
filio suo: Viriliter age ⁊ ꝯfortare et fac:
ne timeas et ne paueas. Dñs enĩ deus
meus tecum erit. et nõ dimittet te nec
derelinquet: donec perficias omne opus
ministerij domus dñi. Ecce diuisiones
sacerdotũ ⁊ leuitaꝝ in oẽ mĩsteriũ dom⁹
dñi assistũt tibi ⁊ pati sũt. et nouerunt
tam p̄ncipes q̃z ppl's omĩa p̄cepta tua.

XXIX

Locutusq; est dauid
rex ad omnem ecclesiam. Sa-
lomonem filium meum vnuz
elegit dñs adhuc puerũ ⁊ tenellũ. Op⁹
enim grãde est. neq; enĩ homini p̄parat'
habitatio. sed deo. Ego enĩ totis viribꝫ
meis p̄paraui impensas domus dñi dei
mei: aurum ad vasa aurea. et argentum
in argentea. es in enea. ferruz in ferrea.
ligna ad lignea. lapides onychinos ⁊ q̃-
si stibinos et diuersorũ coloꝝ oẽmq; p̄ci
osum lapidẽ et marmor parium abun-
dantissime. et sup hec que obtuli in do-
mum dei mei de peculio meo aurũ et ar
gentũ do in templum dei mei: exceptis
his q̃ p̄paraui in edẽ sanctã. tria milia ta
lẽta auri de auro ophir. ⁊ septẽ milia ta-
lẽtoꝝ argẽti pbatissimi ad deaurãdos pa
rietes tẽpli: et vbicũq; opus est aurũ de
auro. et vbicũq; opus ẽ argẽtũ de argẽ-
to. Opa fiãt p manus artificũ et si quis
spõte offert ĩpleat manũ suã hodie ⁊ of-
ferat quod voluerit dño. Polliciti sunt
itaq; principes familiarũ ⁊ proceres tri
buũ isrl'. tribuni q̃z et centuriones ⁊ p̄n
cipes principũ possessionum regis: dede
runtq; in opa domus dñi auri talenta
quinq; milia et solidos decem milia. ar-
genti talenta decem milia. et eris talen
ta decem et octo milia: ferri q̃z centum
milia talentorum. et apud quẽcunq; in
uẽti sunt lapides. dederũt in thesauros

domus dñi ꝑ manũ iehihel gersonitis.
Letatusq̃ ē ꝓpl's cũ vota sponte ꝓmitte
rēt: q̃ corde toto offerebāt ea dño. Sz
et dauid rex letatus est gaudio magno.
et bñdixit dño corā vniuersa multitudi
ne. et ait: Benedictus es dñe deus isra
el patr̃ nostri: ab eterno ī eternũ. Tua
est dñe magnificētia ⁊ potentia ⁊ gloria
atq̃ victoria ⁊ tibi laus. Cũcta. n. que in
celo sunt et in terra. tua sunt. Tuũ dñe
regnum: ⁊ tu es super omnes principes
Tue diuitie. ⁊ tua est gloria: tu domina
ris omniũ. In manu tua virtus ⁊ potē
tia: in manu tua magnitudo ⁊ imperiuz
oīm. Nunc igit̃ deus noster confitem̃ ti
bi. et laudam⁹ nomē tuũ inclytũ Quis
ego ⁊ quis ꝓpl's meus: vt possim⁹ hec ti
bi vniuersa ꝓmittere? Tua sunt oīa ⁊ q̃
de manu tua accepim⁹ dedim⁹ tibi. Pe
regrini. n. sumus corā te ⁊ aduene: sicut
oīs patres nostri. Dies nr̃i quasi vm
bra sup terrā: ⁊ nulla est mora. Dñe de
us noster. oīs hec copia quā parauimus
vt edificaret̃ domus noī sancto tuo. de
manu tua est. ⁊ tua sunt omīa. Scio de
us meus q̃ ꝓbes corda ⁊ simplicitatē di
ligas: vnde ⁊ ego in simplicitate cordis
mei letus obtuli vniuersa hec: ⁊ ꝓpl'um
tuũ qui hic reptus ē vidi cũ ingēti gau
dio tibi offerre donaria. Dñe deus abra
am ⁊ ysaac et isrl' patrũ nostroꝝ custodi
in eternũ hāc voluntatē cordis eorũ. et
semp in venerationē tui mēs ista ꝑma
neat. Salomoni q̃z filio meo da cor per
fectum. vt custodiat mādata tua ⁊ testi
monia tua ⁊ cerimonias tuas. et faciat
vniuersa. ⁊ edificet edem cui⁹ impensas
parani Precepit aũt dauid vniuerse ec
clesie. Bñdicite dño deo nr̃o. Et bñdixit
oīs ecclesia dño deo patꝝ suoꝝ. ⁊ inclina
uerunt se ⁊ adorauerũt deũ: et deinde re
gem. Immolauerũtq̃ victimas dño ⁊
obtulerẽt holocausta die sequēti. tauros
mille. arietes mille. agnos mille cũ liba
minibus suis ⁊ vniuerso ritu abundā
tissime in omnē israel. Et comederẽt et
biberũt corā dño in die illo cũ grādi leti
cia ⁊ vnxerũt secundo salomonē filium
dauid. Vnxerunt autē euz dño in prīci
pem. et sadoch in pōtificē. Seditq̃ salo
mon sup soliuz dñi in regē ꝓ dauid pr̃e
suo et cũctis placuit: ⁊ paruit illi omīs
israel. Sed ⁊ vniuersi principes et potē
tes et cũcti filij regis dauid dederũt ma
num. et subiecti fuerunt salomoni regi
Magnificauit ergo dñs salomonē sup
omnē isrl': et dedit illi gloriā regni qualē
nullus habuit ante euz rex isrl'. Igit ur
dauid filius isai regnauit super vniuer
sum israel: et dies quibus regnauit sup
israel fuerunt quadraginta anni: In he
brō regnauit septē ānis ⁊ in hierl'm tri
gintatribus: ⁊ mortuus est in senectute
bona plenus dieruz ⁊ diuitijs et gloria:
et regnauit salomon filius eius pro eo
Gesta autē dauid regis priora et nouis
sima scripta sunt ī libro samuel vidētis
et in libro nathā ꝓphe: atq̃ in volumīe
gad vidētis vniuersiq̃ regni ei⁹ fortitu
dinis ⁊ tēpoꝝ q̃ trasierũt sub eo: siue in
israel. siue in cũctis regnis terrarum.

Explicit dabreiamin liber primus. In
cipit Dabreiamin siue Paralipomenō
liber secundus. Capitulum I

Confortatus ē
ergo salomō fili⁹ dauid in
regno suo et dñs erat cuz
eo: ⁊ magnificauit eũ in excelsuz. Prece
pitq̃ salomō vniuerso israeli tribunis
et cēturionib⁹ ⁊ ducib⁹ ⁊ iudicib⁹ omīs
isrl' ⁊ principib⁹ familiaꝝ: ⁊ abijt cũ vni
uersa mltitudine in excelsuz gabaō. vbi
erat tabernaculum feder̃ dñi: q̃d fecit
moyses famul⁹ dei in solitudīe. Arcā au
tez dei adduxerat dauid d̃ cariathiarī in
locũ quē ꝑparauerat ei. ⁊ vbi fixerat illi
tabernaculũ hoc est in hierl'm. Altare q̃z
eneum quod fabricatus fuerat beseleel
filius vri filij vr: ibi erat corā tabernacu
lo dñi: quod et requisiuit salomō ⁊ oīs
ecclesia. Ascēditq̃ salomō ad altare ene
um corā tabernaculo feder̃ dñi. ⁊ obtu
lit in eo mille hostias. Ecce autez in ipa

nocte apparuit ei de⁹ dicēs Postula q̄d
vis: vt dem tibi. Dixitq; salomon deo:
Tu fecisti cum dauid patre meo miseri
cordiā magnā. et cōstituisti me regē pro
eo. Nūc ḡ dñe deus. ipleat̄ sermo tuus
quē pollicitus es dauid pr̄i meo Tu enī
me fecisti regē sup̄ ppl'm tuū ml'tū: q̄ taz
innumerabilis ē q̄z puluis terre. Da mi
hi sapiam et intelligētiā: vt ingrediar ⁊
egrediar corā ppl'o tuo. Quis enī potest
hūc ppl'm tuū digne qui tam grādis est
iudicare? Dixit aūt deus ad salomonez.
Quia hoc magis placuit corde tuo ⁊ nō
postulasti diuitias et sub̄am ⁊ gloriā: ne
q; aīas eoꝝ qui te oderant. sed nec dies
vite plurimos: petisti aūt sapiam et sciē
tiam. vt iudicare possis ppl'um meū. sup̄
quem constitui te regē: sapiētia ⁊ scien
tia data sunt tibi. Diuitias aūt ⁊ substā
tiam et gloriā dabo tibi: ita vt nullus in
regib⁹ nec ante te nec post te fuerit simi
lis tui. Venit ḡ salomon ab excelso ga
baon in hierl'm corā tabernaculo federꝫ.
et regnauit sup̄ israel. Cōgregauitq; si
bi currus et equites. ⁊ facti sunt ei mil
le quadringēti currus. ⁊ duodecī milia
equitū. ⁊ fecit eos esse in vrbib⁹ q̄driga
ruz et cū rege in hierl'm. Prebuitq; rex
argentū et aurū in hierusalē quasi lapi
des: et cedros q̄si sycomoros q̄ nascūtur
in cāpestrib⁹ ml'titudine magna. Addu
cebant̄ aūt ei equi de egypto d̄ choa a ne
gociatorib⁹ regis: qui ibāt et emebāt p̄
cio quadrigā equoꝝ sexcētis argēteis: ⁊
equū centū quinq̄ginta. Similiter de
vniu'sis regnis cetheoꝝ ⁊ a regib⁹ syrie:
emptio celebrabatur. II

Decreuit aūt salomon edificare
domū nōi dñi. ⁊ palaciū sibi Et
numerauit septuaginta milia
viroꝝ portātiū humeris. ⁊ octogīta mi
lia qui cederēt lapides in mōtib⁹: p̄posi
tosq; eoꝝ tria milia sexcentos. Misit q̄z
ad hirā regem tyri dicens: Sicut egisti
cū dauid pr̄e meo ⁊ misisti ei ligna cedri
na vt edificaret sibi domuz in q̄ et habi
tauit: sic fac mecū vt edificez domū noī
dñi dei mei. vt ꝯsecrē eam: ad adolendū
incēsum corā illo et fumigāda aromata
et ad ꝓpositionē panū sempiternā. ⁊ ad
holocaustomata mane ⁊ vespe. sabbatis
q̄z et neomenijs. et solēnitatib⁹ dñi dei
nr̄i in sempiternū q̄ mādata sunt israe
li. Domus. n. quam edificare cupio ma
gna est. Magnus est. n. deus nr̄ sup̄ oēs
deos. Quis ḡ poterit p̄ualere vt edificet
ei dignā domū? Si celū et celi celorum
cape eū nequeūt: quātus ego suz vt pos
sim edificare ei domū? Sed ad hoc tan
tū: vt adoleat̄ incēsuz corā illo. Mitte ḡ
mihi viꝝ eruditū q̄ nouerit opari in au
ro et argēto ere et ferro purpura cocci
no ⁊ hyacintho. et qui sciat sculpere cela
turas cū his artificib⁹ q̄s mecū habeo in
iudea ⁊ in hierl'm q̄s p̄parauit dauid pr̄
meus. Sed ⁊ ligna cedrina mitte mihi
et artheutīa ⁊ pinea de libano. Scio. n.
q̄ serui tui nouerint cedere ligna de li
bano. Et erūt serui mei cū seruis tuis:
vt parent̄ mihi ligna plurima. Domus
enī quā cupio edificare magna ē nimis
et inclyta. Preterea oparijs qui cesuri
sunt ligna seruis tuis dabo ī cibaria. tri
tici choros viginti milia. ⁊ hordei choros
totidez: olei q̄z sata viginti milia. Dixit
aūt hirā rex tyri p̄ lr̄as. quas miserat sa
lomoni: Quia dilexit dñs ppl'm suū. id
circo te regnare fecit sup̄ eū. Et addidit
dicēs: Bñdictus dñs deus israel qui fe
cit celū et terrā: qui dedit dauid regi fili
um sapientē et eruditū ⁊ sensatum atq;
prudētez: vt edificaret domū dño. ⁊ pala
tium sibi. Misi ḡ tibi viꝝ prudentē ⁊ sci
entissimū. hiram patrē meum filiū mu
lieris de filiabus dan. cuius pater fuit ty
rius qui nouerit opari in auro et argen
to. ere ⁊ ferro et marmore ⁊ lignis: ī pur
pura q̄z et hyacintho ⁊ byssino ⁊ coccino
et qui sciat celare omnem sculpturam.
et adinuenire prudenter q̄dcūq; in ope
re necessariū est: cū artificibus tuis ⁊ cū
artificib⁹ dñi mei dauid patris tui. Tri
ticū ḡ et hordeū ⁊ oleū et vinū que polli
citus es dñe mi mitte seruis tuis. Nos
aūt cedem⁹ ligna d̄ libano q̄t nccia ha
buerꝫ ⁊ applicabim⁹ ea ratib⁹ p̄ mare in

ioppe: tuū aūt erit trāsferre ea ī hierlm.
Numerauit igit̄ salomō oēs viros ꝓse-
litos qui erāt in terra isrl̄ post dinume-
ratōez quam dinūerauit dauid pr̄ ei⁹. ⁊
inuēti sūt centū q̄nq̄gīta tria milia ⁊ sex
cēti. Fecitq̄z ex eis septuagīta milia qui
hūeris onera portarēt. ⁊ octogīta milia
q̄ lapides de mōtib⁹ cederēt: tria aūt mi
lia et sexcētos p̄positos opeꝝ ꝓpl̄i. III

Et cepit salomō edificare domū
dn̄i in hierusalē in monte mo-
ria qui demōstratus fuerat da-
uid pr̄i eius: in loco quez parauerat da-
uid in area hornan iebusei. Cepit autez
edificare mēse secundo: anno quarto re
gni sui. Et hec sūt fūdamēta q̄ iecit salo
mon vt edificaret domū dei. lōgitudinis
cubitos in mēsura prima sexaginta: lati
tudinis cubitos viginti. Porticū vero
ante frontē que tendebat̄ in longū iu-
xta mēsurā latitudinis dom⁹: cubitorū
viginti. Porro altitudo centū viginti
cubitorū erat. Et deaurauit eā intrinse
cus auro mūdissimo. Domū q̄z maiorē
texit tabulis ligneis abiegnis. et lami-
nas auri obriçi affixit ꝑ totū. Sculpsit
q̄z in ea palmas. ⁊ q̄si catenulas se īuicē
cōplectētes. Strauit q̄z pauimentū tē
pli p̄ciosissimo marmore: decore multo
Porro aurū erat ꝓbatissimū. de cui⁹ la
minis texit domū et trabes ei⁹ et postes
et parietes ⁊ ostia et celauit cherubin in
parietib⁹. Fecit q̄z domū scī scōꝝ: lōgitu
dinē iuxta latitudinē domus cubitoruz
viginti: et latitudinē similiter vigīti cu
bitorū. Et lamīs aureis texit eā q̄si talē
vt singuli claui siclos quinq̄genos ap-
penderēt: Cenacula q̄z texit auro. Fecit
etiā in domo scī scōꝝ cherubin duos ope
re statuario. et texit eos auro Ale cheru
bin viginti cubitis extendebant̄: ita vt
vna ala hr̄et cubitos quinq̄z ⁊ tangeret
parietē dom⁹: ⁊ altera quīq̄z cubitos ha
bēs alā tāgeret alteri⁹ cherub. Similit̄
cherub alteri⁹ ala quīq̄z hēbat cubitos.
et tāgebat parietē: et ala eius altera q̄n
q̄z cubitorū. alam cherub alteri⁹ cōtīge-
bat. Igitur ale vtriusq̄z cherub expanse
erāt: et extēdebant̄ per cubitos viginti.
Ip̄i aūt stabant erectis pedib⁹. et facies
eorum erāt verse ad exteriorem domuz
Fecit q̄z velū ex hyacintho purpura coc
co et bysso. et intexuit ei cherubin Ante
fores etiā templi duas colūnas que tri
ginta ⁊ quīq̄z cubitos habebant altitu
dinis. Porro capita earum quinq̄z cu-
bitoꝝ: necnō ⁊ q̄si catenulas ī oraculo.
et supposuit eas capitib⁹ colūnaꝝ. Ma-
logn̄ata etiā centū: q̄ catenulis int̄posu
it. Ip̄as q̄z colūnas posuit in vestibulo
tēpli vnā a dextris alterā a sinistris. Eā
q̄ a dextris erat vocauit iachin: et que ad
leuam vocauit boꝫ. IIII

Fecit q̄z altare eneū viginti cu-
bitorū longitudinis. ⁊ vigīti cu
bitorū latitudinis. et decē cubi-
torū altitudinis. Mare etiā eneū fusile
decē cubitis a labio vsq̄z ad labiū: rotū-
dum ꝑ circūitū. Quinq̄z cubitos habe-
bat altitudinis: ⁊ funicul⁹ triginta cubi
torū. ambigebat gyrū eius. Similitu-
do q̄z boū erat subter illud. Et decē cubi
tis quedā extrinsec⁹ celature: quasi duo
bus versib⁹ labiū maris circūibant. Bo
ues aūt erant fusiles: ⁊ ip̄m mare super
duodecim boues impositū erat. quoruz
tres respiciebāt ad aquilonē. ⁊ alij tres
ad occidētem. Porro tres alij meridiez
et tres qui reliqui erant orientē: hn̄tes
mare suppositū. Posteriora aūt boum
erant intrinsecus sub mari. Porro va-
stitas ei⁹ hēbat mēsurā palmi. ⁊ labiū il
lius erat q̄si labiū calicis vel repādi lilij
capiebatq̄z tria milia metretas Fecit q̄z
conchas decē et posuit quīq̄z a dextris et
quinq̄z a sinistris. vt lauarēt in eis oīa q̄
in holocaustū oblaturi erant. Porro in
mari sacerdotes lauabant̄: Fecit aūt et
candelabra aurea decē s̄m spēm quā ius
serat fieri. et posuit ea in tēplo: quinq̄z
a dextris ⁊ quinq̄z a sinistris. Necnon et
mēsas decē: ⁊ posuit eas in tēplo. quinq̄z
a dextr̄ ⁊ q̄nq̄z a sinistr̄. phialas q̄z aure
as cētuz Fecit etiam atrium sacerdotuz
et basilicā grādez ⁊ ostia in basilica que

texit ere Porro mare posuit in latere de
xtro ꝯ orientē ad meridiē. Fecit aūt hi-
ram lebetes ⁊ creagras ⁊ phialas ⁊ ꝯple
uit omē opus regis in domo dei. hꝫ ē co-
lūnas duas et epistylia ⁊ capita: ⁊ quasi
quedā retiacula q̄ capita tegerēt super
epistylia. Malogranata q̄z q̄dringēta et
retiacula duo ita vt bini ordines malo
granatorū singulis retiaculis iūgerent̄
q̄ ꝓtegerēt epistylia. et capita colūnaruz
Bases etiā fecit. et conchas. quas super
posuit basibꝫ: mare vnū. boues q̄z duode
cim sub mari. ⁊ lebetes ⁊ creagras ⁊ phi
alas. Oīa vasa fecit salomoni hirā pa-
ter eius in domo dñi ex ere mūdissimo
In regione iordanis fudit ea rex in ar-
gyllosa terra: inter sochot et saredatha.
Erat aūt multitudo vasoꝝ īnumerabil̄
ita vt ignoraret̄ pōdus eris. Fecitq̄z sa-
lomon oīa vasa domus dei.: et altare au
reū ⁊ mēsas: et sup̄ eas panes ꝓpositōis
Candelebra q̄z cū lucernis suis vt luce
rent ante oraculū iuxta ritū ex auro pu
rissimo. ⁊ florentia quedā ⁊ lucernas et
forcipes aureos. Omīa de auro mūdissi
mo facta sūt Thymiamateria q̄z ⁊ thu-
ribula et phialas et mortariola. ex au-
ro purissimo. Et ostia celauit tēpli inte
rioris. i. in scā scōꝝ. ⁊ ostia tēpli forinsecꝰ
aurea. Sicq̄z cōpletū ē om̄e opus quod
fecit salomō in domo dñi. V

Intulit igit̄ salomon omīa q̄ vo
uerat dauid pater suus argētuz
et aurū et vniuersa vasa posuit
in thesauris domus dñi. Post que cō-
gregauit maiores natu isrl̄. ⁊ cūctos p̄n
cipes tribuū. et capita familiarum de fi-
lijs israel in hierusalem. vt adducerent
arcā federis dñi de ciuitate dauid q̄ ē in
sion. Tlenerūt itaq̄z ad regez omēs viri
isrl̄ in die solēni mēsis septimi. Cūq̄z ve
nissent cūcti seniorū israel. portauerunt
leuite arcā. et intulerūt eā. et oēm para
turā tabernaculi. Porro vasa scūarij q̄
erāt in tabernaculo portauerūt sacerdo
tes cū leuitis. Rex aūt salomō ⁊ vniuer
sus cetus isrl̄. et oēs q̄ fuerūt cōgregati
ante arcā: īmolabāt arietes ⁊ boues abs
q̄z vllo numero: Tanta. n. erat multitu
do victimarū. Et intulerūt sacerdotes
arcam federis dñi in locū suū. i. ad ora-
culū templi. in scā scōꝝ subter alas che-
rubin: ita vt cherubin expāderent alas
suas sup̄ locū in q̄ posita erat arca. ⁊ ip̄az
arcā tegerent cū vectibus suis. Electiuz
aūt quibꝫ portabat̄ arca: q̄z paululū lon
giores erāt. capita parebāt ante oracu-
lum. Si vero quis paululum fuisset ex
trinsecꝰ. eos videre nō poterat. Fuit ita
q̄z arca ibi vsq̄z in p̄ntē diē. Nihilq̄z erat
aliud in arca nisi due tabule: q̄s posue-
rat moyses in oreb: q̄n legē dedit dñs fi
lijs israel egredientibꝫ ex egypto Egres
sis autem sacerdotibus de sanctuario.
oēs. n. sacerdotes qui ibi potuerāt inue
niri scīficati sunt. nec adhuc in illo tp̄e
vices ⁊ ministeriorū ordo inter eos di-
uisus erat. tam leuite q̄z cantores. i. et q̄
sub asaph erāt. ⁊ q̄ sub hemā: et qui sub
ydithun. filij et frēs eoꝝ vestiti byssinis
cymbalis ⁊ psalterijs. et citharis cōcre-
pabāt stātes ad oriētalē plagā altaris et
cū eis cātores centū vigiti canētes tub
Igit̄ cūctis pariter ⁊ tubis ⁊ voce ⁊ cym
balis et organis ⁊ diuersi generis musico
rū cōcinētibꝫ ⁊ vocē in sublime tollētibꝫ
lōge sonitus audiebat̄. ita vt cum dñm
laudare cepissent ⁊ dicere. Cōfitemini
dño q̄m bonus q̄m in eternū misericordia
eiꝰ. impleret̄ domꝰ dei nube. ne posset sa-
cerdotes stare ⁊ mīstrare ꝓpter caliginē
Cōpleuerat. n. gloria dñi domū dei. VI

Tunc salomon ait: Dñs pollici-
tus est vt habitaret in caligine
ego autem edificaui domuz no
mini eius: vt habitaret ibi in perpetuū
Et conuertit rex faciē suā. ⁊ bñdixit vni
uerse multitudini israel. Nā omīs tur-
ba stabat intēta. Et ait: Bñdictꝰ dñs de
us isrl̄: q̄ qd̄ locutꝰ ē dauid p̄ri meo. ope
cōpleuit dicēs: A die qua eduxi populū
meū de terra egypti. nō elegi ciuitatē de
cūctis tribubꝫ isrl̄ vt edificaret̄ in ea do
mus noī meo. neq̄z elegi quēq̄z aliū vir
vt esset dux in ꝓplo meo isrl̄: sz elegi hie
rusalē vt sit nom̄ meū ī ea ⁊ elegi dauid

vt ꝺſtituerē eū ſup ꝓp̄l'm meū iſrl' Cūq; fuiſſet volūtatis dauid p̄tis mei vt edi/ficaret dom̄ nomī dñi dei iſrl'. dixit dñs ad eū: Quia hic fuit volūtas tua vt edi/ficares dom̄uz noī meo: bñ quidē feciſti huiuſcemodi habere volūtatez. ſz nō tu edificabis mihi dom̄ū. Verūtamē filiuſ tuus qui egrediet̄ de lūbis tuis: ipe edi/ficabit dom̄ū noī meo. Cōpleuit ḡ dñs ſermonē ſuū quē locutuſ fuerat. et ego ſurrexi p dauid p̄e meo ⁊ ſedi ſup thro/nuz iſrl' ſicut locutus ē dñs: et edificaui dom̄ū noī dñi dei iſrl' et poſui in ea arcaz in qua eſt pactū dñi qꝺ pepigit cū filijs iſrael. Stetit ḡ coꝝ altare dñi ex aduer/ſo vniuerſe multitudinis iſrl'. ⁊ extēdit manus ſuas. Siquidez fecerat ſalomō baſim eneā et poſuerat eaz in medio ba/ſilice habentē quīq; cubitos longitudiſ et quinq; latitudinis. et tres cubitos al/titudinis. Stetitq; ſup eā. ⁊ dēiceps fle/xis genibꝫ vtra vniuerſaz multitudinē iſrl': et palmiſ in celū leuatiſ ait: Dñe de/us iſrl. nō eſt ſimilis tui deus in celo et in terra. qui cuſtodis pactū ⁊ miſericoꝝ/diā cū ſeruis tuis qui ābulāt coꝝ te in toto coꝝde ſuo q̄ p̄ſtitiſti ſeruo tuo da/uid patri meo q̄cunq; locut⁹ fueras ei. et q̄ oꝝe pmiſeras: ope cōpleſti. ſicut et p̄ſns tps ꝓbat. Nūc ergo dñe deus iſrael imple ſeruo tuo p̄ri meo dauid q̄cunq; locutus es dicēs: Nō ꝺficiet ex te vir co/ram me q̄ ſedeat ſup thronū iſrl: ita tñ ſi cuſtodierint filij tui vias meas. ⁊ am/bulauerint in lege mea: ſicut et tu am/bulaſti coꝝā me. Et nūc dñe deus iſrael firmet̄ ſermo tu⁹: quē locutus es ſeruo tuo dauid. Ergo ne credibile ē vt habi/tet deus cū hoīb ſup terrā? Si celuz et celi celoꝝ nō te capiūt: quātomagis do/mus iſta quā edificaui: Sed ad hec tm̄ fa/cta ē. vt reſpicias oꝝonez ſerui tui ⁊ obſe/crationē eius dñe deus me⁹. ⁊ audias p̄ces q̄s fundit famul⁹ tu⁹ coꝝā te: vt ape/rias oculos tuos ſup domū iſtā diebꝫ ac noctibꝫ ſup locū in q̄ pollicit⁹ es vt nuo/met̄ nomē tuū et exaudires oꝝonez quaz ſeru⁹ tu⁹ orat in eo: ⁊ exaudias p̄ces fa/muli tui et p̄pli tui iſrl'. Quicūq; oꝝaue/rit in loco iſto: exaudi de hītaculo tuo. i. de celis. ⁊ ꝓpitiare. Si peccauerit q̄ſpiaz in ꝓximū ſuū et iurare ꝓtra eū paratus venerit ſe q; maledicto ꝓſtrinxerit coꝝā altari in domo iſta tu audies de celo. ⁊ fa/cies iudiciū ſeruoꝝū tuoꝝ: ita vt reddas iniquo viā ſuā in caput ꝓp̄riū. ⁊ vleiſca/ris iuſtū retribuens ei ſm iuſtitiā ſuaz. Si ſupat⁹ fuerit p̄p̄l's tu⁹ iſrl' ab inimi/cis. peccabūt. n. tibi. ⁊ ꝙuerſi egerīt pēni/tētiaz. ⁊ obſecrauerint nomē tuū. et fue/rit ꝺpcati te in loco iſto: tu exaudies ꝺ ce/lo ⁊ ꝓpitiare pctō p̄p̄li tui iſrael: et reduc eos in terrā quaz dediſti eis ⁊ p̄tib⁹ eoꝝū. Si clauſo celo pluuia nō fluxerit ꝓpter pctā p̄p̄li tui. ⁊ dēpcati te fuerint in loco iſto. ⁊ ꝓfeſſo nōi tuo. ⁊ ꝙuerſi a pctis ſu/is cū eos afflixeris: exaudi de celo dñe. ⁊ dimitte peccata ſuis tuis et p̄p̄li tui iſrl' et doce eos viā bonā. p quā ingrediātur/ et da pluuiā ꝛre quā dediſti p̄p̄lo tuo ad poſſidendū. Fames ſi oꝝta fuerit ī terra et peſtilētia. erugo ⁊ arugo et locuſta et bruchus. ⁊ hoſtis vaſtat⁹ regionib⁹ poꝝ/tas obſederint ciuitatis. oiſq; plaga et infirmitas ꝑſerit: ſi q̄s de p̄p̄lo tuo iſrl' fuerit dēpcatus. cognoſcēs plagā ⁊ infir/mitatē ſuā: et expāderit man⁹ ſuas ī do/mo ꝛ hec tu exaudies ꝺ celo de ſublimi. ſ. habitaculo tuo: et ꝓpitiare: ⁊ redde vni cuiq; ſm vias ſuas: q̄s noſti cuz habere in coꝝde ſuo. Tu. n. ſol⁹ noſti coꝝda filio/rum hoīm vt timeāt te et ambulent in vijs tuis: cunctis diebꝫ quibus viuent ſup faciē terre quā dediſti patribꝫ noſtrꝫ. Eternū q̄z q̄ ñ ē de p̄p̄lo tuo iſrl'. ſi vene/rit ꝺ ſtra lōginq; ꝓpter nomē tuū magnū et ꝓpter manū tuā robuſtā. et brachiuz tuū extentuz. et adoꝝauerit in loco iſto. tu exaudies ꝺ celo firmiſſimo habitacu/lo tuo. ⁊ facies cuncta p̄o quibus inuo/cauerit te ille peregrin⁹: vt ſciant oēs po/puli terre nomē tuū ⁊ timeāt te ſicut po/pul⁹ tu⁹ iſrl'. ⁊ cogſcāt q; nomē tuū īuo/catū ē ſup domū hāc quaz edificaui noī tuo. Si egreſſ⁹ fuerit p̄p̄l's tu⁹ ad bellū/ ꝓtra adu̇ſarios ſuos p viā in q̄ miſeris

eos adorabũt te ꝓtra viã in qua ciuitas
hec est quã elegisti. et dom⁹ quã edifica
ui noi tuo: vt exaudias de celo ꝓces eoꝝ
et obsecrationẽ. ⁊ vlciscaris. Si autez
peccauerit tibi (necz. n. est hõ qui nõ pec
cet) et iratus fueris eis. et tradideris ho
stibꝫ. et captiuos duxerint eos in terraz
longinquã. vl certe que iuxta est. ⁊ quer
ri in corde suo in terra ad quam captiui
ducti fuerant egerint pniam. et deꝓcati
te fuerint in terra captiuitatis sue. dicẽ
tes: peccauimus inique fecim⁹. iniuste
egimus. ⁊ reuersi fuerit ad te i toto coꝛ
suo. et tota aia sua in terra captiuitatis
sue ad quã ducti sunt adorabũt te ꝛ vi
am terre sue quã dedisti patribꝫ eoꝝ. ⁊
vrbis quã elegisti. ⁊ domus quã edifica
ui nomi tuo: vt exaudias de celo. id est de
firmo habitaculo tuo ꝓces eoꝝ. et faci
as iudicium. ⁊ dimittas ꝑplo tuo qꝫ
peccatoꝛi. Tu es. n. de⁹ meus. Aperiant
queso oculi tui. et aures tue intẽte sint
ad oꝛonez q̃ fit in loco isto. Nũc igit cõ
surge dñe deus in requiẽ tuã: tu et arca
foꝛtitudis tue. Sacerdotes tui dñe de⁹
induant salutẽ: ⁊ sancti tui letent in bo
nis. Domine deus meus ne auerteris
faciem christi tui. Memento miseriꝛ
diarũ dauid serui tui. VII

Cũqꝫ ꝑplesset salomõ fundens
ꝓces. ignis descẽdit de celo: et de
uoꝛauit holocausta ⁊ victimas.
et maiestas dñi ipleuit domũ: nec pote
rant sacerdotes ingredi. templũ dñi. eo
q̃ implesset maiestas dñi templuz dñi.
Sed et oẽs filij isrl videbãt descenden
tem ignẽ. et gloriã dñi sup domũ. et coꝛ
ruentes. pni in terrã sup pauimẽtũ stra
tum lapide. adoꝛauerũt et laudauerũt
dñm. qm bonus. qm in seculũ miseriꝛ
dia eius. Rex aũt ⁊ oĩs ꝑplus imolabant
victimas coꝝ dño. Mactauit igit rex sa
lomõ hostias bũ vigintiduo milia: arie
tum cẽtũ viginti milia. Et dedicauit do
muz dei rex ⁊ vniũsus ꝑplus. Sacerdo
tes aũt stabãt in officijs suis: ⁊ leuite in
organis carminum dñi. que fecit dauid
rex ad laudãdũ dñm. qm bon⁹ qm in et
nũ miseriꝛdia eius: hymnos dauid ca
nẽtes ꝑ manus suas. Porro sacerdotes
canebãt tubis añ eos: cũctusqꝫ isrl stabat.
Sanctificauit q̃z salomõ mediũ atrij añ tẽ
plũ dñi. Obtulerat. n. ibi holocausta et
adipes pacificoꝝ: qz altare eneum qd fe
cerat nõ poterat sustinere holocausta et
sacrificia et adipes pacificoꝝum. Fecit q̃
salomõ solẽnitatez in tpe illo septẽ dies
bus ⁊ oĩs isrl cũ eo. ecclesia magna val
de: ab introitu emath vsqꝫ ad toꝛrentem
egypti. Fecitqꝫ die octauo collectã eo q̃
dedicasset altare septẽ diebꝫ. et sollẽnita
tem celebrasset diebꝫ septẽ. Igit in die
vicesimotertio mẽsis septimi. dimisit
ꝑplos ad tabernacula sua: letãtes atqꝫ gau
dẽtes sup bono qd fecerat dñs dauid et
salomoni ⁊ isrl ꝑplo suo. Cõpleuitqꝫ sa
lomõ domũ dñi. et domũ regis. et oĩa q̃
disposuerat in corde suo vt faceret in do
mo dñi. et in domo sua. et ꝓsperatus est.
Apparuit aũt ei dñs nocte. et ait: Audi
ui oratõez tuã. et elegi locũ istũ mihi in
domũ sacrificij. Si clausero celũ et plu
uia nõ fluxerit et mãdauero ⁊ ꝓcepo lo
custe vt deuoret fruges ⁊ misero pestilẽtiaz
in ꝑplm meũ: quersus aũt ꝑplus me⁹ sup
qs inuocatũ est nomẽ meũ: deꝓcatus me
fuerit. ⁊ exq̃sierit faciẽ meã. ⁊ egerit pni
tẽtiaz a vijs suis pessimis. ⁊ ego exaudiã
de celo. ⁊ ꝓpitius ero pctis eoꝝ ⁊ sanabo ter
rã eoꝝ. Oculi q̃z mei erũt apti. et aures
mee erecte: ad oꝛonez eius q̃ in loco isto
oꝛauerit. Elegi. n. ⁊ scificaui locũ istũ: vt
sit nomẽ meũ ibi i sempitnũ ⁊ ꝑmanea
ant oculi mei ⁊ coꝛ meũ ibi cũctis diebus.
Tu q̃z si ãbulaueris coꝛa me. sicũ ãbulauit
dauid ꝑ tu⁹. ⁊ feceris iuxta oĩa q̃ ꝓcepi ei
bi. ⁊ iustificias meas iudiciaqꝫ seruaueris: su
scitabo thꝛonũ regni tui: sicũ pollicitus sũ
dauid ꝑri tuo dicẽs: Nõ auferet de stirpe
tua vir. q̃ nõ sit ꝓnceps in isrl. Si autẽ
aũsi fueritis ⁊ dereliqritis iustificias meas ⁊
ꝓcepta mea q̃ ꝓposui vob. ⁊ abieritis ser
uieritis diis alienis. ⁊ adoꝛaueritis eos:
euellã vos de tra mea quã dedi vob ⁊ do
mũ hãc quã edificaui noĩ meo ꝓiciaz a
facie mea: et tradam eã in parabolã ⁊ in

exemplū cūctis ꝓplis: ⁊ dom⁹ ista erit in
ꝓuerbiū vniuersis trāseūtib⁹ ⁊ dicēt stu-
pētes: Quare fecit dn̄s sic t̄re huic ⁊ do
mui huic? Rn̄debūtq̄: Quia derelique
rūt dn̄m deū patꝝ suoꝝ q̄ eduxit eos de
terra egypti. ⁊ apprehēderūt deos alienos
et adorauerūt eos et coluerūt: idcirco ve
nerūt sup eos vniuersa hec mala. VIII

Expletꝫ aūt vigīti ānis postq̄ edi
ficauit salomō domum dn̄i et
domū suā: ciuitates q̄s dederat
hirā salomoni edificauit ⁊ hītare ibi fecit
filios isrl. Abijt q̄z in emath suba. ⁊ obti
nuit eā et edificauit palmirā in deserto:
et alias ciuitates munitissimas edifica
uit in emath. Extruxitq̄ bethoron supi-
orem. ⁊ bethorō inferiorē. ciuitates mu-
ratas: hn̄tes portas ⁊ vectes ⁊ seras. Ba
laath etiā et omnes vrbes firmissimas
que fuerunt salomonis cūctasq̄ vrbes
quadrigarū. ⁊ vrbes equitū. Omīa que
cūq̄ voluit fecit rex salomon atq̄ dispo
suit: edificauit in hierusalē et in libano
et in vniuersa terra ptātis sue. Omnē
populum qui derelictus fuerat d̄ ethe-
is et amorreis et phereçeis ⁊ eueis ⁊ ie-
buseis. qui nō erāt de stirpe israel. de fili
is eorū et de posteris quos nō interfece
rant filij israel: subiugauit salomon in
tributarios vsq̄ in diē hanc. Porro de
filijs isrl nō posuit vt seruirēt opib⁹ re-
gis. Ipi. n. erāt viri bellatores et duces
primi: ⁊ principes quadrigarum ⁊ equi
tum eius. Oēs aūt prīcipes exercit⁹ re-
gis salomonis fuerūt ducēti quīq̄gīta
qui erudiebāt ꝓplm. Filiā vero pharao-
nis trāstulit de ciuitate dauid in domū
quā edificauerat ei. Dixit. n. rex. Nō ha
bitabit vxor mea in domo dauid regis
israel. eo q̄ sanctificata sit: quia ingressa
est in eam arca dn̄i. Tunc obtulit salo-
mon holocausta domino super altare do
mini quod extruxerat ante porticū: vt ꝑ
singulos dies offerret ī eo iuxta p̄ceptū
moysi in sabbatis et in kalendis et in fe
stis dieb⁹ ter ꝑ annū: id est in solēnitate
acymorū ⁊ solēnitate hebdomadaꝝ ⁊ in
solēnitate tabernaculorū. Et constituit
iuxta dispositionē dauid patris sui offi-
cia sacerdotū in ministerijs suis. ⁊ leui-
tas in ordine suo: vt laudarent et mini
strarēt corā sacerdotib⁹ iuxta ritū vnius
cuiusq̄ diei. et ianitores in diuisionib⁹
suis ꝑ portā ⁊ portā. Sic. n. precepat da
uid hō dei. Nec p̄tergressi sunt de māda-
tis regis tā sacerdotes quā leuite. ex oī
bus que p̄cepat. Et in custodijs thesau-
rorū oēs impensas p̄paratas habuit sa-
lomon: ex eo die quo fundauit domum
dn̄i vsq̄ in diē quo ꝑfecit eaꝫ. Tūc abijt
salomon in asiongaber. et in hailath. ad
oraꝫ maris rubri: que est in terra edom
Misit ergo ei hirā ꝑ manus seruorum
suorū naues ⁊ nautas gnaros marꝫ. et
abierūt cū seruis salomonis ī ophir. Tu
lerūtq̄ inde q̄dringēta quinq̄ginta talē
ta auri ⁊ attulerūt ad regē salomonē. IX

Regina q̄z saba cū audisset famā
salomonis. venit vt temptaret
eum in enigmatib⁹ in hierusa-
lem: cū magnis opibus et camelis qui
portabant aromata et auri plurimū gē-
masq̄ preciosas. Cunq̄ venisset ad salo
monem: locuta est ei quecunq̄ erāt in
corde suo. Et exposuit ei salomon omīa
que ꝓposuerat nec quicq̄ fuit quod nō
perspicuū ei fecerit. Que postq̄ vidit sa
pientiam. s. salomonis. et domum quaꝫ
edificauerat. necnō et cibaria mense ei⁹
et habitacula seruorum. et officia mini
strorum eius et vestimēta eoruꝫ. pincer
nas q̄z. ⁊ vestes eorū: et victimas q̄s im
molabat in domo dn̄i: nō erat p̄ stupore
vltra in ea spūs. Dixitq̄ ad regē: Ter⁹
est sermo quē audierā in t̄ra mea. de vir
tutib⁹ ⁊ sapīa tua. Nō credebā narranti
bus: donec ipa venissez. et vidissent ocu
li mei et ꝓbassem vix medietatē sapien-
tie tue mihi fuisse narratā Tlicisti famā
virtutib⁹ tuis. Beati viri tui ⁊ beati ser-
ui tui: hi qui assistūt coraꝫ te omī tpe et
audiūt sapīam tuā. Sit dn̄s deus tuus
benedict⁹ q̄ voluit te ordinare sup thro-
num suum regez domini dei tui. Quia
diligit de⁹ isrl: ⁊ vult seruare eū in et̄nū
idcirco posuit te sup eū regem: vt facias

iudicia atq; iusticiã. Dedit aũt regi cen
tum viginti talẽta auri. et aromata mul-
ta nimis. et gẽmas p̃ciosissimas: Nõ fu
erunt aromata talia. vt hec q̃ dedit regi-
na saba regi salomoni. Sed et serui hi-
ram cũ seruis salomonis attulerũt aur̃
de ophir et ligna tina. ⁊ gẽmas preciosis
simas. De quibus fecit rex de lignis. s.
tinis gradus in domo dñi. ⁊ in domo re
gia. citharas q̃z et psalteria cantoribus.
Nunq̃z visa sunt in terra iuda ligna ta-
lia. Rex autem salomon dedit regine sa
ba cuncta que voluit et que postulauit.
et multo plura q̃z attulerat ad eũ. Que
reuersa abijt in terrã suã cũ seruis suis
Erat autez pondus auri quod afferebatur
salomoni p̃ singulos annos: sexcen
ta sexagintasex talẽta auri: excepta ea sũ
ma quam legati diuersarum gentiuz et
negociatores afferre cõsueuerant. oẽsq;
reges arabie et satrape terrar̃ qui cõpor
tabant aurũ ⁊ argentũ salomoni. Fecit
rex salomon ducẽtas hastas aureas. de
sũma sexcẽtorum aureorum. qui in sin-
gulis hastis expendebant̃. Trecenta q̃z
scuta aurea trecentorũ aureor̃: quibus
tegebãt̃ singula scuta: Posuitq; ea rex
in armamẽtario quod erat consituz ne-
more. Fecit q̃z rex soliũ eburneuz gran-
de. et vestiuit illd̃ auro mũdissimo. Sex
q̃z gradus quib; ascendebat̃ ad soliũ et
scabellũ aureũ: et brachiola duo altrin-
sec⁹. ⁊ duos leones stãtes iuxta brachio
la: sed et alios duodecim leunculos stã
tes sup̃ sex gradus ex vtraq; p̃te. Nõ fu-
it tale solium in vniuersis regnis Oĩa
q̃z vasa cõuiuij regis erant aurea. et va
sa domus salt⁹ libani ex auro purissimo
Argẽtum. n. in dieb; illis p̃ nihilo repu
tabatur. Siquidẽ naues regis ibant in
tharsis cũ seruis hirã. semel in ãnis tri
bus. ⁊ deferebãt inde aurũ et argẽtuz ⁊
ebur et simias ⁊ pauos. Magnificatus
est igit̃ salomon sup̃ oẽs reges terre pre
diuitijs ⁊ gl'ia. Oẽsq; reges t̃rarũ deside
rabant videre faciẽ salomonis. vt audi
rent sapĩam quã dederat deus in corde
eius. Et d̃ferebãt ei munera: vasa argẽ
tea ⁊ aurea. et vestes ⁊ arma et aromata
equos et mulos p̃ singulos annos. Ha
buit q̃z salomõ q̃dragĩta milia equoruz
in stabulis. ⁊ curruuz equitũq; duodecĩ
milia. Cõstituitq; eos in vrbib; quadri
garũ. et vbi erat rex in hierl'm. Exercuit
etiã ptãtem sup̃ cũctos reges a flumĩe
eufrate vsq; ad terrã philistinor̃ et vsq;
ad terminos egypti. Tantãq; copiam p̃
buit argẽti in hierl'm quasi lapidũ: et ce
drorũ tantã multitudinẽ velut sycomo
rum que gignunt̃ in campestrib;. Addu
cebant̃ aũt ei equi de egypto. cũctisq; re
giõib;: Reliqua aũt op̃a salomonis pri
orũ et nouissimor̃ scripta sunt in v̄bis
nathã p̃phete. ⁊ ĩ libris ahie sylonit̃. ĩ vi
sione q̃z addo vidẽtis ꝯ hierobam filiũ
nabath. Regnauit aũt salomon in hie-
rusalẽ sup̃ omnẽ israel: quadragĩta ãnis
Dormiuitq; cũ p̃rib; suis. et sepelierũt
eum in ciuitate dauid: regnauitq; robo
am filius eius pro eo.

X

Profectus ẽ aũt robaz in sichẽ
Illuc. n. cunctus isrl' ꝯuenerat
vt ꝯstituerẽt eũ regem. Quod
cum audisset hierobã filius nabath q̃
erat in egypto: fuerat quippe illuc ante
salomonem: statim reuersus est. Voca
uerũtq; eũ et venit cũ vniuerso israel. ⁊
locuti sunt ad robam dicentes: Pater
tuus durissimo iugo nos pressit. tu le-
uiora impera patre tuo qui nobis impo
suit grauem seruitutez. et paululum de
onere subleua: vt s̃uiam⁹ tibi. Qui ait:
Post tres dies reũtimini ad me Cũq;
abijsset ppl's: inijt ꝯsiliũ cuz senib; q̃ ste-
terãt corã p̃re eius salomone dũ adhuc
viueret dicẽs: Quid datis ꝯsilij vt rñ-
deam ppl'o? Qui dixerũt ei. Si placue-
ris ppl'o huic et lenieris eos verbis cle-
mẽtib; seruiẽt tibi oĩ tp̃e. At ille reliq̃t
ꝯsiliũ senũ. ⁊ cũ iuuenib; tractare cepit
qui cũ eo nutriti fuerant. et erant in co
mitatu illius. Dixitq; ad eos. Quid vo
bis videt̃. vel rñdere quid d̃beo ppl'o hu
ic q̃ dixit mihi: subleua iuguz q̃d ĩposuit
nob̃ p̃r tu⁹? At illi rñderũt vt iuuenes
et nutriti cũ eo in delitijs atq; dixerunt

Sic loqueris ꝓpl'o qui dixit tibi. pr̄ tu⁹ aggrauauit iugū nr̄m. tu subleua. ⁊ rn̄ debis ei. Minim⁹ digit⁹ meus grossior est lūbis pr̄is mei. Pr̄ meus imposuit vob̄ graue iugū. ⁊ ego mai⁹ pond⁹ apponam. Pater me⁹ cecidit vos flagell': ego vero cedam vos scorpiōib⁹. Venit g̃ hierobaz ⁊ vniu̇sus ꝓpl's ad robaz die tertio: sicut precepat eis. Rn̄ditq; rex dura derelicto ꝯsilio senior̄: locutusq; ē iuxta iuuenū voluntatē. Pater me⁹ graue vobis imposuit iugū: qd̄ ego g̃ui⁹ faciam. Pater me⁹ cecidit vos flagell': ego vero cedam vos scorpionib⁹. Et nō acq̄euit ꝓpl'i p̄cib⁹. Erat enī volūtatis dei: vt cōpleret̄ sermo ei⁹ quē locut⁹ fuerat ꝑ manū ahie sylonitis ad hierobaz filiuz nabath. Populus aūt vniu̇sus rege duriora dicēte: sic locut⁹ est ad eū. Nō est nobis ꝑs in dauid: neq; hereditas in filio isai. Reuertere ī tabernacula tua: israel. Tu aūt pasce domū tuā dauid. Et abijt isrl' in tabernacula sua. Sup̄ filios aūt isrl' qui habitabāt in ciuitatib⁹ iuda regnauit robam. Misitq; rex robaz aduram qui p̄erat tributis: ⁊ lapidauerunt eū filij israel. ⁊ mortu⁹ est. Porro rex robam currū festinauit ascēdere. ⁊ fugit ī hierusalē. Recessitq; isrl' a domo dauid: vsq; ad diē hanc. Factū est aūt cū audisset oīs isrl' ꝙ reu̇sus eēt hierobaz: miserunt ⁊ vocauerūt euz ꝯgregato cetu et ꝯstituerūt euz regē sup̄ oēm isrl': nec secutus est quispiam domum dauid p̄ter tribum iuda solam.

XI

Venit autē robam ī hierusalē ⁊ ꝯuocauit vniu̇saz domū iuda ⁊ bēiamī centū octogīta milia elector̄ atq; bellantiū: vt dimicaret ꝯtra isrl' ⁊ ꝯuerteret ad se regnū suū. Factusq; est sermo dn̄i ad semeiaz hoīem dei dicens: loquere ad robam filiū salomōis regē iuda. ⁊ ad vniu̇sum isrl'. qui est ī iuda ⁊ beniamin. Hec dicit dn̄s: Nō ascēdetis neq; pugnabit̄ ꝯtra frēs vr̄os: reuertat̄ vnusquisq; in domū suā: q̄r mea hoc gestū est volūtate. Qui cū audissent sermonē dn̄i. reuersi sunt: nec ꝑrexerūt ꝯtra hierobaz. Habitauit autez robaz in hierusalē. et edificauit ciuitates muratas in iuda: extruxitq; bethleez ⁊ ethā ⁊ thecue: bethsur q̄z ⁊ socco ⁊ odollā. nec nō ⁊ geth ⁊ maresa ⁊ çiph: sz ⁊ aduraz et lachis ⁊ asecha: saraa q̄z ⁊ ahialon et hebron q̄ erāt in iuda ⁊ beniamī ciuitates munitissimas. Cunq; clausisset eas muris. posuit in eis principes ciborūq; horrea: hoc est olei ⁊ vini. Sed et in singl'is vrbib⁹ fecit armamentaria scutor̄. ⁊ hastarū: firmauitq; eas summa diligentia ⁊ impauit sup̄ iudā ⁊ beniamin. Sacerdotes aūt ⁊ leuite q̄ erāt in vniu̇so israel. venerūt ad eū de cunct̄ sedib⁹ suis: relinquētes suburbana ⁊ possessiōes suas ⁊ trāseuntes ad iudā ⁊ hierusalez: eo ꝙ abiecisset eos hierobā ⁊ posteri eius ne sacerdotio dn̄i fungerent̄: q̄ ꝯstituit sibi sacerdotes excelsor̄ ⁊ demonior̄ vitulorūq; quos fecerat. Sz ⁊ de cūctis tribubus isrl' quicūq; dederāt cor suū vt q̄rerent dn̄m deū isrl'. venerūt in hierusalē ad immolandū victimas suas corā dn̄o deo patrū suor̄. ⁊ robrauerūt regnū iuda. ⁊ cōfirmauerūt robaz filiū salomonis ꝑ tres ānos. Ambulauerūt eniz in vijs dauid ⁊ salomōis annis tm̄ tribus. Duxit autē robaz vxorē: malaath filiaz hierimuth filij dauid: abiail q̄z filiā heliab filij isai q̄ pepit ei filios: ieos ⁊ sommoriam et çoom. Post hanc q̄z accepit maachā filiā absalon: que pepit ei abia ⁊ abi ⁊ çiça ⁊ salimith. Amauit aūt robā maachā filiā absalon: et sup̄ oēs vxores suas ⁊ cōcubinas. Nā vxores decē ⁊ octo duxerat: ꝯcubinas autē sexaginta: et genuit vigintiocto filios ⁊ sexagīta filias. Constituit vero in capite abiā filiū maacha ducē sup̄ oēs frēs suos: ip̄m enī regem facere cogitabat q̄r sapiētior fuit ⁊ potētior sup̄ oēs filios ei⁹: ⁊ in cūctis finib⁹ iuda ⁊ beniamin ⁊ in vniu̇sis ciuitatib⁹ muratis. Prebuitq; eis escas plurimas: ⁊ mlt̄as petiuit vxores.

XII

Cunq; roboratuz fuisset regnuz robaz ⁊ ꝯfortatū: dereliquit legem dn̄i ⁊ oīs israel cū eo. An-

no autē quinto regni roboam. ascendit
sesac rex egypti in hierusalem qꝛ pecca-
uerant dño: cū mille ducētis curribus
⁊ sexaginta milibꝫ equitū. Nec erat nu-
merus vulgi qđ venerat cum eo ex egy
pto: libyes scꝫ ⁊ trogodyte ⁊ ethiopes: ce
pitqꝫ ciuitates munitissimas in iuda. ⁊
venit vsqꝫ in hierusalē. Semeias autē
ꝓpheta ingressus est ad roboam ⁊ princi
pes iuda: q̄ cōgregati fuerāt in hierusa-
lem fugientes sesac: dixitqꝫ ad eos. Hec
dicit dñs: Vos reliq̄stis me. ⁊ ego reliq̄
vos in manu sesac. Cōsternatiqꝫ princi-
pes isrl' ⁊ rex dixerūt: Justus ē domin⁹
Cūqꝫ vidisset dñs ꝙ hūiliati eēnt: fact⁹
est sermo dñi ad semeiaꝫ dicens: Quia
hūiliati sunt nō dispdaꝫ eos: daboqꝫ eis
pauxilluꝫ auxilij: ⁊ nō stillabit furor me
us sup hierusalem ꝑ manū sesac. Verū
tamē seruient ei. vt sciant distantiā ser-
uitutis mee ⁊ seruitutis regni terrarū
Recessit itaqꝫ sesac rex egypti ab hieru-
salem sublatis thesauris dom⁹ dñi ⁊ do
mus regis: oīaqꝫ secū tulit. ⁊ clypeos au
reos quos fecerat salomon. ꝓ quibꝫ fe-
cit rex eneos: ⁊ tradidit illos principibꝫ
scutarioꝝ q̄ custodiebāt vestibuluꝫ pala
tij. Cunqꝫ introiret rex domū dei. venie
bant scutarij et tollebāt eos: iterūqꝫ re-
ferebant eos ad armamētariū suū. Ve
runtamē qꝛ humiliati sunt. auersa ē ab
eis ira dñi nec deleti sunt penit⁹. Siq̄-
dem ⁊ in iuda inuēti sunt opa bona. Cō-
fortatus est g̊ rex roboam in hierusalem
atqꝫ regnauit. Quadragīta autē ⁊ vni⁹
anni erat cū regnare cepisset: ⁊ decē ⁊ se-
ptem ānis regnauit in hierusalez vrbe
quā elegit dñs. vt cōfirmaret nomē su
um ibi. de cūctis tribubꝫ isrl'. Nomē au-
tem mr̄is eius naama amanites. Fecit
qꝫ malū: ⁊ nō prepauit cor suū vt q̄reret
dñm. Opa vero roboam prima ⁊ nouis-
sima scripta sunt in libris semeie ꝓphe-
te ⁊ addo vidētis. ⁊ diligenter exposita.
Pugnauerūtqꝫ adūsum se roboaꝫ ⁊ hie
roboam cūctis diebꝫ. Et dormiuit robo-
am cū pr̄ibus suis. sepultusqꝫ est in ciui
tate dauid ⁊ regnauit abia fili⁹ ei⁹ ꝓ eo.

Anno octauodecimo
regis hieroboaꝫ regnauit abia
sup iudam. Tribꝫ annis regna
uit in hierusalē. Nomenqꝫ mr̄is ei⁹ mi
chaia: filia vriel de gabaa: ⁊ erat bellū in-
ter abia ⁊ hieroboaꝫ. Cunqꝫ inisset abia
certamē. ⁊ haberet bellicosissimos viros
⁊ electoꝝ q̄draginta milia: hieroboaꝫ cō
struxit ecōtra aciē octoginta milia viro
rū: qui ⁊ ip̄i electi erāt ⁊ ad bella fortissi-
mi. Stetit g̊ abia sup montez semeron
qui erat in ephraim ⁊ ait: Audi hierobo
am ⁊ oīs isrl'. Num ignorat⁹ ꝙ dñs deus
isrl' dederit regnū dauid sup isrl' in sem-
piternū: ip̄i ⁊ filijs ei⁹ in pactū salis: Et
surrexit hieroboam filius nabath seruus
salomonis filij dauid. et rebellauit ꝯtra
dñm suū. Congregatiqꝫ sunt ad eū viri
vanissimi ⁊ filij belial: ⁊ p̄ualuerūt ꝯtra
roboam filiū salomonis. Porro roboaꝫ
erat rudis ⁊ corde pauido: nec potuit re
sistere eis. Nunc g̊ vos dicitis ꝙ resiste
re possitis regno dñi qđ possidet ꝑ filios
dauid: Habetisqꝫ grandē ꝓpl'i multitu-
dinē: atqꝫ vitulos aureos quos fecit vo
bis hieroboaꝫ in deos. Et eiecistis sacer
dotes dñi filios aaron atqꝫ leuitas: ⁊ fe-
cistis vobis sacerdotes sicut omēs ꝓpl'i
terraꝝ. Quicunqꝫ venerit ⁊ initiauerit
manū suā in tauro. in bobꝫ ⁊ in arietibꝫ
septem: fit sacerdos eoꝝ q̄ non sunt dij.
Noster aūt dñs de⁹ est: quē nō relinqui-
mus. Sacerdotesqꝫ ministrant dño de
filijs aaron. ⁊ leuite sunt in ordine suo:
holocausta quoqꝫ offerūt dño ꝑ singl'os
dies mane ⁊ vespe. ⁊ thymiama iuxta le
gis p̄cepta cōfectuꝫ: ⁊ ꝓponunt̄ panes ī
mensa mundissima. Estqꝫ apud nos cā
delabrū aureū. ⁊ lucerna eius: vt accen-
dantur semp ad vespaꝫ. Nos quippe cu
stodimus p̄cepta dñi dei nr̄i: quē vos re-
liquistis. Ergo in exercitu nr̄o dux deus
est: ⁊ sacerdotes ei⁹ qui clangūt tubis ⁊
resonant cōtra vos. Filij isrl' nolite pu-
gnare ꝯtra dñm deū patrū vr̄oꝝ: qꝛ non
vobis expedit. Hec illo loquente: hiero
boam retro moliebatur insidias. Cūqꝫ
ex aduerso ostiū staret: ignorantē iudaꝫ

suo ambi[illegible]ebat exercitu. Respiciēsq; iu
das vidit instare bellū ex aduerso ⁊ post
tergū: ⁊ clamauit ad dñm. ac sacerdotes
tubis canere ceperūt: oēsq; viri iuda vo
ciferati sunt. Et ecce illis clamātib; per
terruit de⁹ hieroboaz ⁊ oēz israel qui sta
bat ex adūso abia ⁊ iuda: fugeruntq; filij
isrl' iudā. ⁊ tradidit eos de⁹ in manu eoꝝ
Percussit g̊ eos abia ⁊ ꝓpl's eius plaga
magna: ⁊ corruerūt vulnerati ex isrl' q̄n
quaginta milia viroꝝ fortiū. Hūiliatiq;
sunt filij isrl' in tpe illo. ⁊ vehemētissime
ꝯfortati filij iuda: eo q̄ sperassent ī dño
deo patꝝ suoꝝ. Persecutus est aūt abia
fugientē hieroboaz. ⁊ cepit ciuitates ei⁹
bethel ⁊ filias eius ⁊ hiesana cū filiabus
suis. effron q̊z et filias eius. Nec valuit
vltra resistere hieroboam in dieb; abia
Quē ꝑcussit dñs ⁊ mortu⁹ est. Igitur
abia ꝯfortato impio suo. accepit vxores
quattuordecim: ꝓcreauitq; vigintidu
os filios. ⁊ sedecim filias. Reliq̄ aūt ser
monū abia viarūq; ⁊ opꝫ ei⁹ scripta sūt
diligentissime in libro addo prophete.

Dormiuit autē abia XIIII
cū pr̄ibus suis ⁊ sepelierūt euꝫ
in ciuitate dauid. Regnauitq;
asa filius eius ꝓ eo. In cuius dieb; qui
euit terra annis decez. Fecit g̊ asa q̄d bo
num et placitum erat in conspectu dei
sui. ⁊ subuertit altaria ꝑegrini cultus ⁊
excelsa. ⁊ confregit statuas lucosq; succi
dit. ⁊ ꝑcepit iude vt q̄reret dñm deū pa
trū suoꝝ: ⁊ faceret legē. ⁊ vniūsa manda
ta. Et abstulit de cunctis vrbib; iuda. a
ras ⁊ phana: ⁊ regnauit in pace. Edifica
uit q̊z vrbes munitas in iuda: qꝛ quiet⁹
erat ⁊ nulla tpib; eius bella surrexerant
pacez dño largiēte. Dixit aūt iude. Edi
ficemus ciuitates istas. ⁊ vallem⁹ mu
ris. ⁊ roboremus turrib; ⁊ port; ⁊ seris.
donec a bellis q̄eta sunt oīa: eo q̄ quesie
rimus dñm deū patrum nr̄oꝝ. ⁊ dederit
nobis pacē ꝑ gyrū. Edificauerūt igitur
⁊ nullū in extruēdo impedimētum fuit
Habuit autē asa in exercitu suo portan
tiū scuta ⁊ hastas de iuda trecēta milia:
de beniamin vero scutarioꝝ ⁊ sagittario
rū ducenta octoginta milia. Oēsq; isti
viri fortissimi. Egressus ē aūt ꝯ eos ça
ra ethiops cū exercitu suo decies cente
na milia ⁊ curribꝫ trecētis. et venit vsq;
maresa. Porro asa ꝑrexit obuiā ei. et in
struxit aciē ad bellū in valle sephata. q̄ ē
iuxta maresa ⁊ inuocauit dñm deū ⁊ ait
Dñe nō est apud te vlla distantia. vtrū
in paucis auxilieris aut in pl'ib;: adiuua
nos dñe de⁹ nr̄. In te enī ⁊ in tuo noīe
hñtes fiduciā venim⁹ ꝯ hanc multitu
dinē. Dñe deus nr̄ tu es: nō ꝑualeat cō
tra te homo. Exterruit itaq; dñs ethio
pes coram asa ⁊ iuda. Fugeruntq; e
thiopes. ⁊ persecutus est eos asa ⁊ popu
lus qui cū eo erat vsq; gerara. Et rue
runt ethiopes vsq; ad internitionez: qꝛ
dño cedente ꝯtriti sunt: ⁊ exercitu illius
preliante. Tulerūt g̊ spolia multa. Et ꝑ
cusserūt ciuitates oēs ꝑ circūituz gera
re. Grandis quippe cunctos terror in
uaserat. Et diripuerūt vrbes et multaz
ꝑdā asportauerūt: sz ⁊ caulas ouium de
struētes. tulerūtq; pecoꝝ īfinitā ml'titu
dinē. ⁊ cameloꝝ: reūsiq; sunt in hierl'm.

Azarias aūt filius obeth XV
facto in se spū dei. egressus est ī
occursuz asa: et dixit ei. Audite
me asa: ⁊ oīs iuda ⁊ beniamin. Dñs vo
biscum: qꝛ fuistis cū eo. Si q̄sieritis eū
inuenietis. Si autē dereliq̄ritis euꝫ: de
relinquet vos. Transibūt autē ml'ti di
es in isrl' absq; deo vero. ⁊ absq; sacerdo
te: absq; doctore q̊z et absq; lege. Cunq;
reuersi fuerint in angustia sua. ⁊ clama
uerīt ad dñm deū isrl' ⁊ q̄sierīt eū: reperi
ent eū. In tpe illo ñ erit pax egrediēti et
īgredienti: sed terrores vndiq; ī cūctis
habitatorib; terraꝝ. Pugnabit. n. gens
ꝯtra gentē ⁊ ciuitas ꝯtra ciuitatē. qꝛ do
min⁹ ꝯturbabit eos in oī angustia. Vos
g̊ confortamini. ⁊ nō dissoluant̄ manus
vr̄e: erit enī merces opi vr̄o. Q̄d cū au
dissz asa v̄ba. s. ⁊ ꝓphetiā açarie filij obed
ꝓphete ꝯfortat⁹ est. ⁊ abstulit idola de oī
terra iuda ⁊ de beniamin. ⁊ ex vrbib; q̄s
cepat mont; ephraim. et dedicauit alta
re dñi q̄d erat ante porticū dñi: ꝯgrega

uitq; vniuersum iudã ⁊ beniamin. ⁊ ad/uenas cũ eis de ephraim ⁊ manasse ⁊ de symeon. Plures. n. ad eũ ꝓfugerant ex israel: videtes q; dñs deus illi⁹ esset cuz eo. Cunq; venissent in hierusalẽ mense tertio. ãno decimo q̃nto regni asa: immolauerunt dño in die illa de manubijs. ⁊ ꝓ/dam quã adduxerãt. bues septingẽtos ⁊ arietes septẽ milia. Et intrauit ex/more ad corroborandũ fedus: vt q̃rerẽt do/minũ deũ patrũ suoz in toto corde ⁊ in tota aĩa sua. Siq̃s autẽ inq̃t nõ quesi/erit dñm deuz israel: moriat a mimo vsq; ad maximũ. a viro vsq; ad mulierẽ. Ju/rauerũtq; dño voce magna in iubilo. et in clangore tube. ⁊ in sonitu buccinaruz oẽs qui erãt in iuda cũ execratione. In oi enĩ corde suo iurauerũt: ⁊ in tota vo/luntate q̃sierũt eũ. ⁊ inuenerũt. Requi/titq; eis dñs requiẽ ꝑ circũitũ. Sed et maachã mrem asa regis ex augusto de/posuit impio: eo q; fecisset in luco simu/lacrũ priapi q̃ó oĩe cõtriuit: ⁊ in frusta cõminuens cõbussit in torrẽte cedron. Excelsa autẽ de relicta sunt in isrl. Attamen cor asa erat pfectũ cũctis diebz ei⁹. Eaq; q̃ vouerat pr̃ suus. ⁊ ipe intulit in domũ dñi: argentũ ⁊ aurũ. vasoruq; di/uersam suppellectilẽ. Bellũ vero nõ fuit vsq; ad tricesimũ annum regni asa.

Anno autẽ tricesimo/ XVI
sexto regni ei⁹. ascẽdit baasa rex israel in iudã ⁊ muro circunda/bat rama: vt nullus tute posset egredi ⁊ ingredi de regno asa. Protulit autem asa argentũ ⁊ aurũ de thesauris domus dñi et de thesauris regijs: misitq; ad be/nadab regẽ syrie: q̃ habitabat in dama/sco dicens: Fedus inter me ⁊ te est. Pa/ter q̃z meus ⁊ pr̃ tuus habuere ꝓcordiã quã obrẽ misi tibi argentũ ⁊ aurum: vt rupto federe q̃ habes cũ baasa rege is/rael facias eũ a me recedere. Quo com/perto benadab misit prĩcipes exercituz suoz ad vrbes israel: qui percusserũt ahion ⁊ dan ⁊ abelmaim ⁊ vniuersas vrbes ne/ptalim muratas. Qđ cũ audisset baasa desijt edificare rama ⁊ intermisit opus suum. Porro asa rex assumpsit vniuer/sum iudam ⁊ tulerunt lapides de rama ⁊ ligna q̃ edificationi prepauerat baasa edificauitq; ex eis gabaa ⁊ maspha. In tpe illo venit anani ꝓphẽta ad asaz regẽ iuda. ⁊ dixit ei: Quia habuisti fiduciam in rege syrie ⁊ nõ in dño deo tuo: idcirco euasit syrie regis exercit⁹ de manu tua. Nõne ethiopes ⁊ libyes multo plures erãt q̃drigis ⁊ eq̃tib⁹ ⁊ multitudine ni/mia: q̃s cũ in dño credidisses tradidit i manu tua? Oculi. n. dñi cõtemplantur vniuersam terrã. ⁊ prebent fortitudinẽ his q̃ corde pfecto credũt in eum. Stulte igit egisti. ⁊ ppter hoc etiã pñti tpe adu/sum te bella ꝓsurgent. Iratusq; asa adu/sus videntẽ: iussit eũ mitti in neruum: Valde quippe sup hoc fuerat dñs indi/gnat⁹. ⁊ interfecit de pplo in tpe illo plu/rimos. Opa autem asa prima ⁊ nouissi/ma scripta sunt in libro regũ iuda ⁊ isrl. Egrotauit etiã asa ãno tricesimonono regni sui. dolore pedũ vehemẽtissimo: et nec in infirmitate sua q̃siuit dñm: sz ma/gis in medicoz arte confisus est. Dor/miuitq; cũ pribz suis: ⁊ mortuus est an/no q̃dragesimoprimo regni sui. ⁊ sepeli/erunt euz in sepulcro suo q̃ foderat si/bi in ciuitate dauid. Posuerũtq; euz su/per lectũ suũ plenũ aromatibz ⁊ vngue/tis meretricijs que erãt pigmẽtarioruz arte cõfecta. ⁊ cõbusserũt sup euz ambi/tione nimia.

Regnauit autẽ iosaphat fili⁹ ei⁹ XVII
pro eo. ⁊ inualuit ꝓtra isrl. Cõ/stituitq; milituz nũeros in cun/ctis vrbibz iuda q̃ erant vallate muris: præsidiaq; dispposuit in terra iuda ⁊ in ci/uitatibz ephraim q̃s ceperat asa pr̃ eius. Et fuit dñs cũ iosaphat: qz ambulauit in vijs dauid pris sui primis: ⁊ non spe/rauit in baalim sed in deo pris sui. ⁊ per/rexit in p̃ceptis illi⁹. ⁊ nõ iuxta pcta isrl. Cõfirmauitq; dñs regnũ in manu eius ⁊ dedit oĩs iuda munera. iosaphat: factez sunt ei infinite diuitie. ⁊ multa gl̃ia. Cunq; sumpsisset cor ei⁹ audaciã ppter vias dñi: etiã excelsa ⁊ lucos de iuda ab/

stulit. Tertio autē anno regni sui misit de principibꝫ suis benail ⁊ obdiā ⁊ çachariam ⁊ nathanael ⁊ michæā vt docerent in ciuitatibꝫ iuda. ⁊ cū eis leuitas semeiam ⁊ nathaniā ⁊ çabadiā. asahel q̄z et semiramoth ⁊ ionathan adoniāqꝫ et thobiam ⁊ tobadoniā leuitas. ⁊ cuꝫ eis elisama ⁊ iorā sacerdotes. Docebātqꝫ ꝓplꝫ in iuda. hn̄tes librū legꝫ dn̄i: ⁊ circūibāt cunctas vrbes iuda: atqꝫ erudiebant populuꝫ. Itaqꝫ factꝰ est pauor dn̄i sup oīa regna terraꝝ. q̄ erāt ꝑ gyrum iuda: nec audebant bellare ꝯtra iosaphat. Sed ⁊ philistei: iosaphat mūera deferebant. et vectigal argenti. Arabes quoqꝫ adducebat pecora arietū septē milia septingentos: ⁊ hircos totidē. Creuit ḡ iosaphat ⁊ magnificatꝰ est vsqꝫ in sublime. atqꝫ edificauit in iuda domos adinstar turrium. vrbesqꝫ muratas. ⁊ multa opera patrauit in vrbibꝫ iuda. Viri q̄z bellatores ⁊ robusti erāt in hierusalē. quoꝝ iste numerus ꝑ domos atqꝫ familias singl'orū In iuda princeps exercitꝰ ednas dux. ⁊ cū eo robustissimoꝝ viri trecenta milia Post hūc iohannan prīceps: ⁊ cū eo ducenta octoginta milia. Post illū quoqꝫ amasias filiꝰ çechri ꝯsecratꝰ dn̄o. ⁊ cum eo ducenta milia viroꝝ fortiū. Hunc seq̄bat robustus ad p̄lia eliada ⁊ cū eo tenentium arcū ⁊ clypeum ducēta milia. Post istum etiā ioçabad et cuꝫ eo cētuꝫ octoginta milia expeditorū milituꝫ. Hi om̄es erāt ad manū regis: exceptis aliis quos posuerat in vrbibus muratis. et in vniuerso iuda.

XVIII

Fuit ḡ iosaphat diues ⁊ inclytꝰ multuꝫ. ⁊ affinitate ꝯiunctꝰ est achab: descēditqꝫ post annos ad eum in samariā. Ad cuiꝰ aduētū mactauit achab arietes ⁊ boues pl'imos ipsi ⁊ ꝓpl'o q̄ venerat cuꝫ eo. ꝑsuasitqꝫ illi vt ascenderet in ramoth galaad. Dixitqꝫ achab rex isrl' ad iosaphat regē iuda. Veni mecū in ramoth galaad. Cui ille rn̄dit. Vt ego ⁊ tu: sicut ꝓpl's tuꝰ sic ⁊ ꝓpl's meus: tecumqꝫ erimꝰ in bello. Dixit iosaphat ad regē isrl'. Cōsule obsecro impn̄tiarum ꝑmonē dn̄i. Cōgregauit igit' rex israel ꝓphetaꝝ q̄dringētos viros ⁊ dixit ad eos: In ramoth galaad ad bellandum ire debemꝰ an q̄escere? At illi ascende inquiūt. ⁊ tradet deus in manu regis Dixitqꝫ iosaphat: Nunq̄d non est hic ꝓphetes dn̄i: vt ab illo etiā req̄ramꝰ? Et ait rex isrl' ad iosaphat. Est vir vnus a quo possumꝰ q̄rere dn̄i voluntatē sꝫ ego odi eū. qꝛ nō ꝓphetat mihi bonū: sed malum oī tpe. Est autē michæas filius iemla. Dixitqꝫ iosaphat. Ne loq̄ris rex hoc modo. Vocauit ḡ rex isrl' vnum de enuchis. ⁊ dixit ei: Voca cito michæā filium iemla. Porro rex isrl' ⁊ iosaphat rex iuda vterqꝫ sedebant ī solio suo vestiti cultu regio. Sedebant autē in area iuxta portam samarie: oēsqꝫ ꝓphete vaticinabant' corā eis. Sedechias vero filiꝰ chanana fecit sibi cornua ferrea. ⁊ ait. Hec dicit dn̄s. His ventilabis syriam. donec conteres eā. Om̄esqꝫ ꝓphete sil'r ꝓphetabant. atqꝫ dicebāt: Ascende in ramoth galaad ⁊ ꝓsperaberis. ⁊ tradet eos dn̄s ī manu regis. Nūcius autē q̄ ierat ad vocandū michæam. ait illi: En verba oīum ꝓphetaꝝ vno ore bōa regi ānūciāt. Queso ḡ te vt ⁊ sermo tuꝰ ab eis nō dissentiat. loq̄risqꝫ ꝓspera. Cui rn̄dit michæas: Viuit dn̄s. qꝛ quodcūqꝫ dixerit mihi deus meꝰ hoc loq̄r. Venit ḡ ad regeꝫ. Cui rex ait: Michæa ire debemus in ramoth galaad ad bellandū. an q̄escere? Cui ille rn̄dit. Ascēdite: cūcta enī ꝓspera euenient: ⁊ tradent' hostes in manꝰ vr̄as. Dixitqꝫ rex. Iterum atqꝫ iteꝝ te adiuro. vt mihi nō loq̄ris nisi qd̄ verū est in noīe dn̄i. At ille ait: Vidi vniūsum isrl' dispersum in montibꝫ sicut oues absqꝫ pastore. Et dixit dn̄s: Non hn̄t isti dn̄os: reuertat' vnusq̄sqꝫ in domū suam in pace. Et ait rex isrl' ad iosaphat. Nōne dixi tibi q̄ nō ꝓphetaret iste mihi quicq̄ boni: sed ea q̄ mala sunt? At ille: idcirco ait audite verbū dn̄i. Vidi dn̄m sedentē in solio suo. ⁊ oēm exercitum celi assistentez ei a dextris ⁊ a sinistris. Et dixit dominꝰ Quis decipiet achab regē isrl' vt ascen-

dat ⁊ corruat in ramoth galaad? Cũq̃ diceret vnus hoc modo. ⁊ alter alio: pro cessit spũs ⁊ stetit corã dño. ⁊ ait: Ego decipiam eũ. Cui dñs. in quo inquit decipies? At ille rñdit: Egrediar. ⁊ ero spũs mendax in ore oĩm ꝓphetaꝝ ei⁹. Dixitq̃ dñs. Decipies. ⁊ ꝑualebis: egredere et fac ita. Nũc igit̃ ecce dñs dedit spũz mẽdacij in ore oĩm ꝓphetaꝝ tuoꝝ. ⁊ dñs locutus est de te mala. Accessit autẽ sedechias fili⁹ chanana: ⁊ ꝑcussit michee maxillam. ⁊ ait: Per quã viã trãsiuit spũs dñi a me vt loq̃ret̃ tibi? Dixitq̃ micheas. Tuipe videbis in die illo: qñ ingressus fueris cubiculuz de cubiculo: vt abscondaris. Precepit aũt rex isrl̃ dicens Tollite micheã ⁊ ducite euz ad ammon principez ciuitat̃ ⁊ ad ioas filium amalech. ⁊ dicet̃: Hec dicit rex Mittite hũc in carcerẽ. ⁊ date ei panis modicũ. ⁊ aq̃ pauxillũ donec reuertar ĩ pace. Dixitq̃ micheas: Si reũsus fueris in pace: nõ est dñs locut⁹ in me. Et ait: Audite oẽs ꝓpl̃i. Igit̃ ascẽderunt rex isrl̃ ⁊ iosaphat rex iuda in ramoth galaad: dixitq̃ rex israel ad iosaphat: Mutabo habitũ. et sic ad pugnã vadam: tu autẽ induere vestibus tuis. Mutatoq̃ rex isrl̃ habitu venit ad bellũ. Rex autẽ syrie ꝑcepat ducibus eq̃tatus sui dicẽs: Ne pugnet̃ contra minimũ aut ꝯ maximũ: nisi ꝯ soluz regẽ israel: itaq̃ cuz vidissent principes eq̃tatus iosaphat. dixerũt: rex isrl̃ est iste Et circũdederũt eũ dimicantes. At ille clamauit ad dñm. ⁊ auxiliat⁹ est ei: atq̃ auertit eos ab illo. Cũ. n. vidissent duces eq̃tatus ꝙ nõ eẽt rex israel. reliq̃rũt eum. Accidit aũt vt vn⁹ e ꝓpl̃o sagittaz in incertũ iaceret. ⁊ ꝑcuteret regẽ israel inter ceruicez ⁊ scapulas. At ille aurige suo ait. Cõuerte manũ tuaz. ⁊ educ me de acie: qꝛ vulnerat⁹ sum. Et finita ẽ pugna in die illo. Porro rex israel stabat ĩ curru suo ꝯtra syros vsq̃ ad vespam. et mortuus est occidente sole.

XIX

Reuersus est autẽ iosaphat rex iuda in domuz suam pacifice in hierusalem. Cui occurrit iehu filius anani videns ⁊ ait ad eũ. Impio prebes auxiliũ: ⁊ his q̃ oderũt dñm amicicia iungeris: ⁊ idcirco irã quidẽ domini merebaris. sed bona opa inuẽta sunt ĩ te eo ꝙ abstuleris lucos de terra iuda. ⁊ preꝑaueris cor tuũ vt req̃reres dñm deuz patrũ tuoꝝ. Habitauit g̃ iosaphat in hierusalẽ. Rursumq̃ egressus est ad ꝓpl̃m de bersabee vsq̃ ad mõtẽ ephraim ⁊ reuocauit eos ad dñm deuz patrũ suorũ: cõstituitq̃ iudices terre in cũctis ciuitatib⁹ iuda munitis ꝑ singula loca. et ꝑcipiens iudicib⁹. videte ait q̃d faciatis Nõ. n. hoĩs exercetis iudiciuz sed dñi. et quodcũq̃ iudicaueritis in vos redũdabit. Sit timor dñi vobiscũ. ⁊ cũ diligentia cũcta facite. Nõ est enĩ apud dñm deum nr̃m iniq̃tas. nec ꝑsonarũ acceptio. nec cupido muneꝝ. In hierusalẽ q̃z cõstituit iosaphat leuitas ⁊ sacerdotes et principes familiaꝝ ex israel vt iudiciũ ⁊ causaz dñi iudicarẽt habitatoribus ei⁹. ꝑcepitq̃ eis dicẽs: Sic aget̃ in timore dñi fideliter ⁊ corde perfecto. Oẽm causam q̃ venerit ad vos fratrũ vr̃oꝝ q̃ habitant in vrbib⁹ suis. inter cognationẽ ⁊ cognationẽ vbicũq̃ q̃stio est de lege de mandato. de cerimonijs. de iustificatiõibus oñdite eis vt nõ peccent in dñm. ⁊ ne veniat ira sup vos ⁊ sup frẽs vestros Sic g̃ agẽtes nõ peccabit̃. Amarias autem sacerdos et pontifex vr̃: in his q̃ ad deũ ꝑtinent ꝑsidebit. Porro çabadias filius hismael qui est dux in domo iuda sup ea opa erit q̃ ad regis officiũ ꝑtinẽt Habetisq̃ mgr̃os leuitas coram vobis ꝯfortamini ⁊ agite diligenter. ⁊ erit dominus vobiscum in bonis.

XX

Post hec ꝯgregati sunt filij moab ⁊ filij ãmon ⁊ cũ eis de ãmonitis ad iosaphat vt pugnarẽt ꝯtra eum. Veneruntq̃ nuncij ⁊ indicauerunt iosaphat dicentes. Venit ꝯtra te multitudo magna de his loc̃ q̃ transmare sunt ⁊ de syria. ⁊ ecce ꝯsistũt in asasonthamar. q̃ est engaddi. Iosaphat autẽ timore ꝑterrit⁹ totuz se ꝯtulit ad rogandũ dñm. et ꝑdicauit ieiuniũ vniuso

iuda. Congregatusq; est iudas ad depre
candū dñm: sed ⁊ oēs de vrbib⁹ suis ve-
nerunt ad obsecrādum euz. Cūq; stetis
set iosaphat in medio cetu iude ⁊ hieru
salem in domo dñi ante atriū nouū ait.
Dñe deus patrū nrōꝝ tu es de⁹ in celo:
⁊ dñaris cunctꝫ regnis gētiuz. In maū
tua est fortitudo ⁊ potētia: nec quisq; ti-
bi pōt resistere. Nōne tu de⁹ nr̄ interfe-
cisti oēs habitatores terre hui⁹ corā po-
pulo tuo isrl̄. ⁊ dedisti eā semini abraam
amici tui in sempiternū? Habitauerūt
q; in ea. ⁊ extruxerunt ī illa scūariuz noī
tuo dicētes: Si irruerint sup nos ma-
la. gladi⁹ iudicij. pestilētia ⁊ fames: stabi
mus corā domo hac in ꝯspectu tuo. in q̄
inuocatū est nomē tuū. ⁊ clamabimus
ad te in tribulationib⁹ nr̄is: ⁊ exaudies
nos saluosq; facies. Nūc igit̄ ecce filij ā-
mon ⁊ moab ⁊ mons seir ꝑ quos nō cō
cessisti isrl̄ vt trāsirent qñ egrediebant̄
de egypto. sz declīauerūt ab eis ⁊ nō int̄
fecerūt illos. ecōtrario agūt et nitūtur
eijcere nos de possessione quā tradidisti
nobis de⁹ nr̄. Ergo nō iudicab̄ eos? In
nobis q̄dez nō est tanta fortitudo vt pos
simus huic mlt̄itudini resistere q̄ irru-
it sup nos: sed cū ignorem⁹ q̄d agere de-
beamus hoc solū hēmus residui vt ocu
los nr̄os dirigam⁹ ad te. Oīs vero iuda
stabat corā dño: cū ꝑuulis ⁊ vxorib⁹ ⁊ li
beris suis. Erat aūt iaçihel fili⁹ çacharie
filij banaie filij iehihel filij mathanie le
uites de filijs asaph: sup quē fact⁹ ē spi-
ritus dñi ī medio turbe. ⁊ ait. Attendite
oīs iuda. ⁊ q̄ habitatꝫ in hierl̄m. ⁊ tu rex
iosaphat. Hec dicit dñs vob̄. Nolite ti-
mere nec paueatꝫ hāc multitudinē. Nō
est enī vr̄a pugna: sz dei. Cras descēdetis
ꝯtra eos. Ascēsuri enī sunt ꝑ cliuū noīe
seis: ⁊ inueīetis illos ī summitate torrē
tis q̄ est ꝯ solitudinē hieruhel. Nō. n. eri
tis vos q̄ dimicabitꝫ: sz tm̄modo ꝯfiden
ter state: ⁊ videbitis auxiliū dñi sup vos
O iuda et hierl̄m nolite timere nec pa-
ueatis. Cras egrediemini ꝯ eos. ⁊ dñs
erit vobiscū. Iosaphat g̊ ⁊ iuda ⁊ oēs ha
bitatores hierl̄m ceciderunt proni ī ter
ram corā dño: ⁊ adorauerunt deuz. Por-
ro leuite de filijs caath et de filijs chore
laudabāt dñm deū isrl̄ voce magna ī ex-
celsum. Cunq; mane surrexissent egres
si sunt ꝑ desertuz thecue. profectisq; eis
stans iosaphat ī medio eoꝝ dixit. Audi-
te me viri iuda: et oēs habitatores hie-
rusalē. Credite in dño deo vr̄o: et securi
eritis: credite ꝓphetis ei⁹. ⁊ cuncta eue-
nient ꝓspera. Deditq; ꝯsiliuz ꝑplo ⁊ sta-
tuit cantores dñi vt laudarēt eū in tur-
mis suis ⁊ antecederēt exercituz. ac vo-
ce ꝯsona dicerēt. Confitemini dño: qm̄
in eternū misericordia ei⁹. Cunq; cepis
sent laudes canere. vertit dñs insidias
eoꝝ in semetip̄os filioꝝ scz āmon ⁊ mo-
ab ⁊ mōtis seir. q̄ egressi fuerant vt pu-
gnarent ꝯ iudā. ⁊ ꝑcussi sunt. Nāq; filij
ammon et moab ꝯsurrexerūt aduersuz
habitatores mōtis seir: vt interficerēt
⁊ delerēt eos. Cunq; hoc ope ꝑpetrassēt
etiā in semetip̄os versi mutuis ꝯcidere
vulneribꝫ. Porro iuda cū venissz ad spe
luncam q̄ respicit solitudinē vidit ꝓcul
oēm late regionē plenā cadaueribꝫ: nec
supesse quenq; q̄ necez potuisset euade-
re. Venit g̊ iosaphat ⁊ oīs ꝑpl̄s cum eo
ad detrahenda spolia mortuoꝝ: inueuerūt
q; inter cadauera variā suppellectilē ve-
stes q̄z ⁊ vasa p̄ciosissima: ⁊ dirupuerūt
ita vt oīa portare nō possent: nec ꝑ tres
dies spolia auferre. pre prede magnitu-
dine. Die autē q̄rto ꝯgregati sunt ī val
le benedictōis. Etenī qm̄ ibi bn̄dixerūt
dño: vocauerunt locū illuz vallis bn̄di-
ctiōis vsq; in pn̄tē diē. Reuersusq; ē oīs
vir iuda ⁊ habitatores hierusalē. ⁊ iosa
phat añ eos ī hierl̄m cū leticia magna.
eo q̄ dedisset eis dñs gaudiū de inimicꝫ
suis. Ingressiq; sunt in hierl̄m cū psal-
terijs ⁊ citharis ⁊ tubis in domuz dñi.
Irruit autē pauor dñi sup vniuersa re
gna terraꝝ: cū audissent q̄ pugnasset do
min⁹ ꝯtra inimicos isrl̄. Quieuitq; re-
gnū iosaphat: ⁊ p̄buit ei dñs pacē ꝑ cir-
cūitum. Regnauit igit̄ iosaphat sup iu
dam. ⁊ erat trigītaq̄nq; annoꝝ cū regna
re cepisset. Viginti aūt ⁊ q̄nq; ānis re-

gnauit in hierusalez. ⁊ nomẽ mr̃is eius
açuba filia selachi. Et ambulauit in via
pr̃is sui asa. nec declinauit ab ea. faciens
que placita erãt coꝝ dño. Cleruntñ ex-
celsa nõ abstulit: ⁊ adhuc pp̃l's non dire
xerat coꝝ suũ ad dñm deũ patrũ suoꝝuz.
Reliq̃ autẽ gestoꝝ iosaphat prioꝝ et no
uissimoꝝ scripta sunt in ꝛbis iehu filij
anani: q̃ digessit in libꝛo regũ isr̃l. Post
hec iniit amicicias iosaphat rex iuda cũ
ochozia rege isr̃l. cui⁹ opa fuerũt impiꝫ
sima: et pticeps fuit vt faceret naues q̃
irent in tharsis: fecerũtq; classem in asi
ongaber. Prophetauit autẽ elieçer filius
dodan de maresa ad iosaphat dicens
Quia habuisti fedus cũ ochozia. pcussit
dñs opa tua: contritecq; sunt naues nec
potuerunt ire in tharsis. XXI

Dormiuit autẽ iosaphat cũ pr̃ibus suis ⁊ sepultus ẽ cũ eis in
ciuitate dauid: regnauitq; ioꝝ
filius ei⁹ pro eo. Qui habuit frẽs filios
iosaphat: açariã ⁊ iahihel ⁊ çachariam ⁊
açariam ⁊ michael ⁊ saphatiaz. Oẽs hi
filij iosaphat reg̃ iuda. Deditq; eis pr̃
suus multa mũera argẽti ⁊ auri. ⁊ pen-
satiões cũ ciuitatibꝫ mũitissimis in iu-
da. regnũ autẽ tradidit ioꝝ eo q̃ eẽt pri
mogenit⁹. Surrexit autẽ ioꝝ sup̃ re-
gnũ pr̃is sui. Cunq; se cõfirmasset. occi
dit oẽs frẽs suos gladio ⁊ quosdã de pr̃
cipibꝫ iuda. Triginta duoꝝ annoꝝũ erat
ioꝝ cuz regnare cepisset. ⁊ octo ãnis re-
gnauit in hierl'm: ambulauitq; in vijs
regũ isr̃l sicut egerat dom⁹ achab. Filia
quippe achab erat uxor ei⁹. Et fecit ma
lũ in ꝛspectu dñi. Voluit aũt dñs disp-
dere domũ dauid ꝓpter pactum q̃ ini-
erat cuz eo. ⁊ q̃ pmiserat vt daret ei lu-
cernã ⁊ filijs ei⁹ in oĩ tpe. In diebꝫ illis
rebellauit edõ ne eẽt subdit⁹ iude: ⁊ con
stituit sibi regẽ. Cunq; trãsiret ioꝝ cuz
principibꝫ suis et cuncto eq̃tatu q̃ erat
secũ: surrexit nocte. ⁊ pcussit edom q̃ se
circũdederat. ⁊ oẽs duces equitat⁹ eius
Attamẽ rebellauit edom. ne eẽt sub diti
one iuda vsq; ad hanc diẽ. Eo tpe ⁊ lob
na recessit: ne eẽt sub manu illi⁹. Dere-
liquerat eũ dñm deũ patrũ suoꝝ insup
⁊ excelsa fabꝛicatus ẽ in vrbibꝫ iuda ⁊ foꝛ
nicari fecit habitatoꝛes hierl'm ⁊ puari
cari iudam. Allate sunt aũt ei littere ab
helia pphẽta: in quibꝫ scriptuz erat. Hec
dicit dñs de⁹ dauid pr̃is tui. Quoniam
nõ ambulasti in vijs iosaphat pr̃is tui
⁊ in vijs asa regis iuda: ꝫ incessisti p iter
regũ isr̃l. ⁊ foꝛnicari fecisti iudaz ⁊ habi-
tatoꝛes hierl'm. imitat⁹ foꝛnicationem
dom⁹ achab: insup ⁊ frẽs tuos domũ pa
tris tui meliozes te occidisti: ecce dñs p
cutiet te plaga magna cũ pp̃lo tuo: et fi
lijs et vxoꝛibꝫ tuis: vniuscuiꝫq; substa tua.
Tu aũt egrotabꝭ pessimo languoꝛe ventri
donec egrediant⁹ vitalia tua paulati per
singl'os dies. Suscitauit ḡ dñs ꝛ ioꝝz
spũm philistinoꝝ ⁊ arabũ qui confines
sunt ethiopibꝫ. ⁊ ascẽderũt in terraz iu-
da ⁊ vastauerũt eaz. Diripuerũtq; cun-
ctam substam q̃ inuẽta est in domo regis
insup ⁊ filios ei⁹ ⁊ vxoꝛes. Nec remãsit
ei fili⁹ nisi ioachaz q̃ minim⁹ natu erat
Et sup hec oĩa pcussit eum dñs alui lan
guoꝛe insanabili. Cũq; diei succederet
dies. ⁊ tẽpoꝝ spacia voluerent⁹. duoꝝ an
noꝝũ expletus est circulus: ⁊ sic lõga cõ-
sumpt⁹ tabe ita vt egereret etiã viscera
sua. languoꝛe piter et vita caruit. Moꝛ-
tuusq; est in infirmitate pessima: ⁊ nõ se
cit ei pp̃l's fm moꝛe cõbustiõis exeq̃as:
sicut fecerat maioꝛibꝫ ei⁹. Triginta duo
rũ annoꝝ fuit cũ regnare cepisset: ⁊ octo
annis regnauit i hierl'm. Ambulauitq;
nõ recte. ⁊ sepelierũt eũ i ciuitate dauid
vruntñ nõ in sepulcro regũ. XXII

Constituerũt autẽ habitatoꝛes
hierusalẽ ochoziã filiũ eius mi
nimũ regẽ p eo. Oẽs enĩ ma-
ioꝛes natu q̃ ante euz fuerãt interfece-
rant latrones arabũ qui irruerãt in ca-
stra. Regnauitq; ochozias filius ioꝝ re
gis iuda. Quadraginta duoꝝ annoꝝum
erat ochozias cũ regnare cepisset ⁊ vno
anno regnauit in hierusalẽ. ⁊ nomẽ ma
tris ei⁹ athalia filia amri. Sed ⁊ ipe in
gressus est p vias dom⁹ achab. Mater
enĩ ei⁹ impulit euz vt impie ageret. Ve-

cit igit malũ in ꝯspectu dñi sicut domus achab. Ipi.n. fuerũt ei ꝯsiliarij p⁹ mortem pris sui in interitũ ei⁹: ambulauitq; in ꝯsilijs eoꝝ. Et ꝑrexit cuꝫ ioꝛã filio achab rege isrl in bellũ ꝯtra asahel regeꝫ syrie in ramoth galaath: vulnerauerũtq; syri ioꝛã. Qui reuersus est vt curaret in ieçrahel. Multas enĩ plagas accepat in sup̃dicto certamĩe. Igit ochoçias filius ioꝛã rex iuda descẽdit vt inuiseret ioram filiũ achab in ieçrahel egrotantem Voluntat; quippe fuit dei adu̇sus ochoçiam. vt veniret ad ioꝛã. ⁊ cuꝫ venisset et egrederet cũ eo adu̇sum iehu filiũ nam si. quẽ vnxit dñs vt deleret domũ achab Cũ g̃ euerteret iehu domũ achab inuenit pr̃icipes iuda ⁊ filios fratrũ ochoçie q̃ mĩstrabant ei: ⁊ interfecit illos. Ipm q̃ꝫ ꝑquirens ochoçiã cõprehendit latitãtem in samaria adductũq; ad se occidit ⁊ sepelierũt euꝫ eo ꝙ eẽt fili⁹ iosaphat. q̃ q̃sierat dñm in toto corde suo Nec erat vltra spes aliq̃: vt de stirpe q̃s regnaret ochoçie. Siquidẽ athalia mr̃ ei⁹ videns ꝙ mortuus eẽt fili⁹ suus: surrexit ⁊ ĩterfecit oẽm stirpem regiã dom⁹ ioꝛã. Porro iosabeth filia regis tulit ioas filiuꝫ ochoçie. ⁊ furata est eũ de medio filioꝛũ regis cũ interficerent absconditq; eũ cuꝫ nutrice sua in cubiculo lectuloꝝ. Iosabeth aũt q̃ abscõderat eũ. erat filia regis ioꝛã vxor ioiade pontific; soror ochoçie. ⁊ idcirco athalia nõ interfecit euꝫ. Fuit g̃ cũ eis ĩ domo dei abscõdit⁹ sex ãnis: q̃bꝫ regnauit athalia sup terrã. XXIII

Anno autẽ septimo ꝯfortat⁹ ioiada assumpsit cẽturiones. açariam videlicꝫ filiũ hieroboam ⁊ hismael filiũ iohãnan. açariã q̃ꝫ filiuꝫ obed. ⁊ maasiã filiũ adaie. ⁊ elisaphat filiũ çechri: ⁊ inijt cũ eis fedus Qui circũeũtes iudã ꝯgregauerũt leuitas de cũctis vrbibꝫ iuda: ⁊ pr̃icipes familiaruꝫ isrl: veneruntq; in hierl'm. Inijt g̃ oĩs ml'titudo pactũ in domo dei cum rege. Dixitq; ad eos ioiada: Ecce filius reg; regnabit sicut locutus est dñs sup filios dauid. Iste est sermo quẽ faciet;. Tertia pars vr̃m qui veniunt ad sabbatũ sacerdotũ ⁊ leuitarũ ⁊ ianitoꝝ erit in portis: tertia vero ꝑs ad domuꝫ regis. ⁊ tertia ad portam q̃ appellat fundamenti. Om̃e vero reliquũ vulgus sit in atrijs dom⁹ dñi. nec quispiã alius ingrediatur domum dñi. nisi sacerdotes ⁊ q̃ ministrant de leuitis. Ipi tm̃modo ingrediant q̃ꝛ scĩficati sunt ⁊ om̃e reliquuꝫ vulgus obseruet custodias dñi. Leuite autẽ circũdẽt regem hñtes singuli arma sua. ⁊ si quis alius ingressus fuerit tẽplum. interficiatur: sintq; cuꝫ rege: ⁊ intrante ⁊ egrediente. Fecerunt g̃ leuite ⁊ vniu̇sus iuda iuxta oĩa q̃ precepat ioiada pontifex. Et assumpserũt singuli viros q̃ sub se erãt ⁊ veniebant ꝑ ordinẽ sabbati cũ his qui impleuerãt sabbatũ. ⁊ egressi erãt. Siquidẽ ioiada pontifex nõ dimiserat abire turmas. q̃ sibi ꝑ singulas hebdomadas succedere ꝯsueuerãt. Deditq; ioiada sacerdos centurionibꝫ lanceas clypeosq; ⁊ peltas regis dauid: q̃s cõsecrauerat in domo dñi. Constituitq; oẽꝫ ppl'm tenẽtiuꝫ pugiones a ꝑte tẽpli dextra vsq; ad ꝑtem tẽpli sinistrã. coꝛã altari ⁊ tẽplo ꝑ circũitum regis. ⁊ eduxerũt filiuꝫ reg; ⁊ imposuerũt ei diadema ⁊ testimonium: dederuntq; in manu ei⁹ tenendã legẽ ⁊ ꝯstituerũt euꝫ regẽ. Vnxit q̃ꝫ illũ ioiada pontifex ⁊ filij ei⁹: imp̃catiq; sunt ei atq; dixerunt: Viuat rex. Qd̃ cuꝫ audisset athalia vocẽ scꝫ currentiũ atꝫ laudantiũ regẽ: ingressa est ad ppl'm ĩ templum dñi. Cunq; vidisset regẽ stantem sup graduꝫ in introitu ⁊ principes turmasq; circa eum. oẽmq; ppl'm terre gaudentẽ atꝫ clangentẽ tub ⁊ diu̇si generis organis ꝯcinentẽ. vocẽq; laudantiũ: scidit vestimẽta sua ⁊ ait: Insidie. insidie. Egressus autẽ ioiada pontifex ad cẽturiones ⁊ pr̃icipes exercitus dixit eis: Educite illã extra septa templi et interficiat foris gladio. Precepitq; sacerdos ne occideret in domo dñi. Et imposuerũt ceruicibꝫ eius manus. Cunq; intrasset portam equoꝝ dom⁹ reg;: interfecerũt eam ibi. Pepigit autẽ ioiada fedus inter se

vniuersumq; ppl'm ⁊ regē: vt eēt ppl'us
dñi. Itaq; ingressus est oīs ppl's domū
baal ⁊ destruxerūt eaz. ⁊ altaria ac simu-
lacra illius ꝯfregerunt: mathan quoq;
sacerdotē baal interfecerūt añ aras. Cō-
stituit autē ioiada p̄positos ī domo dñi:
⁊ sub manib; sacerdotū ⁊ leuitaꝝ quos
distribuit dauid ī domo dñi: vt offerrēt
holocausta dño. sicut scriptuz est in lege
moysi. in gaudio ⁊ cantic;. iuxta dispoſi-
tionē dauid. Cōstituit quoq; ianitores
in port; domus dñi: vt nō ingrederet eā
immūdus in oī re. Assumpsitq; cēturi-
ones ⁊ fortissimos viros. ac pricipes po-
puli ⁊ om̄e vulg⁹ terre: ⁊ fecerūt descen-
dere regē de domo dñi. ⁊ introire p me-
diū porte supioris in domū reg;. ⁊ collo-
cauerūt eū in solio regali. Letatusq; est
oīs ppl's terre: ⁊ vrbs quieuit. Porro a-
thalia interfecta est gladio. XXIIII

Septem annoꝝ erat ioas cuz re-
gnare cepisset: ⁊ q̄dragīta ānis
regnauit in hierl'm. Nomē ma-
tris eius sebia de bersabee Fecitq; qd̄ bo-
num ē corā dño: cunctis dieb; ioiade sa-
cerdot;. Accepit autem ei ioiada vxores
duas: e quib; genuit filios ⁊ filias. Post-
que placuit ioas vt instauraret domuz
dñi: ꝯgregauitq; sacerdotes ⁊ leuitas ⁊
dixit eis: Egredimini ad ciuitates iuda
⁊ colligite de vniuso isrl' pecuniaz ad sar-
tatecta templi dei nr̄i p singulos ānos
festinatoq; hoc facite. Porro leuite ege-
re negligētius. Vocauitq; rex ioiadam
principem ⁊ dixit ei: Quare tibi nō fuit
cure vt cogeres leuitas inferre de iuda
⁊ de hierl'm pecuniā q̄ cōstituta ē a moy-
se seruo dñi: vt inferret eā oīs multitu-
do isrl' in tabernaculū testimonij: Atha-
lia enī impijssima ⁊ filij eius destruxerūt
domū dei. ⁊ de vniuſis q̄ scīficata fuerāt
in templo dñi. ornauerūt phanuz baa-
lim. Precepit g̊ rex ⁊ fecerunt arcā: posu-
eruntq; eā iuxta portā dñi forinsec⁹. Et
p̄dicatum est in iuda ⁊ hierl'm. vt defer-
rent singuli p̄ciuz dño qd̄ ꝯstituit moy-
ses ſuus dei sup oēm isrl' in deserto. Le-
tatiq; sunt cūcti pricipes ⁊ oīs ppl's. ⁊ in-
gressi ꝯtulerūt in arcā dñi atz miserunt
ita vt impleret. Cunq; tp̄s eēt vt defer-
rent arcā corā rege p manus leuitaꝝ. vi-
debant enī multā pecuniā: ingrediebat
scriba reg; ⁊ quē prim⁹ sacerdos ꝯstitu-
erat: effundebātq; pecuniaz q̄ erat ī arca
Porro arcā reportabant ad locū suum
sicq; faciebāt p singulos dies. Et cōgre-
gata ē infinita pecunia: quā dederūt rex ⁊
ioiada his q̄ p̄erāt opib; dom⁹ dñi. At il-
li ꝯducebāt ex ea cesores lapidū ⁊ artifi-
ces opeꝝ singuloꝝ: vt instaurarēt domū
dñi fabros quoq; ferri et eris: vt qd̄ ca-
dere cepat fulciret. Egerūtq; hi q̄ opera-
bant industrie. ⁊ obducebat parietū ci-
catrix p man⁹ eoꝝ: ac suscitauerūt domū
dñi in statū pristinū. ⁊ firmiter eaz stare
fecerunt. Cunq; cōplessent oīa opa. de-
tulerunt corā rege ⁊ ioiada reliquā p̄tē
pecunie: de q̄ facta sunt vasa tēpli in mi-
nisteriū ad holocausta: phiale quoq; ⁊ ce-
tera vasa aurea ⁊ argentea. Et offerebā-
tur holocausta in domo dñi iugit cūctis
dieb; ioiade. Senuit autē ioiada plen⁹
dieꝝ. ⁊ mortu⁹ est cū cētuz triginta esset
annoꝝ: sepelierūtq; euz ī ciuitate dauid
cū regib;. eo q̄ fecisset bonū cū isrl' ⁊ cuz
domo ei⁹. Postq̄ autez obijt ioiada: in-
gressi sunt pricipes iuda. et adorauerūt
regē. Qui delinit⁹ obsequijs eoꝝ acq̄e-
uit eis. Et dereliq̄rūt tēpluz dñi dei pa-
trū suoꝝ. ſuierūtq; lucis ⁊ sculptilib;. ⁊
facta ē ira dñi ꝯtra iudā ⁊ hierl'm ꝓpter
hoc peccatū. Mittebatq; eis ꝓphetas vt
reuerterent ad dñm: quos ꝓtestātes il-
li audire nolebant. Spirit⁹ itaq; dei in-
duit çachariā filiū ioiade sacerdotem. ⁊
stetit in ꝯspectu ppl'i ⁊ dixit eis. Hec di-
cit deus. Quare trāsgredimini p̄ceptuz
dñi qd̄ vobis nō proderit. ⁊ dereliquist;
dñm vt derelinq̄ret vos? Qui ꝯgrega-
ti adūsus eum miserūt lapides iuxta re-
gis impium: in atrio domus dñi Et nō
est recordat⁹ ioas rex misericordie quaz
fecerat ioiada pt̄ illius secū: ſz interfecit
filiū eius. Qui cū moreret ait. Videat
dñs ⁊ req̄rat. Cūq; euolut⁹ eēt ān⁹ ascē-
dit ꝯtra eū exercit⁹ syrie: venitq; in iudā

⁊ hierl'm ⁊ interfecit cunctos principes
ppl'i: atq; vniuersam p̄dam miserūt regi in
damascū. Et certe cum p̄modicus venis
set numer⁹ syrior⁹. tradidit dn̄s ī maib⁹
eor⁹ infinitā multitudinē eo q̄ dereliq̄s
sent dn̄m deū patr⁹ suor⁹. In ioas q̄z ig
nomīosa exercuere iudicia: ⁊ abeūtes di
miserūt eū in lāguorib⁹ magnis. Sur
rexerūt autē ꝯ eum ꝯ sui sui in vltiōem san
guinis çacharie filij ioiade sacerdotis: ⁊
occiderūt eū in lectulo suo ⁊ mortu⁹ est
sepelierūtq; eū in ciuitate dauid. sz non
in sepulcris regū. Insidiati vero sunt ei
çabath fili⁹ semath āmanitidis: et ioça
bath fili⁹ semarith moabitidis. Porro
filij ei⁹ ac summa pecūie q̄ adunata fue
rat sub eo. ⁊ instauratio domus dei scri
pta sunt diligēti⁹ in libro regū. Regna
uit aūt amasias fili⁹ ei⁹ p̄ eo. XXV

Vigintiquinq; annor⁹ erat ama
sias cum regnare cepisset. ⁊ vigī
tinouē annis regnauit ī hierl'm
Nomē mr̄is eius ioiaden de hierusalē:
Fecitq; bonū in conspectu dn̄i: veruntn̄
nō in corde p̄fecto. Cunq; roboratū sibi
videret imp̄ium. iugulauit ꝯuos q̄ oc
ciderant regē p̄rem suū: sz filios eor⁹ nō
interfecit. sicut scriptū est in libro legis
moysi: vbi p̄cepit dn̄s dicēs: Nō occidē
tur p̄res p̄ filijs. neq; filij p̄ p̄ribus suis
sed vnusq̄sq; in suo pctō morieť. Cōgre
gauit igiť amasias iudā. ⁊ ꝯstituit eos p̄
familias. tribunosq; ⁊ cēturiones ī vni
uerso iuda ⁊ beniamin. ⁊ recensuit a vi
ginti ānis sursum. inuenitq; triginta mi
lia iuuenū qui egrederenť ad pugnaz ⁊
tenerēt hastā ⁊ clypeū. Mercede q̄z con
duxit de isrl' cētū milia robustor⁹. cētum
talētis argenti. Venit autē hō dei ad il
lum ⁊ ait: O rex. ne egrediať tecū exerci
tus isrl'. Nō est enī dn̄s cū isrl'. ⁊ cunctis
filijs ephraim. Q; si putas in robore ex
ercitus bella cōsistere: supari te faciet de
us ab hostib⁹. Dei qui ꝑpe est ⁊ adiuuare
⁊ in fugam ꝯuertere. Dixitq; amasias
ad hoīem dei. Quid ḡ fiet de cētum talē
tis q̄ dedi militib⁹ israel? Et rn̄dit ei ho
mo dei: Habet dn̄s vnde tibi dare possit
multo his plura. Sep̄auit itaq; amasi
as exercitū qui venerat ad eum ex ephra
im: vt reuerteret in locum suum. At illi
contra iudā vehemēter irati: reuersi sunt
in regionē suā. Porro amasias cōfiden
ter eduxit ppl'm suum. ⁊ abijt in vallem
salinarum: p̄cussitq; filios seir decem mi
lia. Et alia decē milia viror⁹ ceperūt filij
iuda: ⁊ adduxerūt ad preruptū cuiusdam
petre: p̄cipitauerūtq; eos de summo in p̄
ceps: qui vniuersi crepuerunt. At ille ex
ercitus quē remiserat amasias ne secum
iret ad p̄liu: diffusus est in ciuitatibus
iuda. a samaria vsq; bethoron: ⁊ interfe
ctis trib⁹ milib⁹ diripuit p̄dam magnā
Amasias q̄z post cedem idumeor⁹ ⁊ alla
tos deos filior⁹ seir. statuit illos in deos
sibi. ⁊ adorabat eos: ⁊ illis adolebat in
censum. Quāobrē iratus dn̄s ꝯ amasi
am: misit ad illum ꝓphetam q̄ diceret ei:
Cur adorasti deos q̄ nō liberauerunt po
pulū suum de manu tua? Cunq; hec ille
loq̄reť. rn̄dit ei: Nū cōsiliari⁹ regis es?
Quiesce ne interficiā te. Descēdensq;
ꝓpheta: scio inq̄t q̄ cogitauerit dn̄s occi
dere te: q̄ ⁊ fecisti hoc malū. ⁊ insup̄ nō ac
quieuisti cōsilio meo. Igiť amasias rex
iuda inito pessimo consilio: misit ad io
as filiū ioachaç filij iehu regē isrl' dicēs
Veni videamus nos mutuo. At ille re
misit nuncios dicens: Carduus qui est
in libano. misit ad cedrum libani dicēs
Da filiam tuam filio meo vxorem. Et
ecce bestie que erant in silua libani: trā
sierunt ⁊ cōculcauerunt carduum. Dixi
sti. p̄cussi edom: ⁊ idcirco erigiť cor tuum
in superbiam. Sede in domo tua. Cur
malum aduersum te prouocas: vt cadas
⁊ tu ⁊ iudas tecum? Noluit audire ama
sias: eo q̄ dn̄i esset volūtas: vt traderet
in manus hostium propter deos edom.
Ascendit igitur ioas rex israel. ⁊ mutu
os sibi p̄buere cōspectus. Amasias aūt
rex iuda erat in bethsames iude. Corru
itq; iudas coram israel: ⁊ fugit in taber
nacula sua. Porro amasiam regem iu
da filium ioas filij ioachaç cepit ioas rex
israel in bethsames ⁊ adduxit in hierl'm

destruxitq; murũ eius a porta ephraim
vsq; ad portã anguli q̃dringentis cubi-
tis. Om̃e quoq; aurũ ⁊ argẽtum ⁊ vni-
uersa vasa q̃ reppererat in domo dei. ⁊ a-
pud obededom. in thesauris etiaz dom⁹
regie. necnõ ⁊ filios obsiduz reduxit in
samariã. Vixit autẽ amasias filius ioas
rex iuda postq̃ mortuus est ioas fili⁹ io
achaç rex isrl'. quindecim ãnis. Reliqua
autẽ ſmonũ amasie prior ⁊ nouissimo-
rũ scripta sunt in libro regũ iuda ⁊ isrl'.
Qui postq̃ recessit a dño: tetẽderunt ei
insidias in hierusalẽ. Cunq; fugisset la-
chis. miserũt ⁊ interfecerũt eum ibi: re
portantesq; sup equos sepelierũt eũ cuz
p̃ribus suis ĩ ciuitate dauid. XXVI

Omnis aũt ppl's iuda filiuz eius
oçiam ãnor sedecim ꝯstituit re
gem ꝓ amasia p̃re suo. Ip̃e edi
ficauit ahilat ⁊ restituit eã ditioni iude
postq̃ dormiuit rex cũ p̃rib⁹ suis. Sede
cim annor erat oçias cũ regnare cepis-
set: ⁊ q̃nquagintaduob⁹ ãnis regnauit ĩ
hierusalẽ. Nomẽ m̃ris ei⁹ iecelia de hie
rusalem. Fecitq; qd̃ erat rectũ in oculis
dñi iuxta oĩa q̃ fecerat amasias p̃r eius:
⁊ exq̃siuit dñm in dieb⁹ çacharie intelli
gentis ⁊ vidẽtis deum. Cunq; req̃reret
dñm direxit eũ in oĩb⁹. Deniq; egressus
est ⁊ pug̃uit ꝯ philistijm: ⁊ destruxit mu
rũ geth. ⁊ murũ iamnie. murũq; açoti.
Edificauit q̃z oppida ĩ açoto ⁊ philistijz.
⁊ adiuuit eũ de⁹ ꝯ philistijm et ꝯ arabes
q̃ habitabãt in gurbaal. et ꝯ ãmonitas.
Appendebantq; ãmonite mũera oçie. ⁊
diuulgatuz est nomẽ ei⁹ vsq; ad introi-
tum egypti ꝓpter crebras victorias. E-
dificauitq; oçias turres in hierl'm sup
portã anguli. ⁊ sup portã vallis. ⁊ reliq̃s
in eodẽ muri latere. firmauitq; eas. Ex
truxitq; turres in solitudĩe. ⁊ effudit ci
sternas pl'imas eo q̃ h̃ret multa pecora
tam in campestrib⁹ q̃z in heremi vastita
te. Vineas q̃z habuit ⁊ vinitores ĩ mõ-
tibus ⁊ ĩ carmelo. Erat quippe hõ agri-
culture dedit⁹. Fuit autẽ exercitus bella
torũ eius q̃ procedebãt ad p̃lia sub ma-
nu iehihel scribe. maasieq; doctoris. ⁊ sub
manu ananie qui erat de ducib⁹ regis.
Om̃isq; numerus principum ꝑ famili
as suas viror fortium duorum miliuz
sexcentor. ⁊ sub eis vninersus exercit⁹
trecẽtorũ ⁊ septẽ miliũ quingentorũ. q̃
erant apti ad bella: ⁊ ꝓ rege ꝯ adu̇sarios
dimicabãt. Prepauit q̃z eis oçias idest
cuncto exercitui clypeos ⁊ hastas ⁊ gale
as ⁊ loricas. arcusq; ⁊ fundas ad iacien-
dos lapides: ⁊ fecit in hierl'm diuersi ge
neris machinas q̃s ĩ turrib⁹ collocauit
⁊ in angulis muror: vt mitterent sagit
tas ⁊ saxa grandia. Egressumq; ẽ nomẽ
ei⁹ ꝓcul: eo q̃ auxiliaret ei dñs et corro
borasset illũ. Sed cũ roborat⁹ eẽt eleua-
tũ est cor eius in interitũ suũ ⁊ neglexit
dñm deũ suũ: ingressusq; templuz dñi:
adolere voluit incẽsum sup altare thy-
miamatis. Statimq; ingressus post eũ
açarias sacerdos: ⁊ cũ eo sacerdotes do-
mini octogĩta viri fortissimi. restiterũt
regi atq; dixerũt: Nõ est tui officij oçia.
vt adoleas incẽsum dño sed sacerdotũ.
hoc est filior aaron qui ꝯsecrati sunt ad
huiuscemodi ministeriũ. Egredere de
scũcrio. ne ꝯtẽpseris: q̃z nõ reputabit ti
bi in gloriã hoc a dño deo. Iratusq; oçi-
as ⁊ tenens in manu thuribulũ vt ado
leret incẽsum: minabatur sacerdotibus
Statimq; orta est lepra in fronte ei⁹ co
ram sacerdotibus in domo dñi: super al
tare thymiamatis. Cunq; respexisset eũ
açarias pontifex. ⁊ omnes reliqui sacer-
dotes viderunt lepram in fronte eius.
⁊ festinato expulerũt eum. Sed ⁊ ip̃e ꝑ
territus accelerauit egredi. eo q̃ sensis-
set ilico plagam dñi. Fuit igit̃ oçias rex
leprosus vsq; ad diem mortis sue. ⁊ ha-
bitauit in domo separata. plenus lepra
ob quam eiectus fuerat de domo domi-
ni. Porro ioathan filius eius rexit do-
mum regis ⁊ iudicauit populum terre.
Reliqua autẽ ſmonum oçie prior ⁊ no
uissimor scripsit esaias filius amos ꝓ-
pheta. Dormiuitq; oçias cũ p̃rib⁹ suis.
⁊ sepelierunt eum in agro regaliũ sepul
crorum eo q̃ esset leprosus. regnauitq;
ioathan filius eius pro eo.

Viginti q̄nq̄z annoꝝ XXVII
erat ioathan cū regnare cepissz
⁊ sedecim ānis regnauit in hie-
rusalē. Nomē mr̄is eius hierusa filia sa-
doch. Fecitq̄z qd̄ rectū erat corā dn̄o iu-
xta oīa q̄ fecerat oc̄ias pr̄ su⁹: excepto q̄
nō est ingressus tēpluz dn̄i ⁊ adhuc po-
pulus delinq̄bat. Ip̄e edificauit portaz
domus dn̄i excelsaz ⁊ in muro ophel mlt̄
ta ꝯstruxit. Urbes q̄z edificauit in mōti-
bus iuda: ⁊ in saltibus castella ⁊ turres
Ip̄e pugnauit ꝯ regē filioꝝ āmon ⁊ vi-
cit eū. Dederuntq̄z ei filij āmon in tp̄e
illo cētum talēta argēti. ⁊ decē milia cho-
xerxem regē perſarum. Epiſtola aūt accu⁄
ſatōis ſcripta erat ſyriace. et legebat̄ ſer
mone ſyro. Reū beelthleem ⁊ ſamſai ſcri
ba ſcripſerūt epiſtolā vnā de hieruſalez
artaxerxi regi huiuſcemodi. Reum bel
theem et ſamſai ſcriba et reliq̄ cōſiliato
res eoruz. dynei et apharſathei. tharpha
lei. arphaſei. herchuei. babylonij: ſuſan⁄
nachei. dyei et elamite. et ceteri de gēti⁄
bus quas trāſtulit aſſennaphar magn⁹
et gloriosus. ⁊ habitare eas fecit in ciui
tatib⁹ ſamarie. ⁊ in reliquis regionibus
trans flumē in pace. Hoc eſt exemplar
epiſtole quā miſerūt ad eū. Artaxerxi re
gi ſerui tui viri qui ſunt trans fluuiū.
ſalutem dicunt: Notuz ſit regi: q̄z iudei
qui aſcenderūt a te ad nos venerunt in
hieruſalē ciuitatē rebellē ⁊ peſſimā: quā
edificāt extruentes muros eius et arie
tes cōponentes.. Nūc igit̄ notum ſit re
gi: q̄z ſi ciuitas illa edificata fuerit ⁊ mu
ri eius inſtaurati. tributū et vectigal et
ānuos redditus nō dabūt. ⁊ vſq; ad re
ges hec nora pueniet. Nos g̃ memores
ſalis q̄d in palatio comedimus. et q̄z le
ſiones regis videre nephas ducim⁹ id⁄
circo miſimus ⁊ nūciauimus regi vt re
cenſeas in libris hiſtoriarū patrū tuor̄
⁊ inuenies ſcriptū in cōmētarijſ. ⁊ ſcies
q̄m vbs illa vbs rebellis eſt et nocens
regib⁹ et puncijs ⁊ bella cōcitant̄ in ea
ex diebꝫ antiquis: quāobrē et ciuitas il⁄
la dſtructa eſt. Nūciamus nos regi: q̄m
ſi ciuitas illa edificata fuerit ⁊ muri ip̄i
us inſtaurati: poſſeſſionē trans fluuiuz
Nō habebis. Clerbū miſit rex ad reū be⁄
elthem et ſamſai ſcribā. et ad reliquos
qui erāt in conſilio eor̄ habitatores ſa⁄
marie et ceteris trans fluuiū. ſalutē di⁄
cens et pacē: Accuſationez quā miſiſtis
ad nos. manifeſte lecta eſt coram me. et a
me p̄ceptū eſt. et recēſuerunt: inuene
runtq; q̄m ciuitas illa a diebꝫ antiquis
aduerſum reges rebellat. ⁊ ſeditiones ⁊
plia cōcitant̄ in ea. Nā et reges fortiſſi⁄
mi fuerūt in hieruſalez qui et dñati ſūt
omī regioni que trans fluuiuz eſt. Tri⁄
butū q̄z et vectigal et redditus accipie⁄
bant. Nūc ergo audite ſententiā. p̄eo⁄
hibeatis viros illos vt vbs illa nō edi⁄
ficetur: donec ſi forte a me iuſſuz fuerit.
Videte ne negligēter h̄ impleat̄ ⁊ pau
latim creſcat malū ptra reges. Itaq; ex
emplū edicti artaxerxis regis lectū ē co
ram reum beelthem ⁊ ſamſai ſcriba et
conſiliarijs eoruz. Et abierūt feſtini in
hierl'm ad iudeos. ⁊ phibuerunt eos in
brachio et robore. Tūc intermiſſum eſt
opus domus dñi in hierl'm. ⁊ nō fiebat
vſq; ad ānū ſcōm regni darij regis perſarū

V

Rophetauerūt aūt ag⁄
geus pphēta ⁊ zacharias filius
addo pphetātes ad iudeos qui
erāt in iuda et hieruſalem et in nomine dei
iſrael. Tūc ſurrexerūt zorobabel filius ſa⁄
lathiel et ioſue filius ioſedech. ⁊ cepērūt
edificare templū dñi in hierl'm. ⁊ cū eis
pphēte dei adiuuātes eos. In ipo autez
tpe venit ad eos thātannai qui erat dux
trans flumē et ſtarbuzānai et cōſiliarij
eor̄. ſicq; dixerūt eis: Quis dedit vobis
ꝑſiliū vt domū hāc edificaretis ⁊ muros
eius inſtauraretis: Ad q̄d rndim⁹ eis q̄
eſſent noīa virōm autorū edificatōis illi
us. Oculus aūt dei eor̄ factus ē ſup ſe⁄
nes iudeor̄. ⁊ nō potuerūt inhibere eos
Placuitq; vt res ad darium referret̄. ⁊
tūc ſatisfacerēt aduerſus accuſatōnem
illā. Exemplar epiſtole quam miſit thā
tannai dux regionis trans flumē ⁊ ſtar

bucannai et cõsiliatores eius apharsa/thei qui erãt trãs flumẽ.ad darũ regez. Sermo quẽ miserãt ei sic scriptus erat Dario regi pax omis. Notũ sit regi isse nos ad iudeã ꝓuinciã ad domũ dei ma/gni que edificat lapide impolito ⁊ ligna ponunt in parietib⁹.opusq illud diligẽ ter extruit et crescit in manib⁹ eor. Jn terrogauimus ergo senes illos.⁊ ita di ximus eis: Quis dedit vobis potestatez vt domũ hanc edificaretis ⁊ muros hoꝰ instauraretis: Sed ⁊ noia eor quesiui mus ab eis vt nũciaremus tibi:scripsi/musq noia eorum virorũ qui sunt prin/cipes in eis: Huiuscemodi aũt sermonẽ tulerunt nobis dicẽtes: Nos sumꝰ ser/ui dei celi et terre.⁊ edificamus templũ quod erat extructũ ante hos annos mlꝰ tos.quodq rex isrl magnus edificaue/rat et extruxerat. Postq aũt ad iracũdi am puocauerũt patres nri deũ celi.tra/didit eos in manus nabuchodonosor re gis babylonis chaldei:domũ q hanc de struxit.⁊ pplm eius transtulit in babylo nẽ: Anno aũt primo cyri regis. cyrus rex babylõis ꝓposuit edictũ vt domꝰ dei edi ficaret. Jta et vasa tẽpli dei aurea ⁊ argẽ tea q nabuchodonosor tulerat de tẽplo qd erat in hierlm et asportauerat ea in in templuz babylonis ꝓtulit cyrus rex de tẽplo babylonis.et data sunt sasaba/sar vocabulo.quẽ ⁊ principez ꝓstituit di xitq ei: Hec vasa tolle et vade. et pone ea in tẽplo quod ẽ in hierlm.⁊ domꝰ dei edificet in loco suo. Tũc itaq sasabasar ille venit. et posuit fundamẽta tẽpli dei in hierusalẽ. ⁊ ex eo tpe vsq nũc edifica tur et necdũ completũ est. Nunc g si vi detur regi bonũ.recenseat in bibliothꝫca regis que est in babylone. vtrũ naz a cy ro rege iussuz fuerit vt edificaret domꝰ dei in hierusalẽ.et voluntatez regis sup hac re mittat ad nos. VI

Tunc darius rex ꝓcepit et recen fuerunt in bibliothꝫca librorũ qui erant repositi in babylone.et inuen tum est in egbathanis qd est castruz in medena ꝓuincia:volumen vnuz:talisq scriptus erat in eo cõmentarius. Anno ꝓmo cyri regis.cyrus rex ꝺcreuit vt domꝰ dei edificaret que est in hierusalez in lo/co vbi ĩmolant hostias:et vt ponãt fun/damenta supportantia altitudinẽ cubi/torũ sexaginta.et latitudinẽ cubitorum sexaginta:ordines de lapidib⁹ impolitis tres.et sic ordines de lignis nouis. Sũ ptus autẽ de domo regis dabunt. Sed et vasa tẽpli dei aurea et argẽtea que na buchodonosor tulerat de templo hieru/salem.et attulerat ea in babylonez.red/dantur et referant in templũ hierusalẽ in locũ suum que et posita sunt in tem/plo dei. Nũc ergo thatannai dux regio/nis que ẽ trans flumẽ ⁊ starbuçannai ⁊ ꝓsiliarij vestri apharsathei qui estis trãs flumẽ ꝓcul recedite ab illis.⁊ dimittite fieri templũ dei illud a duce iudeorũ et a senioribus eor.et domus dei illa edifice tur in loco suo. Sed et a me ꝓceptũ est quid oporteat fieri a ꝓsbyteris iudeorum illis vt edificet domus dei .s. vt de arca regis.i.de tributis q ue dant de regione trãs flumen studiose sumptus dent vi ris illis ne impediat opus. Qd si nece fuerit et vitulos ⁊ agnos ⁊ hedos in ho locaustũ deo celi.frumentũ:sal. vinũ et oleũ ꝟm ritũ sacerdotũ qui sunt in hie/rusalẽ det eis per singulos dies.ne sit in aliquo querimonia.et offerãt oblatões deo celi.orentq ꝓ vita regis et filiorum eius. A me ergo positũ ẽ decretũ vt oĩs hõ qui hãc mutauerit iussionẽ.tollat li gnũ de domo ipius et erigat ⁊ cõfigat in eo:domus aũt eius publicet. Deus au tem qui habitare fecit nomẽ suũ ibi dis sipet oĩa regna ⁊ pplm qui extẽderit ma nũ suã:vt repugnet ⁊ dissipet domũ dei illam que est in hierlm. Ego darius sta tui decretum:qd studiose impleri volo Jgit thatannai dux regionis trans flu mẽ ⁊ starbuçãnai et cõsiliarij eius ꝟm q ꝓcepat darius rex sic diligenter executi sunt. Seniores aũt iudeor edificabant et ꝓsperabant iuxta pphetiã aggei ꝓphe/te et çacharie filij addo Et edificauerũt ⁊ cõstruxerũt iubẽte deo israel.⁊ iubente

cyro et dario et artaxerxe regibꝫ ꝑsarũ. ⁊
cõpleuerũt domũ dei istã vsq̃ ad diẽ ter
tiũ mensis adar qui est ãnus sextus re/
gni darij regis. Fecerũt aũt filij isrl̃ sa/
cerdotes et leuite ⁊ reliqui filiorũ trans
migratõis dedicationẽ domꝰ dei in gau/
dio ⁊ obtulerunt in dedicatione domus
dei. vitulos centum. arietes ducentos
agnos quadringẽtos: hircos caprarũ ꝓ
peccato totius isrl̃ duodecim iuxta nu/
merũ tribuũ isrl̃. Et statuerunt sacerdo
tes in ordinibꝫ suis et leuitas in vicibꝫ
suis sup̃ opa dei in hierusalem: sicut scri
ptũ est in libro moysi. Fecerũt autẽ filij
transmigratõis pasca quartadecima die
mensis primi. Purificati enĩ fuerãt sa
cerdotes et leuite q̃si vnus: oẽs muudi
ad ĩmolandũ pasca vniũsis filijs trans/
migratõis ⁊ frĩbꝫ suis sacerdotibꝫ. ⁊ sibi
Et comederũt filij isrl̃ q̃ reuersi fuerãt
de trãsmigratõe. et oẽs qui se sep̃auerãt
a coinquinatione gentiuꝫ terre ad eos
vt quererẽt dñm deũ isrl̃. Et fecerũt sol
lẽnitatẽ açymoruꝫ septẽ diebꝫ in leticia:
qm̃ letificauerat eos dñs. ⁊ conuerterat
cor regis assur ad eos vt adiuuaret ma/
nus eoꝝ in ope domꝰ dñi dei isrl̃. VII

Post hec aũt verba in regno arta
xerxis regis ꝑsarum. esdras fi/
liꝰ saraie. filij açarie. filij helchie
filij sellum. filij sadoch. filij achitob. filij
amarie. filij açarie. filij maraioth. filij ça
rie filij oçi. filij bocci. filij abisue. filij phi
nees. filij eleaçar. filij aaron. sacerdotis
ab initio: ip̃e esdras ascẽdit de babylone
et ip̃e scriba velox in lege moysi. quã do/
minus deꝰ dedit isrl̃. Et dedit ei rex ꝑm
manũ dñi dei eius bonã sup̃ eũ oẽm pe/
titionẽ eius. Et ascẽderũt de filijs isrl̃ ⁊
de filijs sacerdotũ ⁊ de filijs leuitaruꝫ et
de cantoribꝫ et de ianitoribꝫ ⁊ de nathin
neis in hierl̃m ãno septimo artaxerxis
regis. et venerũt in hierusalẽ mẽse qui/
to: ip̃e ẽ annus septimꝰ regis: Quia in
primo die mẽsis primi. cepit ascendere
de babylone. ⁊ in primo die mensis quĩ
ti venit in hierusalẽ iuxta manuꝫ dei sui
bonam sup̃ se. Esdras autez parauit cor
suũ vt inuestigaret legẽ dñi: et faceret ⁊
doceret in isrl̃ preceptũ et iudiciũ. Hoc
est aũt exemplar epistole edicti. quod de
dit rex artaxerxes esdre sacerdoti scribe
erudito in sermonibꝫ ⁊ p̃ceptis dñi. ⁊ ce
rimonijs eius in isrl̃. Artaxerxes rex re/
gum. esdre sacerdoti. scribe legis dei celi
doctissimo salutẽ. A me decretũ ẽ vt cui/
cũq̃ placuerit in regno meo de ꝓplo isrl̃
et de sacerdotibꝫ eius et de leuitis ire in
hierusalẽ. tecũ vadat. A facie eniꝫ regis
et septem consiliatorũ eius missus es
vt visites iudeã et hierusalẽ. in lege dei
tui que est in manu tua. et vt feras argẽ
tum et aurũ quod rex et ꝯsiliatores eiꝰ
sponte obtulerũt deo isrl̃: cuius in hieru
salẽ tabernaculũ est. Et om̃e argentũ et
aurũ q̃dcũq̃ inueneris in vniuersa pro
uincia babylonis ⁊ ꝓplus offerre volue
rit. et de sacerdotibꝫ qui spõte obtulerit
domui dei sui q̃ est in hierl̃m. libere acci/
pe. et studiose eme de hac pecunia vitu/
los arietes. agnos et sacrificia ⁊ libami/
na eoꝝ. et offer ea sup̃ altare templi dei
vestri qnod est in hierl̃m. Sꝫ ⁊ si quid
tibi et frĩbꝫ tuis placuerit de reliquo ar/
gẽto et auro vt faciatis iuxta volũtatez
dei vr̃i facite. Vasa q̃ꝫ q̃ dant̃ tibi in mi/
steriũ domus dei tui: trade in conspectu
dei in hierusalẽ. Sed ⁊ cetera quibꝫ opꝰ
fuerit in domũ dei tui: quantũcunq̃ ne
cesse est vt expẽdas. dabis de thesauro ⁊
de fisco regis ⁊ a me. Ego artaxerxes rex
statui atq̃ decreui omĩbꝫ custodibꝫ arce
publice q̃ sũt trãs flumẽ. vt q̃dcũq̃ pe/
tierit a vobis esdras sacerdos scriba le/
gis dei celi absq̃ mora detꝫ vsq̃ ad argẽ/
ti talenta centũ. et vsq̃ ad frumẽti cho/
ros centũ ⁊ vsq̃ ad vini bathos centuꝫ.
et vsq̃ ad bathos olei centũ. sal vero abs
q̃ mẽsura. Om̃e quod ad ritũ dei celi p̃
tinet: tribuat̃ diligẽter in domo dei celi:
ne forte irascat̃ cõtra regnũ regis et fili/
orum eius. Vobis q̃ꝫ notũ facimus de
vniuersis sacerdotibꝫ ⁊ leuitis. cãtoribꝫ
et ianitoribꝫ nathinneis ⁊ ministris do
mus dei huiꝰ vt vectigal ⁊ tributũ ⁊ an/
nonas nõ habeatis ptãtez imponẽdi su

per eos. Tu aũt esdra ſm ſapiẽtiam dei
tui que eſt in manu tua. ꝯſtitue iudices
et p̃ſides vt iudicẽt oĩ ꝑplo qui eſt trans
flumẽ: his videlicet qui nouerunt legẽ
dei tui. ſed et imperitos docete libere. Et
oĩs qui nõ fecerit legẽ dei tui ⁊ legẽ regꝫ
diligenter: iudiciũ erit ꝺ eo ſiue in mor
tẽ. ſiue in exiliũ. ſiue in ꝯdẽnationẽ ſub
ſtãtie eius: vel certe in carcerez. Et dixit
esdras ſcriba: Bñdictus dñs deꝰ patruz
nr̃oꝝ qui dedit hoc in corde regis vt glo
rificaret domũ dñi que eſt in hierl'm. et
in me inclinauit miſericordiã ſuã coraz
rege et conſiliatoribus eius et vniuer
ſis principibꝫ regis potẽtibꝫ Et ego con
fortatus manu dñi dei mei q̃ erat in me
congregaui de iſrael principes qui aſcen
derunt mecum.

VIII

Hi ſunt ḡ p̃ricipes familiaꝝ ⁊ ge
nealogia eoruz qui aſcẽderunt
mecũ in regno artaxerxis regis
de babylone. De filijs phinees: gerſon.
de filijs ythamar: daniel: De filijs da
uid: attus. De filijs ſechenie. ⁊ de filijs
pharos: çachariaſ. ⁊ cũ eo numerati ſũt
viri centũ quinquagĩta. De filijs phet
moab. elioenai filiꝰ çaree. ⁊ cũ eo ducẽti
viri. De filijs ſechenie: filius eçechiel. ⁊
cum eo trecẽti viri. De filijs addan. na
beth filius ionathã. ⁊ cũ eo quinq̃ginta
viri. De filijs helã. eſaias filiꝰ athalie. et
cũ eo ſeptuaginta viri. De filijs ſaphatie.
çebedia filius michael. ⁊ cuz eo octo
gĩta viri. De filijs ioab. obedia filiꝰ ihei
hel et cũ eo ducẽti decẽ octo viri. De fili
is ſelomith. filius ioſphie. et cũ eo cen
tũ ſexaginta viri. De filijs bebai. çacha
rias filius bebai. et cũ eo vigintiocto vi
ri. De filijs eçeab. iohannan filius eçe
than. et cũ eo centũ decẽ viri. De filijs
adonicã q̃ erãt nouiſſimi. ⁊ hec noĩa eoꝝ
heliphelet h et heihel ⁊ ſamaias. ⁊ cũ eis
ſexagĩta viri. De filijs beggui: vthai et
çachur. et cũ eis ſeptuagĩta viri. Cõgre
gaui aũt eoſ ad fluuium qui decurrit ad
hana. et mãſimus ibi tribꝫ diebꝫ. Que
ſiuiq̃ in ꝑplo et in ſacerdotibꝫ ꝺ filijs le
ui. et nõ inueni ibi. Itaq̃ miſi heliçer ⁊
ariel et ſemeam ⁊ helnathan et arib ⁊ al
terũ helnathan et nathã et çachariã et
meſollã p̃ncipes. ⁊ ioarib ⁊ helnathan: ſa
pientes. et miſi eos ad heddo q̃ ẽ primꝰ
in caſphie loco. Et poſui in ore eoꝝ vba
q̃ loquerẽt ad heddo ⁊ ad frẽs eiꝰ nathĩ
neos in loco caſphie. vt adducerẽt nob
miſtros domꝰ dei nr̃i. Et adduxerẽt nob
ꝑ manũ dei nr̃i bonam ſup nos virũ do
ctiſſimũ ꝺ filijs mooli. filij leui. filij iſrl'
et ſarabiã. ⁊ filios eiꝰ et frẽs eiꝰ decẽ ⁊ oc
to. ⁊ aſabiã et cũ eo eſaiam de filijs me
rari. fratreſq̃ eiꝰ ⁊ filios eiꝰ viginti. Et
de nathinneis q̃s dederat dauid. ⁊ p̃nci
pes ad miſteria leuitarũ: nathĩneos du
centos viginti. Oẽs hi ſuis noĩbꝫ voca
bant. Et p̃dicaui ibi ieiuniũ iuxta fluui
um hana vt affligeremur corã dño deo
nr̃o et peteremꝰ ab eo viã rectã nobis ⁊
filijs nr̃iſ vniũſeq̃ ſube noſtre: Erubui
enĩ petere regẽ auxiliũ ⁊ eq̃tes qui ꝺfen
derẽt nos ab inimico ĩ via: qꝛ dixeramꝰ
regi. Manꝰ dei nr̃i eſt ſup oẽs q̃ querũt
eũ in bonitate. et impiuz eiꝰ ⁊ fortitudo
eius et furor ſup oẽs qui derelinquunt
eũ. Ieiunauimꝰ aũt et rogauimus deũ
nr̃m ꝑ hoc. ⁊ euenit nobis ꝓſpere. Et ſe
paui de principibꝫ ſacerdotũ duodecim
ſarabiã et aſabiã: ⁊ cũ eis de frĩbꝫ eoꝝ de
cem. Appẽdiq̃ eis argentũ ⁊ aurũ. et va
ſa cõſecrata domꝰ dei nr̃i. que obtulerat
rex et ꝯſiliatores eius ⁊ p̃ricipes eiꝰ: vni
uerſuſq̃ iſrl' eoꝝ qui inuẽti fuerant. Et
appẽdi in manibꝫ eoꝝ argẽti talẽta ſexcẽ
ta quinq̃ginta. ⁊ vaſa argẽtea centũ: au
ri vero centũ talẽta ⁊ crateraſ aureas vi
ginti q̃ habebãt ſolidos millenos. et va
ſa eris fulgẽtꝫ optimi duo. pulcra vt au
rum. Et dixi eis. Vos ſcĩ dñi ⁊ vaſa ſcã
et argentũ ⁊ aurũ qꝺ ſpõte oblatũ ẽ do
mino deo patrũ nr̃oꝝ. Vigilate ⁊ cuſto
dite: donec appẽdatis corã principibꝫ ſa
cerdotũ ⁊ leuitarũ. et ducibꝫ familiaruz
iſrl' in hierl'm ĩ theſaurũ domꝰ dñi. Su
ſceperũt aũt ſacerdotes ⁊ leuite põdus
argẽti et auri ⁊ vaſorũ vt deferrẽt hieru
ſalem in domũ dei nr̃i. Promouimꝰ er
go a flumĩe hana duodecima die men

sis primi.vt pgeremus hierlm. Et manus dei nostri fuit sup nos. et liberauit nos de manu inimici ⁊ insidiatoꝝ i via Et venimus hierusalē ⁊ mansimus ibi tribus diebus. Die autem quarta appē sum est argentum et aurum et vasa in domo dei nostri per manum remoth filij vrie sacerdotis.et cum eo eleaçar filius phinees.cūq; eis ioçaded filiꝰ iosue ⁊ noadaia filiꝰ bēnui leuite:iuxta numerū ⁊ pōdus oīm. Descriptū est oē pōdꝰ in tpe illo. Sed ⁊ qui venerāt de captiuitate filij trāsmigratōis obtulerūt holocaustomata.deo israel.vitulos duodecim,p omi pplo israel:arietes nonagīta ser.agnos septuagintaseptē.hircos pro peccato duodecim: oia in holocaustum dño. Dederūt aūt edicta regis satrapis qui erant de conspectu regis et ducibus trans flumē.⁊ eleuauerunt populum ⁊ domum dei.

IX

Postq; aūt hec cōpleta sunt. accesserūt ad me principes dicentes:Nō est sepatus pplus israel. et sacerdotes et leuite a pplis terrarū.⁊ de abominationiby eoꝝ:chananei vidēlicet et ethei ⁊ pherezei et iebusei ⁊ āmonitarū et moabitaruꝫ et egyptioꝝ et amorreoꝝ. Tulerūt enī de filiaby eoꝝ sibi et filijs suis.et cōmiscuerūt semen sanctū cū pplis terrarū. Manus etiam principū ⁊ magistratuū fuit in trāsgressione hac prima. Cūq; audissem sermonē istū.scidi palliū meū ⁊ tunicā. ⁊ euelli capillos capitis mei ⁊ barbe.⁊ sedi merens. Cōuenerūt aūt ad me oēs qui timebant verbū dei israel,p transgressione eoꝝ qui de captiuitate venerant.et ego sedebā tristis vsq; ad sacrificiū vesptinum. Et in sacrificio vesptino surrexi de afflictiōe mea ⁊ scisso pallio ⁊ tunica curuaui genua mea. et expandi manus meas ad dōm deū meum.⁊ dixi: Deus meus confundoꝛ et erubesco leuare faciem meā ad te:qm iniquitates nre mltiplicate sunt sup caput nostrum.⁊ delicta nra creuerūt vsq; ad celū a diebꝫ patrū nostroꝝ. Oz et nosipi peccauimus grauiter vsq; ad diē hāc.et iniquitatiby nostris traditi sumus ipi.⁊ reges nri:et sacerdotes nostri in manū regum terrarum et in gladiū ⁊ captiuitatē et in rapinam et in cōfusionē vultus.sicut et die hac. Et nunc quasi ad parū et momentum facta est deprcatio nostra apud dominū deuz nrm vt dimitterent nobis reliquie.et daret pax illius in loco sancto eius.et illuminaret oculos nros deus noster.et daret nobis vitā modicaꝫ in seruitute nra:qz serui sumus.⁊ in seruitute nra nō dereliquit nos deus nr.et inclinauit sup nos misericordiā coram rege prsarum.vt daret nobis vitā,⁊ sublimaret domū dei nri.⁊ extrueret solitudines eius ⁊ daret nobis spem in iuda et hierusalē. Et nūc quid dicemus dñe deus noster post hec? Quia dereliquim⁹ mādata tua q̄ p̄cepisti in manu seruoꝝ tuoꝝ,pphetaꝝ dicēs: Terra ad quā vos ingredimini vt possideaꝫ eā.terra immūda est iuxta immundiciā pploꝝ cetarūq; terrarū abominatōiby eoꝝ qui repleuerūt eā ab ore vsq; ad os coinquinatōne sua. Nūc ergo filias vestras ne detis filiis eoꝝ et filias eoꝝ ne accipiatis filijs vris.et nō queratis pacē eoꝝ et prosperitatē eoꝝ vsq; in eternū vt cōfortemini et comedatis q̄ bona sunt terre.et hereditetis filios vros vsq; in seculū. Et post oia q̄ venerūt sup nos in operib⁹ nris pessimis ⁊ in delicto nro magno.quia tu deus noster liberasti nos de iniquitate nra et dedisti nobis salutē sicut est hodie.vt nō conuertaremur et irrita facere mus mādata tua.neq; matrimonia iungeremus cū populis abominationū istarum.Nūquid iratus es nobis vsq; ad cōsumatōez: ne dimittendo nobis reliquas ad salutē? Dñe deus irl' iustꝰ es tu.qm dereliqui sumus qui saluaremur sicut hodie hac. Ecce coram te sumus in delicto nro. Nō.n.stare possumus coram te sup hoc.

X

Jcepiente esdra et implorante templum et flente et iacente ante templum dei:collectus est ad eū de israel cetus grandis nimis vi

rorum et mulierũ et puerorũ Et fleuit
ppl's multo fletu. Et rñdit sechenias fi-
lius iehihel de filijs helam. ⁊ dixit esdre.
Nos p̄uaricati sumus in deũ nostrũ. et
duximus vxores alienigenas d̄ populis
terre. Et nũc si est penitẽtia in israel su-
per hoc percutiamus fedus cuz dño deo
nostro vt proijciamus vniuersas vxo-
res. et eos qui de his nati sunt. Juxta
voluntatẽ domini ⁊ eoruz qui tenent p̄-
ceptũ dñi dei nr̄i. s̄m legez fiat. Surge:
tuũ est discernere nosq; erimus tecum
Cõfortare et fac. Surrexit ergo esdras
et adiurauit principes sacerdotum ⁊ le-
uitarum et omnẽ israel vt facerent s̄m
verbum hoc. Et iurauerũt. Et surrexit
esdras ante domum dei: et abijt ad cubi
culum iohannan filij eliasib. et ingres-
sus est illuc. Panẽ non comedit ⁊ aquã
nõ bibit Lugebat enĩ transgressionẽ eo
ruz qui venerant de captiuitate. Et mis
sa est vox in iuda et in hierusalẽ omĩbus
filijs trãsmigrationis vt congregaren-
tur in hierusalem. et omnis qui non ve
nerit in tribus diebus iuxta consilium
principum et seniorũ. auferet̃ vniuersa
substãtia eius. et ip̄e abijcietur de cetu
transmigrationis. Cõuenerunt igitur
omnes viri iuda et beniamin in hieru-
salem trib; diebus. ip̄e est mensis non⁹
vicesima die mensis. et sedit omnis po
pulus in platea domus dei: tremẽtes p̄
peccato et pluuijs. Et surrexit esdras sa
cerdos et dixit ad eos: Vos transgressi
estis et duxistis vxores alienigenas vt
adderetis super delictum israel. Et nũc
date confessionẽ domino deo patruz ve-
strorũ. et facite placitũ eius. ⁊ sep̄amini
a populis terre. et ab vxoribus alienige
nis. Et rñdit vniuersa multitudo. dixit
q; voce magna: Juxta verbum tuum ad
nos sic fiat. Verũtamen q̄ ppl's mult⁹
est et tempus pluuie. et nõ sustinemus
stare foris. ⁊ opus nõ est diei vnius vel
duorũ: vehementer puippe peccauimus
in sermone isto: cõstituantur principes
in vniuersa multitudine. et omẽs in ci
uitatib; nostr̄; qui duxerũt vxores alie-
nigenas veniant in temporib; statutis:
et cũ his seniores p̄ ciuitatem in ciuita
tem et iudices eius: donec auertatur ira
dei nostri a nobis sup̄ peccato hoc. Igit̃
ionathan filius asahel. et iaaçia fili⁹ the-
cue steterunt super hoc. et mesollã et se-
bechai leuites. adiuuerunt eos. Fecerũt-
q; sic filij transmigrationis. Et abierũt
esdras sacerdos et viri principes famili
arum in domos patrum suorũ et omẽs
p̄ nomina sua. et sederunt in die primo
mensis decimi vt quererent rem Et cõ
sũmati sunt omnes viri qui duxerunt
vxores alienigenas vsq; ad diez primaz
mensis primi. Et inuenti sunt de filijs
sacerdotum qui duxerunt vxores alie-
nigenas: de filijs iosue filij iosedech et
frẽs ei⁹: maasia. ⁊ elieçer et iarib ⁊ godo
lia. Et dederũt man⁹ suas vt eijcerent
vxores suas ⁊ p̄ delicto suo arietẽ de oui
bus offerrẽt. Et de filijs emmer. anani
et çebedia. Et de filijs serim: masia et he
lia ⁊ semeia. iehihel et oçias. Et de filijs
phessur: elioenai. maasia. hismael. natha
nael. ioçabeth ⁊ helesa. Et d̄ filijs leuitar̄
iosabeth ⁊ semei ⁊ celaia. ip̄e est calitha
phathaia. iuda et elieçer. Et de cantori
bus eliasub. et de ianitoribus. sellum ⁊
thelem ⁊ vri Et ex israel de filijs pharos
remeia ⁊ eçia. ⁊ melhia ⁊ miamim ⁊ elie
çer ⁊ melchia et banea: Et de filijs helã.
mathania. çacharias. et iehihel et abdi
et rimoth et helia. Et de filijs çethua:
elioenai. eliasib. nathania et hierimuth
et çabeth et açiça. Et de filijs bebai: io-
hannan. anaia. çabbai. athalai. Et de fi-
lijs beni: Mosolla et melluch. et adaia.
Jasub et saal ⁊ ramoth. Et d̄ filijs phet
moab: Edna et chalaal. Banaias ⁊ ma-
asias. Mathanias et beselehel. bennui
et manasse. Et de filijs erem: Elieçer.
iesue. melchias. semeias. Symeõ. ben-
iamĩ. maloch. samarias. Et d̄ filijs asom
Mathanai. mathet. açabeth. elpheleth.
iermai. manasses. semei. De filijs bani:
maaddi. amram et huel. Baneas et ba-
daias. Cheliau. bannia. marimuth ⁊ eli
asib. Mathanias: Mathanai et Jasi et

bani et bēnui semei ⁊ salmias ⁊ nathā ⁊
adaias mechne dabai. sysai. sarai. eçrel.
⁊ selemau ⁊ semeria sellū amaria. ioseph
De filijs nebui: ahihel. mathathias ça
beth. çabina. ieddu ⁊ iohel ⁊ banai Oēs
hi accepant vxores alienigenas. et fue-
runt ex eis mulieres q̄ pepant filios.

Explicit liber Esdre primus:
Incipit lib. Neemie. Cap. I

Verba neemie
filij helchie. Et factuz ē in
mense casleu anno vicesi-
mo. et ego eraz in susis castro. Et venit
ad me anani vnus de fratribꝫ meis. ipe
et viri iuda. et interrogaui eos de iude-
eis qui remāserāt ⁊ superant de captiui
tate et de hierl'm. Et dixerūt mihi Qui
remāserūt et derelicti sunt de captiuita-
te ibi in ꝓuincia. in afflictōe magna sūt
et in opprobrio. ⁊ murus hierl'm dissipa
tus est. et porte eius combuste sunt igni
Cūq̄z audissez verba huiuscemodi. sedi
et fleui ⁊ luxi diebꝫ multis. et ieiunabaz
et orabā ante faciez dei celi. et dixi: Que
so dn̄e deus celi fortis magne atq̄z terri
bilis. qui custodis pactū et misericordiā
cū his qui te diligūt et custodiūt māda
ta tua. fiāt aures tue auscultātes. ⁊ ocu
li tui apti vt audias orationez serui tui
quā ego oro corā te hodie nocte et die ꝓ
filijs isrl' seruis tuis. ⁊ ꝯfiteor ꝓ peccatis
filiorū isrl' quibꝫ peccauerūt tibi. Et ego
et dom⁹ p̄tis mei peccauimus: vanitate
seducti sumus. ⁊ nō custodiuim⁹ māda
tum tuū ⁊ cerimonias ⁊ iudicia q̄ prece
pisti moysi famulo tuo. Memēto verbi
qd̄ mādasti moysi seruo tuo dicēs. Cuz
trāsgressi fueritis. ego dispdā vos in po
pulos. ⁊ si reūtamini ad me ⁊ custodiatꝫ
p̄cepta mea ⁊ faciatis ea etiaz si abducti
fueritꝫ ad extrema celi. īde ꝯgregabo vos
et reducā in locū quē elegi vt habitaret
nomē meū ibi. Et ipi serui tui ⁊ ppl's tu
us quos redemisti in fortitudīe tua ma
gna. et in manu tua valida. Obsecro do
mine sit auris tua attendens ad oratio
nem serui tui. et ad orationē seruorum
tuorū qui volunt timere nomen tuum
et dirige seruū tuum hodie. et da ei mi-
sericordiam ante virū hunc. Ego enim
eram pincerna regis. II

Factū est aūt in mense nisan. an
no vicesimo artaxerxis regis. ⁊
vinū erat ante eū. Et leuaui vi
nū et dedi regi. ⁊ eram quasi languidus
ante faciē eius. Dixitq̄z mihi rex: Qua-
re vultus tuus tristis est: cū te egrotuz
non videam? Nō est hoc frustra: sed ma
luz nescio qd̄ in corde tuo est. Et timui
valde ac nimis et dixi regi: Rex in eter-
num viue. Quare nō mereat vult⁹ me
us: qꝛ ciuitas domus sepulcrorū patris
mei deserta est. et porte eius cōbuste sūt
igni? Et ait mihi rex. Pro qua re postu-
las? Et oraui deū celi. ⁊ dixi ad regē: Si
videt regi bonū. et si placet seruus tuus
ante faciē tuā vt mittas me in iudeam
ad ciuitatē sepulcri patris mei. et edifi-
cabo eaz: Dixitq̄z mihi rex et regina que
sedebat iuxta eum. Usq̄z ad quod tem-
pus erit iter tuū. ⁊ qn̄ reuerteris? Et pla
cuit ante vultū regis. ⁊ misit me. Et cō
stitui ei tempus. et dixi regi: Si regi vi
detur bonū. epl'as det mihi ad duces re-
gionis trans flumen vt traducant me
donec veniam in iudeam. et epistolā ad
asaph custodez saltus regis. vt det mihi
ligna vt tegere possim portas tēpli tur-
res domus et muros ciuitatis. et domū
quā ingressus fuero. Et dedit mihi rex
iuxta manum dei mei bonā mecum. Et
veni ad duces regionis trans flumē. de
dicq̄z eis epistolas regis Miserat aūt rex
mecū principes militū ⁊ equites. Et au
dierūt sanaballath horonites. et tobias
seruus amanites. et cōtristati sunt affli
ctione magna q̄ venisset hō qui quere-
ret ꝓsperitatē filiorū israel. Et veni hie-
rusalem: et eram ibi tribus diebus. Et
surrexi nocte ego ⁊ viri pauci mecum. ⁊
non indicaui cuiq̄z quid dominus dedis
set in corde meo vt facerē ī hierusalē. et
iumētū n̄ erat mecū nisi aīal cui sedebā

Et egressus sum ꝑ portã vallis nocte ⁊
ante fontẽ draconis et ad portã stercorꝫ
et cõsiderabo murũ hierl'm dissipatũ et
portas eius cõsumptas igni. Et transi-
ui ad portã fontis et ad aqueductũ regꝫ
et nõ erat locus iumento cui sedebã vt
transiret. Et ascẽdi ꝑ torrẽtez nocte. et
cõsiderabã murũ. ⁊ reuersus veni ad por
tam vallis ⁊ redij. Magistratus aũt ne-
sciebãt q̃ abijssez: aut quid ego facerem.
Sed ⁊ iudeis ⁊ sacerdotibꝫ et optimati
bus et magistratibꝫ ⁊ reliquis qui facie
bant opus vsqꝫ ad id loci nihil ĩdicaue-
ram. Et dixi eis: Vos nostis afflictionẽ
in q̃ sumus: qꝛ hierl'm deserta est ⁊ porte
eiꝰ cõsumpte sunt igni. Venite et edifi-
cemus muros hierusalez. et nõ sumus
vltra opprobriũ. Et indicaui eis manuz
dei mei ꝙ esset bona mecũ. et verba regꝫ
q̃ locutꝰ ẽ mihi. et aio. Surgamꝰ ⁊ edifi
cemꝰ. Et ꝯfortate sũt manꝰ eorũ ĩ bono
Audierũt aũt sanaballath horonites et
tobias seruꝰ amanites ⁊ gosem arabs ⁊
subsannauerũt nos. ⁊ despexerũt. dixerũt
qꝫ. Que ẽ hec res quaz facitꝫ? Nũquid ꝯ
regẽ vos rebellatis? Et reddidi eis ſmo
nẽ dixiqꝫ ad eos: Deus celi ipe nos iu-
uat. et nos serui eiꝰ sumꝰ. Surgamus
et edificemꝰ. Vobis aũt nõ est ꝑs ⁊ iusti
cia et memoria in hierusalẽ. III

Et surrexit eliasib sacerdos ma-
gnꝰ ⁊ frẽs eius sacerdotes. ⁊ edi
ficauerũt portã gregis. Ipi san
ctificauerũt eã. ⁊ statuerũt valuas eius
et vsqꝫ ad turrim centũ cubitorũ scĩfica
uerũt eam. vsqꝫ ad turrim ananehel Et
iuxta eũ edificauerũt viri hiericho. ⁊ iu-
xta eos edificauit çachur filiꝰ amri Por
tam aũt pisciuz edificauerũt filij asnaa:
ipi texerũt eã. et statuerũt valuas eius
et seras et vectes. Et iuxta eos edifica-
uit marimuth filius vrie filij accus. Et
iuxta euz edificauit mosollã filius bara
chie filij meseçebel. Et iuxta eũ edifica-
uit sadoch filiꝰ baana. Et iuxta eũ edifi
cauerũt thecueni Optimates aũt eorũ
nõ supposuerũt colla sua in ope dñi dei
sui. Et portã veterẽ edificauerũt ioiada
filius phasea et mosollã filius besodia:
ipi texerũt eam. ⁊ statuerũt valuas eius
et seras ⁊ vectes. Et iuxta eos edificaue
rũt melchias gabaonites et iadon me-
ronathites viri de gabaon. ⁊ maspha ꝓ
duce qui erat in regione trans flumen.
Et iuxta eũ edificauit eçiel filius araia
aurifex. Et iuxta euz edificauit ananias
filius pigmẽtarij. ⁊ dimiserunt hierl'm
vsqꝫ ad muruz platee latioris. Et iuxta
eũ edificauit raphaia filius ahur prin-
ceps vici hierl'm. Et iuxta eũ edificauit
ieiada filius aromath ꝯtra domũ suam
Et iuxta eũ edificauit atthus filius ase
bonie: Mediã ꝑtem vici edificauit mel-
chias filius erẽ et asub filiꝰ phetmoab. ⁊
turrim furnorũ. Et iuxta eos edificauit
sellũ filiꝰ aloes. princeps medie ꝑtis vi
ci hierl'm: ipe ⁊ filij eius. Et portã vallis
edificauit annun ⁊ habitatores çanoe.
ipi edificauerũt eã: ⁊ statuerunt valuas
eius ⁊ seras et vectes. et mille cubitos
in muro vsqꝫ ad portam sterquilinij. Et
portã sterquilinij edificauit melchias fi
lius rechab princeps vici bethacharem
Ipe edificauit eã et statuit valuas eius
et seras ⁊ vectes. Et portã fontis edifica
uit sellum filius coloçai. princeps pagi
maspha. Ipe edificauit eã ⁊ texit. et sta-
tuit valuas eius ⁊ seras et vectes. ⁊ mu
ros piscine syloe in hortuz regis. et vsqꝫ
ad gradus qui descẽdunt de ciuitate da-
uid. Post eũ edificauit neemias filius
açboth princeps dimidie ꝑtis vici beth
sur vsqꝫ ꝯtra sepulcruz dauid: ⁊ vsqꝫ ad
piscinã que grandi ope ꝯstructa est. ⁊ vs
qꝫ ad domũ fortiũ Post eũ edificauerũt
leuite. reum filius bẽni. Post euz edifi
cauit asebias princeps dimidie ꝑtis vi-
ci ceile in vico suo. Post eũ edificauerũt
fratres eoꝝ: bechiu filius enebad prin-
ceps dimidie ꝑtis ceile. Et edificauit iu
xta eũ açer filiꝰ iosue princeps maspha
mẽsurã secũdã: ꝯ ascẽsuz firmissimi ãgu
li. Post eũ in mõte edificauit baruch fi
lius çachai mensurã secũdã. ab angulo
vsqꝫ ad portam domus eliasib secerdo-
tꝫ magni Post eũ edificauit merimuth

filius vrie filij atthus mēsurā secundaz
a porta domus eliasib: donec extenderet
domus eliasib. Et post eū edificauerunt
sacerdotes viri de cāpestribus iordanis
Post eos edificauit beniamin et a sub
cōtra domū suaz. Et post eos edificauit
açarias filius maasie filij ananie ɔtra do
mū suam. Post eū edificauit bennui fi/
lius ennada mensurā secundaz a domo
açarie vsqz ad flexurā et vsqz ad angulū
Post eū edificauit phalel filius oçi con
tra flexuraz ⁊ turrim q̄ eminet de domo
regis excelsa. id est ī atrio carceris. Post
eū phadaia filius feros. Nathinnei aūt
habitabāt in ofel. vsqz ɔtra portā aquaꝝ
ad orientē et turrim q̄ ꝓminebat. Post
eos edificauerūt thecueni mensuram se
cūdam e regione a turre magna et emi/
nēti vsqz ad murū templi. Sursum au
tem ad portam equorū edificauerūt sa/
cerdotes vnusquisqz ɔtra domū suam.
Post eos edificauit seddo filiꝰ emmer ɔ̄
domū suaz. Et post eū edificauit semeia
filiꝰ sechenie custos porte oriētal'. Post
euz edificauerūt anania filius selemie.
et anon filius selo sextus. mensurā secū
dam. Post eū edificauit mesollam filiꝰ
barachie cōtra gaçophylatiū suū. Post
euz edificauit melchias filius aurificis
vsqz ad domū nathinneoꝝ et scuta ven/
dentiū ɔtra portā iudicialez et vsqz ad ce
naculū anguli. Et intra cenaculū angu
li in porta gregis edificauerunt artifices
et negociatores:

IIII

Factū est aūt cū audisset sanabal
lath q̄ edificaremus murū ira
tus est valde. Et motus nimis
subsannauit iudeos et dixit corā fratri/
bus suis ⁊ freq̄ntia samaritanoꝝ Quid
iudei faciūt imbecilles? Nū dimittēt eos
gētes? Nū sacrificabūt ⁊ complebūt in
vna die? Nūquid edificare poterūt lapi
des de aceruis pulueris qui cōbusti sūt?
Sed tobias amanites ꝓximus eius ait
Edificent. Si ascēderit vulpes transili
et murū eoꝝ lapideū. Et dixit neemias
Audi deꝰ noster qꝛ facti sumus d̄spectui
Cōuerte opprobriū sup caput eorum et
da eos in despectionē in terra captiuita/
tis. Ne operias iniquitatē eoꝝ: ⁊ pctm̄ eo
rū corā facie tua nō deleat: qꝛ irreserunt
edificantes. Itaqz edificauimꝰ murū. ⁊
ɔiunximꝰ totū vsqz ad ptem dimidiā. et
ꝓuocatū est cor ppl'i ad opandū. Factuz
est aūt cū audisset sanaballath et tobias
et arabes ⁊ āmanite et açotij q̄ obducta
esset cicatrix muri hierl'm. ⁊ q̄ cepissent
interrupta cōcludi: irati sunt nimis Et
cōgregati sunt oēs pariter vt venirēt ⁊
pugnarēt ɔtra hierl'm. ⁊ molirent insi/
dias. Et orauimꝰ deū nr̄m. et posuimus
custodes sup murū die ac nocte contra
eos. Dixit aūt iudas: Debilitata est for
titudo portātis. ⁊ humꝰ nimia ē. et nos
nō poterimus edificare murū: Et dixe/
rūt hostes nr̄i. Nesciāt ⁊ ignorant donec
veniamus in mediū eoꝝ ⁊ interficiamꝰ
eos. ⁊ cessare faciamꝰ opus. Factū est au
tē veniētib; iudeis qui habitabāt iuxta
eos et dicētib; nobis p decē vices ex oī/
bus locis quib; venerant ad nos: statui
in loco post murū p circūitū. ppl'm in or
dinē cū gladijs suis et lāceis ⁊ arcubus
Et pspexi atqz surrexi ⁊ aio ad optimates
et mgr̄atꝰ ⁊ ad reliquā ptem vulgi. No
lite timere a facie eoꝝ. Dn̄i magni ⁊ ter
ribilis memētote. ⁊ pugnate ꝓ frib; ve/
stris. filijs vr̄is et filiab; vr̄is et vxorib;
vr̄is ⁊ domib; vr̄is. Factū est aūt cū au/
dissent inimici nr̄i nunciatū esse nobis
dissipauit deꝰ ɔsiliū eoꝝ. Et reūsi sumꝰ
oēs ad muros: vnusquisqz ad opꝰ suuz:
Et factū est a die illa: media ps iuuenū
eoꝝ faciebat opꝰ. ⁊ media parata erat ad
bellum. et lancee ⁊ scuta ⁊ arcus ⁊ lorice
et principes post eos in omī domo iuda
edificantiū muros ⁊ portantiū onera et
imponētiū: vna manu sua faciebat opꝰ
et altera tenebat gladiū. Edificātiū enī
vnusquisqz gladio erat accinctus renes
et edificabāt et clangebant buccina iu/
xta me. Et dixi ad optimates et ad ma/
gistratus et ad reliquā ptez vulgi. Opꝰ
grande est et latum. et nos separati su/
mus ī muro ꝓcul alter ab altero. In lo
co q̄cūqz audieritꝭ clangorem tube illuc

ꝯcurrite ad nos. Deꝰ nr̄ pugnabit ꝑ no
bis ⁊ nosip̄i faciamus opꝰ. Et media ꝑs
nr̄m teneat lāceas ab ascensu aurore do
nec egrediāt̄ astra. In tp̄e q̄z illo dixi po
pulo: Unusq̄sq̄z cuz puero suo maneat
in medio hierl̄m. ⁊ sint nob̄ vices ꝑ no
ctē ⁊ diē ad op̄andū Ego aūt ⁊ frēs mei
et pueri mei et custodes q̄ erāt post me.
nō deponebamꝰ vestimēta nr̄a. Unusq̄s-
q̄z tm̄ nudabat̄ ad baptismū. V

Et factus est clamor ꝓpl̄i ⁊ vxorū
eius magnꝰ aduersus frēs suos
iudeos. Et erāt qui dicerēt. Fi
lij nr̄i et filie nr̄e multe sunt nimis. Ac-
cipiamꝰ ꝑ precio eoꝝ frumentū. ⁊ come
damꝰ et viuamus. Et erāt qui dicerēt
Agros nr̄os ⁊ vineas ⁊ domos nr̄os op
ponamus. ⁊ accipiamꝰ frumētū in fame
Et alij dicebant: Mutuo sumamꝰ pecu
nias in tributa reg̃. demusq̄z agros no
stros et vineas. Et nūc sicut carnes fra
trū nr̄oꝝ sic carnes nr̄e sunt. ⁊ sicut filij
eoꝝ. ita ⁊ filij nr̄i. Ecce nos subiugamꝰ
filios nr̄os et filias nr̄as in seruitutē. ⁊
de filiabꝫ nr̄is sunt famule: nec habemꝰ
vn̄ possint redimi. ⁊ agros nostros ⁊ vi-
neas nr̄as alij possidēt: Et iratus suz ni
mis: cū audissem clamorez eoꝝ ꝟm v̄ba
hec. cogitauitq̄z cor meuz. Et increpaui
optimates et magistratꝰ ⁊ dixi eis: Usu
ras ne singuli a frībꝫ vr̄is exigat̃: Et cō
gregaui aduersuz eos contionē magnā
et dixi eis: Nos vt scitis redemimꝰ frēs
nr̄os iudeos qui vēditi fuerāt gētibus
ꝟm possibilitatē nr̄az Et vos igit̄ vēdite
frēs vr̄os. et redimemus eos. Et silue-
runt nec inuenerūt quid rn̄derent. Di
xiq̄z ad eos: Non est bona res quā facitis
Quare nō in timore dei nr̄i ambulatis
ne exꝓbret̄ nobis a gētibꝫ inimic̃ nr̄is:
Et ego et frēs mei ⁊ pueri mei cōmoda
uimus plurimis pecuniā et frumētum
Nō repetamꝰ in cōe istud. Es alienū cō
cedamus: qd̄ debet̄ nobis. Reddite eis
hodie agros suos ⁊ vineas suas ⁊ oliue
ta sua ⁊ domos suas. Quin potius ⁊ cē-
tesimā pecunie frumēti vini ⁊ olei quaz
exigere soletis ab eis: date ꝑ illis. Et di
xerūt: Reddemꝰ. ⁊ ab eis nihil q̄remus
sicq̄z faciemus vt loquer̃. Et vocaui sa-
cerdotes. et adiuraui eos vt facerēt iu-
xta quod dixerā. Insuꝑ excussi sinū me
um et dixi: Sic excutiat deus oēm virū
qui nō cōpleuerit verbū istud: de domo
sua et de laboribꝫ suis. Sic excutiat̄ ⁊ va
cuus fiat. Et dixit vniuersa multitudo
amen. Et laudauerūt deum Fecit ergo
ꝓpl̄s sicut erat dictū. A die autē illa qua
p̄ceꝑat rex mihi vt essez dux in t̄ra iuda
ab anno vicesimo vsq̄z ad ānum tricesi
mū secundū artaxerxis reg̃ ꝑ ānos duo
decim. ego et fratres mei ānonas q̄ du-
cibus d̄bebant̄ nō comedimus. Duces
aūt primi qui fuerūt ante me grauaue-
runt ꝓpl̄m. et acceperunt ab eis in pane
et vino et pecunia quotidie siclos q̄dra
ginta. Sed ⁊ mīstri eoꝝ depresserāt po-
pulū. Ego aūt nō feci ita ꝓpter timorez
dei. Quin potius in op̄e muri edificaui
et agrū nō emi. et omnes pueri mei cō-
gregati ad opꝰ erāt. Iudei q̄z ⁊ mgr̄atꝰ
centū quinq̄ginta viri. ⁊ qui veniebant
ad nos d̄ gentibꝫ q̄ in circūitu nr̄o sunt:
in mēsa mea erāt. Parabat̄ aūt mihi ꝑ
dies singulos bos vnus: arietes sex ele-
cti exceptis volatilibꝫ. et inter dies decē
vina diuersa. et alia mlta tribuebā. In
super ⁊ annonas ducatꝰ mei non quesi
ui. Ualde enī erat attenuatꝰ ꝓpl̄s. Me-
mēto mei deus meus in bonū ꝟm omīa
que feci populo huic. VI

Factū ē aūt cū audisset sanabal-
lath. et tobias et gosez arabs et
ceteri inimici nr̄i q̄ edificassem
ego murū. et nō esset in ip̄o residua int̄
ruptio: vsq̄z ad tp̄s aūt illud valuas nō
posueraz in portis. miserūt sanaballath
et tobias ⁊ gosem arabs ad me dicētes:
Ueni ⁊ ꝑcutiamus fedus pariter in vi
culis in campo vno. Ip̄i autem cogita-
bant vt facerent mihi malum. Misi er-
go ad eos nūcios dicens: Opus gran.
de ego facio et non possum descēdere: ne
forte negligat̄ cū venero ⁊ descēdero ad
vos. Miserūt autez ad me ꝟm verbum
h̄ ꝑ quattuor vices. et respōdi eis iuxta

sermonē priorē. Et misit ad me sanaballath iuxta verbū prius quinta vice puerum suū. ⁊ epistolam habebat in manu sua scriptā hoc modo. In gentibus auditum est. et gosem dixit: ꝙ tu et iudei cogitetis rebellare. et ꝓpterea edifices murū. et leuare te velis sup̄ eos regem propter quā causam et ꝓphetas posueris qui predicent de te in hierusalē dicētes Rex in iudea est. Auditurus est rex verba hec. Idcirco nūc veni vt ineamus cōsiliū pariter. Et misi ad eos dicēs: Non est factū ſm verba hec q̄ tu loqueris De corde enī tuo tu cōponis hec. Oēs enīz hi terrebant nos: cogitātes ꝙ cessarent manus nostre ab ope et quiesceremus Quā ob causam magis ꝯfortaui man⁹ meas. Et ingressus sum domū samaie filij dalaie filij methabeel secreto. Qui ait: Tractemus nobiscū in domo dei in medio tēpli et claudamus portas edis: qꝛ venturi sunt vt interficiāt te. ⁊ nocte vēturi sunt. ad occidēdū te. Et dixi: Nū quisq̄ similꝫ mei fugit? Et quis vt ego ingredieꝫ templū et viuet? Non ingrediar. Et intellexi ꝙ deus nō misisset eū: sed quasi vaticinās locutus esset ad me et tobias et sanaballath cōduxissent eū Accepat enī p̄ciuz vt territus facerem ⁊ peccarē. ⁊ haberē malū q̄d exꝓbrarēt mihi. Memento mei dn̄e pro tobia ⁊ sanaballath. iuxta opa eoꝝ talia: sz et noadie ꝓphete et ceterorū ꝓphetaꝝ qui terrebāt me. Cōpletus est aūt murus vicesimo quinto die mēsis elul quiq̄ginta duob⁹ dieb⁹. Factū est ergo cū audissent om̄s inimici nr̄i vt timerēt vniuꝫse gētes que erāt in circūitu nr̄o. ⁊ cōciderēt intra semetip̄os. ⁊ scirēt ꝙ a dn̄o factū est opus hoc. Sz et ī dieb⁹ ill' ml'te optimatū iudeorū epl'e mittebanꝫ ad tobiā: ⁊ a tobia veniebāt ad eos. Multi enī erant in iudea hn̄tes iuramentū ei⁹: qꝛ gener erat sechenie filij iorei: ⁊ iohānan filius eius accepat filiā mosollā filij barachie. Sz et laudabāt eū coram me. et verba mea nunciabant ei. Et tobias mittebat epistolas vt terreret me.

VII

Postq̄ aūt edificatus ē murus. et posui valuas. et recensui ianitores et cātores et leuitas. p̄cepi aneni fratri meo ⁊ ananie principi domus de hierl'm. Ipe enī q̄si vir verax. et timēs deū plus ceteris videbaꝫ. Et dixi eis: Nō apianꝫ porte hierl'm vsq̄ ad calorē solis. Cūq̄ adhuc assisterēt: clause porte sunt ⁊ oppilate. Et posui custodes de habitatorib⁹ hierl'm singl'os p̄ vices suas. ⁊ vnāquēq̄ ꝯ domū suaz. Ciuitas aūt erat lata nimis et grādis. ⁊ ꝓpl's paruus in medio ei⁹. ⁊ nō erāt dom⁹ edificate. De⁹ aūt dedit in corde meo ⁊ ꝯgregaui optimates et mgr̄at⁹ ⁊ vulg⁹ vt recēserē eos. Et inueni librū cēsus eoꝝ qui ascēderāt primū. ⁊ inuentū est scriptuz in eo: Isti filij ꝓuincie q̄ ascēderūt de captiuitate migrātiū q̄s trāstulerat nabuchodonosor rex babylonis. et reuꝫsi sunt in hierl'm ⁊ in iudeā. vnusq̄sq̄ in ciuitatē suā qui venerāt cum çorobabel. iosue neemias. açarias: raamias. naamī. mardocheus. belsar. mespharat. beggoai. naum. baana Numer⁹ viroꝝ ꝓpl'i isrl'. Filij pharos duo milia centum septuaginta duo. Filij saphatia: trecēti septuaginta duo. Filij area: sexcēti quīquagintaduo Filij phetmoab filioꝝ iosue et ioab: duo milia octingenti decē et octo. Filij helā mille octingenti quinquagintaq̄ttuor. Filij çethua nōgenti quadragintaquinq̄: Filij çachai: septingēti sexaginta. Filij bennui: sexcēti quadragintaocto. Filij bebai: sexcēti vigintiocto. Filij açgad duo milia trecēti vigintiduo. Filij adonicā: sexcēti sexagintaseptē. Filij beguai: duo milia sexagintaseptē: Filij adin: sexcenti quinquagintaquinq̄. Filij ather filij eçechie: nōgēti octo. Filij asez: trecēti vigintiocto. Filij besai: trecēti vigintiq̄ttuor. Filij areph: centū duodecim. Filij gabaon: nonagītaquīq̄. Filij bethleē et nethupha: centuz octogintaocto. Viri anathot: cētū vigintiocto. Viri bethamoth: q̄dragītaduo. Viri cariathiarī cephira ⁊ beroth: septingēti q̄dragītatres. Viri rama ⁊ nebo. sexcēti vigītiun⁹

Viri machmas:cētum vigintiduo. Viri bethel et chai:ducēti vigintitres. Viri nebo alterius:quinquagintaduo. Viri helā alterius: mille ducēti quīqginta quattuor. Filij arem:trecēti viginti. Filij hiericho:trecēti quadragintaquinq. Filij lodadin et ono: septingēti viginti unus. Filij senaa:tria milia nongēti triginta. Sacerdotes. Filij idaia in domo iesua. nongenti septuagintatres. Filij emmer:mille quinquagintaduo. Filij phessur:mille ducēti q̄dragintaseptē. Filij arem:mille decez et septē. Leuite: Filij iesue et cedmihel filioz oduie:septuagintaq̄ttuor. Cantores. Filij asaph:centū quadragītaocto. Janitores. Filij sellū. filij ather. filij thelmon. filij accub:filij athita. filij sobai:centū trigintaocto. Nathinei. Filij soa. filij asupha. filij thabaoth. filij ceros. filij siaa. filij fadon. filij lebana. filij agaba. filij selmon. filij anan filij geddel. filij gaer. filij raahia. filij rasin. filij nechoda. filij iecem. filij aga. filij phasea. filij besai. filij munim. filij nephusim. filij bechue: filij acupha. filij agur. filij besluth filij maida. filij arsa. filij bercheos. filij ciçara. filij thema. filij nasia. filij atupha. filij seruoz̄ salomōis. filij sothai. filij sophereth. filij pheruda. filij iahala. filij dercon. filij gedel. filij saphata. filij achil. filij phocereth q̄ erat ozus ex asbaim. filij āmon. Omēs nathinnei. et filij seruoz̄ salomonis: trecenti nonagintaduo Hi sunt aūt q̄ ascēderūt de thelmala thelarsa cherub adon et emmer. et nō potuerūt idicare domū patrum suoz̄um et semen suum: vtruz ex israel essent. Filij dalaia. filij tobia filij nechoda sercēti q̄dragintaduo. Et de sacerdotibz. filij iobia. filij accos. filij dergellai. q̄ accepit de filiabz dergellai galaaditidis vxorē: z vocat' ē noīe eoz. Hi q̄sierūt scripturā suā in censu et nō inuenerūt: z electi sūt de sacerdotio: Dixitq̄ athersatha eis vt nō māducarēt de scis scōz: donec staret sacerdos doct' et erudit'. Oīs multitudo q̄si vir vn'. quadragintaduo milia sercenti seragīta: absq̄ seruis z ācillis eoz q̄ erāt septē milia trecēti trigintaseptē. z inter eos cātoz̄es et cātatrices ducenti. Equi eoz sercēti trigītaseptē: muli eoz ducēti q̄dragītaq̄nq̄: cameli eoz q̄dringēti trigintaquinq̄ asini ser milia septingēti viginti. Ducusq̄ referr' quid in cōmentario scriptuz fuerit: et in neemie histoz̄ia terr'. Nonnulli aūt de principibz familiaz dederūt in opus. Athersatha dedit in thesauruz. auri drachmas mille: phialas quinq̄gīta tunicas sacerdotales q̄ngētas triginta. Et de principibz familiaz dederūt in thesauz opis. auri drachmas vigīti milia z argēti minas duo milia ducentas. Et qō ōdit reliqu' ppls. auri drachmas vigīti milia. z argēti minas duo milia: et tunicas sacerdotales seraginta septē Habitauerūt aūt sacerdotes z leuite et ianitoz̄es z cātoz̄es et reliquuz vulg' et nathinnei et oīs isr'l in ciuitatibz suis.

Et venerat mēsis septimus. Filij aūt isr'l erāt in ciuitatibus suis. Congregatusq̄ oīs ppls quasi vir vnus ad plateā q̄ est ante portā aquarū. z dixerūt esdre scribe vt afferret librū legis moysi: quam p̄ceperat dñs isr'li. Attulit ergo esdras sacerdos legē coram multitudine virozū et mulierū. cūctisq̄ qui poterāt intelligere: in die p̄ima mensis septimi. Et legit ī eo apte in platea que erat ante portā aquarum de mane vsq̄ ad mediā diē. in conspectu virozuz et mulierū z sapiētiū. Et aures oīs populi erāt erecte ad librum. Stetit autem esdras scriba sup gradū ligneū quē fecerat ad loquēdū. et steterūt iuxta euz. matha thia et senia et ania et uria z helchia et maasia ad dexterā eius z ad sinistrā phadaia misahel z melchia et asū et aseph dana çacharia et mosollam. Et aperuit esdras librū coram omni ppl'o. Sup vniūsuz quippe populū eminebat. Et cū aperuisset eum: stetit omnis ppl'us. Et bñdixit esdras dño deo voce magna. Et rñdit oīs ppls. amē. amē: eleuās manus suas. Et incuruati sunt et adorauerunt deū. pni in terram. Vorro

iesue et baani et serabia.iamī.accub.sep
thai.odia.maasia.celita.açarias.ioçabed
anani.phalaia.leuite silētiū faciebāt in
ppl'o ad audiendā legē. Populus autez
stabat in gradu suo Et legerūt ī libro le
gis dei distincte et apte ad intelligendū
et intellexerūt cū legeret. Dixit aūt ne
emias.ipe ē stathersatha et esdras sacer
dos et scriba et leuite interpretātes vni
uerso ppl'o. Dies sanctificatus est dño
deo nostro. Nolite lugere et nolite flere
Flebat enī oīs ppl's cū audiret verba le
gis. Et dixit eis: Ite comedite pinguia
et bibite mulsum.et mittite ptes eis q̄
non p̄parauerūt sibi qz sanctus dies do
mini est.et nolite cōtristari. Gaudium
etenī dñi ē fortitudo nr̄a. Leuite aūt si
lentiū faciebāt in omī ppl'o dicētes. Ta
cete:qz dies sanctus est.et nolite dolere
Abijt itaqz oīs ppl's vt comederet et bi
beret et mitteret ptes et faceret leticiaz
magnā:qz intellexerāt verba que docue
rat eos. Et in die secūdo ꝯgregati sunt
principes familiarū vniuersi ppl'i sacer
dotes ⁊ leuite ad esdrā scribā vt interp̄
taret eis verba legis. Et inuenerūt scri
ptū in lege p̄cepisse dñm in manu moy
si vt habitēt filij isrl' in tabernaculis in
die sollēni mēse septimo.vt p̄dicēt ⁊ di
uulgēt vocē in vniuersis vrbib⁹ suis et
in hierl'm dicētes. Egredimini in mon
tez.⁊ afferte frōdes oliue.⁊ frōdes ligni
pulcerrimi.frondes myrti ⁊ ramos pal
maꝝ et frōdes ligni nemorosi vt fiāt ta
bernacula sicut scriptū est. Et egressus
est oīs ppl's et attulerūt. Fecerūtqz sibi
tab̄nacula vnusq̄sqz in domate suo ⁊ in
atrijs suis ⁊ in atrijs dom⁹ dei.et in pla
tea porte aquaꝝ ⁊ ī platea porte effraim.
Fecit g̊ vniu̇sa ecclesia eoꝝ qui redierāt
de captiuitate tabernacula.et habitaue
rūt in tabernaculis. Nō enī fecerāt a die
bus iosue filij nun talia filij isrl' vsqz ad
diē illū. Et fuit leticia magna nimis. Le
git aūt in libro legis dei p dies singulos
a die primo vsqz ad diē nouissimū.⁊ fe
cert sollēnitatē septē dieb⁹. et in die oc
tauo collectā iuxta ritum.

IX

In die aūt vicesimoq̄rto mēsis
huius cōuenerunt filij isrl' in ie
iunio et in saccis ⁊ humus sup
eos. Et sepatū est semē filiorū isrl' ab oī
filio alienigena.et steterūt et ꝯfitebant
pctā sua et iniquitates patrū suorū: Et
cōsurrexerūt ad standū. et legerūt ī vo
lumīe legis dñi dei sui quater in die:et
q̄ter ī nocte ꝯfitebant. ⁊ adorabāt dñm
deū suū. Surrexerunt aūt sup gradū le
uitarū iosue et bani ⁊ cedmihel. remmi
sabnia.abani.sarebias.bani. ⁊ thanani:
et clamauerūt voce magna ad dñm deū
suū. Et dixerūt leuite:iosue ⁊ cedmihel
bōni.asebia.serebia.arebia.odaia.sebna
fataia. Surgite:bn̄dicite dño deo nr̄o:
ab eterno vsqz in eternuz. Et bn̄dicant
nomini glorie tue excelso in omni bene
dictione ⁊ laude. Et dixit esdras: Tuip̄e
dñe solus:tu fecisti celū et celū celorū ⁊
omnē exercitū eorum:terraz et vniuer
sa que in ea sunt:maria et oīa que in eis
sunt. Et tu viuificas oīa hec: et exercit⁹
celi te adorat. Tuip̄e dñe deus qui elegi
sti abraā et eduxisti eū de igne chaldeoꝝ
et posuisti nomē eius abraā.et inuenisti
cor eius fidele corā te:⁊ pcussisti cū eo fe
dus vt dares ei terram chananei ethei
euei et ammorrei et phereçei et iebusei
et gergesei.vt dares semini eius. Et im
plesti verba tua quoniā iustus es: Et vi
disti afflictionē patrū nostrorum in egy
pto.clamorēqz eorum audisti sup mare
rubrū.et dedisti signa atqz portēta ī pha
raone et in vniuersis seruis eius. et in
omī ppl'o terre illius. Cognouisti enim
qz supbe egerāt ꝯtra eos.⁊ fecisti tibi no
men.sicut ⁊ in hac die. Et mare diuisi
sti ante eos.⁊ trāsierūt per mediū maris
in sicco. Persecutores aūt eorum ꝓieci
sti in ꝓfundū quasi lapidē in aquas va
lidas.et in colūna nubis ductor eorum
fuisti p diē.⁊ in columna ignis p noctē.
vt appareret eis via p quā ingrediebantur.
Ad montē q̄z sinai descendisti.et lo
cutus es cū eis de celo:⁊ dedisti eis iudi
cia recta ⁊ legē veritatꝫ.cerimonias et p̄
cepta bona. Et sabbatū scīficatum tuuz

ostēdisti eis. ⁊ mādata ⁊ cerimonias ⁊ le
gez p̄cepisti eis in manu moysi serui tui
Panē q̄z de celo dedisti eis in fame eoꝝ
et aquam d̄ petra eduxisti eis sitiētibus
Et dixisti eis vt ingrederent̄ et posside-
rent terram: super quā leuasti manū tu
am vt traderes eis. Ip̄i vero et patres
nostri sup̄be egerūt et indurauerūt cer-
uices suas. et nō audierūt mādata tua.
et noluerūt audire: et nō sunt recordati
mirabiliū tuorū que feceras eis. Et in-
durauerūt ceruices suas. ⁊ dederunt ca
put vt ꝯuerterent̄ ad seruitutē suā qua
si p̄ cōtentionē. Tu aūt deus ꝓpitius cle
mēs et misericors lōganimis et multe
miseratōis. nō dereliquisti eos. Et qui-
dē cū fecissent sibi vitulū cōflatilē et di
xissent: Iste est deus tu⁹ qui eduxit te de
egypto: fecerūtq̄z plasphemias magnas
tu aūt in misericordijs tuis multis nō
dimisisti eos in deserto. Colūna nubis
nō recessit ab eis p̄ diez. vt duceret eos
in viā. et colūna ignis p̄ noctē vt osten
deret eis iter p̄ quod ingrederentur Et
sp̄m̄ tuū bonū dedisti qui doceret eos. et
māna tuū nō ꝓhibuisti ab ore eoruz. et
aquā dedisti eis in siti. Quadragīta an-
nis pauisti eos in deserto nihilq̄z eis de
fuit. Vestimēta eoꝝ nō inueterauerūt
et pedes eorū nō sunt attriti. Et dedisti
eis regna ⁊ ꝓpl'os. et p̄tit⁹ es eis sortes.
Et possederūt terrā seon. ⁊ terrā reg̃ ese-
bon. ⁊ terraz og reg̃ basan. Et multipli-
casti filios eoꝝ sicut stellas celi. et addu-
xisti eos ad terrā de q̄ dixeras p̄rib⁹ eorū
vt ingrederent̄ ⁊ possiderēt. Et venerūt
filij. et possederunt terrā. Et humiliasti
corā eis habitatores terre chananeos ⁊
dedisti eos in manu eoꝝ. ⁊ reges eorū et
ꝓpl'os terre vt facerēt eis sicut placebat
illis. Ceperūt itaq̄z vrbes munitas ⁊ hu
mū pinguē ⁊ possederūt domos plenas
cūctis bonis: cisternas ab eis fabricatas
vineas et oliueta ⁊ ligna pomifera mul
ta. Et comederūt ⁊ saturati sunt. et im-
pinguati sūt ⁊ abūdauerūt delitijs in bo
nitate tua magna. Prouocauerūt autē
te ad iracūdiā. et recesserūt a te. ⁊ ꝓiece-
rūt legē tuaz post terga sua. Et ꝓphetas
tuos occiderūt qui ꝯtestabant̄ eos vt re
uerterent̄ ad te: feceruntq̄z blasphemias
grandes. Et dedisti eos in manum hosti
um suorū: et afflixerunt eos. Et in tem
pore tribulatōis sue clamauerunt ad te
et tu de celo audisti. ⁊ s̄m miseratōes tu
as multas dedisti eis saluatores: qui sal
uarēt eos de manu hostiū suorū. Cunq̄z
requieuissent reuersi sunt vt facerēt ma-
lū in ꝯspectu tuo ⁊ dereliquisti eos ī ma
nu inimicorū suoꝝ et possederūt eos. Cō
uersiq̄z sunt: et clamauerūt ad te Tu au
tem de celo exaudisti et liberasti eos ī mi
sericordijs tuis multis tp̄ib⁹: et cōtesta
tus es eos vt reuerterent̄ ad legē tuaz.
Ip̄i vero sup̄be egerūt et nō audierunt
mādata tua. et in iudicijs tuis peccaue-
rūt q̄ faciet hō. et viuet in eis Et dederūt
humerū recedētez: et ceruicē suā īdura
uerūt nec audierūt. Et ꝓtraxisti sup̄ eos
ānos multos: et ꝯtestatus es eos ī sp̄ū
tuo p̄ manū ꝓphetarū tuoꝝ et nō audie
rūt: et tradidisti eos in manū ꝓpl'oꝝ ter
rarum. In misericordijs aūt tuis pluri
mis nō fecisti eos ī ꝯsūptiōez nec dereli
quisti eos: q̄m de⁹ miserationū ⁊ clemēs
es tu. Nūc itaq̄z deus noster. magne for
tis ⁊ t̄ribilis. custodiēs pactū et miseri-
cordiaz ne aūtas a facie tua, oēm laborez
q̄ inuenit nos. reges nr̄os. p̄ncipes nr̄os
et sacerdotes nr̄os. ⁊ ꝓphetas nr̄os. ⁊ pa
tres nr̄os. ⁊ oēm ꝓpl'm tuū. a diebus re
gis assur vsq̄z in diez hāc. Et tu iust⁹ es
in oīb⁹ q̄ venerūt sup̄ nos: q̄z veritatē fe
cisti nob: nos aūt impie egim⁹. Reges
nr̄i. p̄ncipes nr̄i. sacerdotes nr̄i. ⁊ patres
nr̄i. nō fecerūt legē tuā. et nō attenderūt
mādata tua ⁊ testimonia tua q̄ testifica
tus es ī eis. Et ip̄i ī regnis suis bonis et
in bonitate tua mlta quā dederas eis et
in t̄ra latissima ⁊ pingui quā tradideras
in ꝯspectu eoꝝ. nō seruierūt tibi: nec re-
uersi sunt a studijs suis pessimis. Ecce
nosip̄i hodie s̄ui sum⁹: ⁊ t̄ra quaz dedisti
patrib⁹ nostris vt comederēt panē eius
et que bona sunt eius. ⁊ nosipsi serui su
mus in ea. Et fruges eius multiplicāt̄

regibꝫ quos posuisti sup̄ nos ꝓpter pctā
nr̄a et corp̄ibꝫ nr̄is dñant̄ ⁊ iumētis no
stris ꝟm volūtatē suā. ⁊ ī tribulatōe ma
gna sum⁹. Sup̄ oībꝫ g̃ his nosip̄i p̄cuti
mus fedus et scribim⁹. ⁊ signant p̄rīci
pes nr̄i. leuite nr̄i et sacerdotes nr̄i. X

Signatores aūt fuerūt neemias
athersata fili⁹ achelai. et sedechi
as. saraias. açarias. hieremias.
phessur. amarias. melchias. accus. sebe
nia. melluc. maarem. merimuth. obdi
as. daniel: genton. baruch. mosollam.
abia. miamin. maçia. belga. semeia. hi sa
cerdotes. Porro leuite: iosue filius aça
rie. bennui. de filijs enadad. cedmihel et
fratres eoꝝ: sechenia. odeuia. celita. pha
laia. anan. micha. roob. asebia. çachur se
rebia. sabania. odia bani. baninu. Capi
ta populi: feros. phetmoab. elam. çethu
bani. bonni. açgad. bebai. adonaia. beggo
ai. adin. ather. eçechia. açur. odeuia. asū.
besai. areth. anathot. nebai. mechphia.
mosollā. açir. mesiçabel. sadoch. ieddua.
felthia. anan. ania. osee. anania. asub alo
es. phaleā. sobech. reū. asebna. madsia.
ethaia. hanan. anan. melluch. arem. ba
ana. et reliqui de populo. Sacerdotes:
leuite. ianitores et cātores nathinnei ⁊
omnes qui se sep̄auerūt de populis ter
rarū ad legē dei. vxores eorū. filij eorum
et filie eoꝝ omnes qui poterāt sap̄e spō
dentes ꝓ fratribꝫ suis. optimates eoꝝ. ⁊
qui veniebāt ad pollicēdū et iurandum
vt ambularent in lege dñi quā dederat
in manu moysi serui sui vt facerēt et cu
stodirent vniuersa mandata dñi dei no
stri. et iudicia eius et cerimonias eius.
⁊ vt nō daremus filias nr̄as populo ter
re. et filias eorū nō acciperem⁹ filijs no
stris. Populi q̃z terre qui importāt ve
nalia et oīa ad vsum p̄ diē sabbati vt vē
dant: nō accipiemus ab eis in sabbato
et in die sanctificato: Et dimittem⁹ an
num septimū. ⁊ exactionē vniuerse ma
nus. Et statuemus sup̄ nos p̄cepta vt
demus tertiā p̄tem sicli p̄ annū ad op⁹
domus dei nr̄i ad panes ꝓpositōis et ad
sacrificiū sempiternuz et in holocaustuz
sempiternuz in sabbatis in kalendis in
sollēnitatibꝫ et in sanctificatis ꝓ pecca
to vt exoret̄ ꝓ israel. et in omnē vsuz do
mus dei nostri. Sortes ergo misimus
sup̄ op̄ationē lignorū inter sacerdotes
leuitas et ꝓpl'm vt inferrent̄ in domum
dei nostri p̄ domos patruz nr̄oꝝ p̄ tp̄a a
tēporibꝫ anni vsq̃z ad annū. vt arderent
sup̄ altare dñi dei nr̄i. sicut scriptū est in
lege moysi. Et vt afferremus primoge
nita terre nr̄e. ⁊ primitiua vniuersi fruct⁹
oīs ligni. ab āno in ānū. in domo dñi et
primitiua filiorū nr̄oꝝ ⁊ pecorum nr̄oꝝ:
sicut scriptū est in lege. ⁊ primitiua boū
nr̄oꝝ et ouiū nr̄aꝝ vt offerrent̄ in domo
dei nr̄i sacerdotibꝫ qui mīstrāt in domo
dei nr̄i. Et primitias ciborū nostroꝝ et li
baminū nr̄oꝝ et poma oīs ligni. vinde
mie q̃z ⁊ olei afferremus sacerdotibꝫ ad
gaçophylatiū dei nr̄i. et decimā p̄tez ter
re nostri leuitis. Ip̄i leuite decimas ac
cipient ex omnibꝫ ciuitatibꝫ operū nr̄oꝝ
Erit autem sacerdos filius aaron cum
leuitis in decimis leuitarum. et leuite
offerent decimā p̄tez decime sue ī domo
dei nr̄i ad gaçophylatiū ī domo thesauri
Ad gaçophylatiū enim deportabūt filij
isrl' et filij leui primitias frumēti ⁊ vini
et olei. et ibi erūt vasa dñi scīficata. ⁊ sa
cerdotes et cātores ⁊ ianitores et mini
stri ⁊ nō dimittem⁹ domū dei nr̄i. XI

Habitauerunt aūt principes ꝓpl'i
in hierl'm. Reliq̃ vero plebs mi
sit sortē vt tolleret vnā p̄tez de
decem qui habitaturi essent in hierusa
lem ciuitate sancta: nouem vero partes
in ciuitatibus. Benedixit autez popul⁹
omnibꝫ viris qui se sponte obtulerant
vt habitarēt in hierl'm. Hi sūt itaq̃z p̄n
cipes ꝓuīcie q̃ habitauer̄t ī hierl'm ⁊ ī ci
uitatibꝫ iuda. Habitauit aūt vnusq̃sq̃z
in possessiōe sua in vrbibꝫ suis israel: sa
cerdotes. leuite. nathinnei. et filij ꝟuoꝝ
salomonis. Et in hierusalē habitauer̄t
de filijs iuda et de filijs beniamin. De
filijs iuda: athaias filius açiam. filij
çacharie. filij amarie. filij saphatie. filij
malalehel. De filijs phares. hismaasia

filius baruch. filius coloça. filiꝰ açia. filius adadia. filius ioarib. filiꝰ çacharie. filius filonites. Oēs hi filij phares qui habitauerūt in hierlm. quadrīgēti sexaginta nouē viri fortes. Hi sunt aūt filij beniamī. Sellū filiꝰ mosollā. filiꝰ ioed. filius phadaia. filiꝰ colaia. filiꝰ masia. filius ethœl. filiꝰ esaia: Et post eū gebbai. sellai: nongēti vigintiocto. Et ioēl filius çechri ꝓpositꝰ eoꝝ. et iudas filiꝰ senua sup ciuitatē secūdus. Et ō sacerdotib. idaia filiꝰ ioarib. iachin. saraia filiꝰ helchie. filiꝰ mosollā. filius sadoch. filiꝰ meraioth. filiꝰ achitob ꝓncipes domus dei ⁊ frēs eoꝝ faciētes opa tēpli. octīgenti vigintiduo. Et adaia filius ieroam. filius phœleia. filius amsi. filiꝰ çacharie. filius phœssur. filius melchie ⁊ frēs eius ꝓncipes patrū. ducēti ꝙdragītaduo. Et amasai filius açriel. filius açi. filiꝰ mosollamoth. filius emmer. ⁊ frēs eoꝝ potētes nimis. centū vigintiocto. ⁊ ꝓpositus eoꝝ çabdiel filius potētiū. Et de leuitis: sebenia filius asob. filius açaricaz. filius asabia. filiꝰ bōni. ⁊ sabathai ⁊ ioçabeth sup oīa opa que erāt foris secus in domo dei a ꝓncipib leuitaꝝ. Et mathania filius micha. filiꝰ çebedei. filiꝰ asaph ꝓnceps: ad laudādū ⁊ ad confitēdū in oratione. ⁊ bechecias secūdus de fratrib eiꝰ ⁊ abda filiꝰ samuha. filiꝰ galal. filius ydithū. Oēs leuite in ciuitate scā: ducenti octogītaq̄ttuoꝝ. Et ianitores. accub. telmon ⁊ frēs eoꝝ qui custodiebāt ostia: cē tū septuagintaduo. Et reliqui exiſl' sacerdotes ⁊ leuite in vniuersis ciuitatib iuda. vnusq̄sqꝫ ī possessiōe sua. ⁊ nathinnei qui habitabāt in ofel. ⁊ syaha ⁊ gaspha de nathīneis. Et ēps leuitarum in hierlm. açi filius baani. filius asabie. filius mathanie. filius michē. De filijs asaph: cātores in mīsterio dom' dei. Dece ptū quippe regis sup eos erat. ⁊ ordo in cātoribꝫ p dies singlos. ⁊ fathaia filiꝰ meseçebel. de filijs çara. filij iuda in manu regis iurta oē vbū ppli. ⁊ in domib p oēs regiones eoꝝ. De filijs iuda habitauerūt in cariatharbe ⁊ in filiabꝫ eiꝰ. ⁊ in dibon ⁊ in filiabꝫ eiꝰ et ī capseel ⁊ in viculis eius ⁊ in iesue ⁊ in molada ⁊ in bethfaleth. ⁊ in aserſual. ⁊ in bersabee ⁊ ī filiabꝫ eius. ⁊ in sicelech ⁊ in mochona ⁊ in filiabꝫ eiꝰ. ⁊ in rēmō ⁊ in sara. ⁊ in ierimuth. çonoa. odollam. ⁊ in villis earū: lachis ⁊ in regionibꝫ eius. açecha ⁊ in filiabꝫ eius. Et māserūt in bersabee vsq̄ advallem hēnō. Filij aūt beniamin a geba. mechmas ⁊ haī ⁊ bethel ⁊ filiabꝫ eiꝰ: anathot. nob. ananā. asor. rama. gethaim. madid. seboim. neballath ⁊ ono valle artificū. ⁊ de leuitis. ꝓtiones iude ⁊ bēia

Hi sunt aūt sacerdotes ⁊ leuite qui ascēderūt cum Zorobabel filio salathiel. Josue saraia. hieremias. esdras. amaria. melluch. achus. sechenias. reuz. merimuth addo. genthon. abia. miamī. madia. belga. semeia ⁊ ioarib ⁊ idaia. sellū. amoch. elceia. adaia. Isti ꝓncipes sacerdotuz ⁊ fratres eoꝝ in diebꝫ iosue. Zorro leuite: iesua. bēnui. cedmihel. sarabia. iuda. mathanias. sup hymnos ipſi ⁊ fratres eoꝝ. ⁊ bechecia. atq̄ ethāni ⁊ frēs eorum vnusquisq̄ in officio suo. Josue aūt genuit ioachim. ⁊ ioachim genuit eliasib ⁊ eliasib genuit ioiada. ⁊ ioiada genuit ionathā. ⁊ ionathā genuit iedda. In diebus aūt ioachī erant sacerdotes ⁊ ꝓncipes familiaꝝ saraie. maarie. hieremie. ananie esdre. mosollā. amarie. iohānan milico. ionathā. sebenie. iosephꝫ arā. edna. maraioth. elci. adaie. çacharie. genthon. mosollam. abie. çechri. miamī. et moadie. felthi. belgi. sammua. sameie. ioathan. ioarib. mathanai. iodaie açci sellaie. celaia mochōb. elchie asebie ydaie. nathanahel. Leuite in diebꝫ eliasib ⁊ ioiada ⁊ ionā. ⁊ iedbua. scripti ꝓncipes familiarum ⁊ sacerdotes in regno darij perse. Filij leui ꝓncipes familiarū scripti in libro vbꝫ dierum. ⁊ vsq̄ ad dies ionathan filij eliasib. Et ꝓncipes leuitarum: asebia. serebia ⁊ iesue filius cedmihel ⁊ fratres eorum per vices suas vt laudarent ⁊ cōfiterētur iurta ꝓceptuz dauid viri dei ⁊ obseruarent eque per

ordinem. Mathania ⁊ becbecia ⁊ obedia
mosollā thelmō. accub. custodes portaꝝ
⁊ vestibuloꝝ ante portas. Hi ī diebꝫ ioa
chi filij iosue. filij iosedech. ⁊ in diebus
neemie dncis ⁊ esdre sacerdotis scribeqꝫ
In dedicatiōe aūt muri hierl'm. reqsie/
rūt leuitas de oībꝫ locis suis: vt adduce
rēt eos in hierl'm. ⁊ facerēt dedicatiōem
⁊ leticiā in actione grāꝝ. ⁊ cātico ⁊ ī cym
balis. psalterijs ⁊ citharis. Congregati
sunt aūt filij cantoꝝ ⁊ de cāpestribꝫ circa
hierl'm. ⁊ de villis netuphati. ⁊ d̄ domo
galgal. ⁊ de regionbꝫ geba ⁊ asmaneth:
qm̄ villas edificauerūt sibi cantores in
circūitu hierl'm. Et mūdati sunt sacer/
dotes ⁊ leuite. ⁊ mūdauerūt ppl'm ⁊ por/
tas ⁊ murū. Ascēdere aūt feci principes
iuda sup murū ⁊ statui duos choros lau
dātiū magnos. Et ierūt ad dexterā sup
murū ad portā sterquilinij. Et iuit post
eos osias. ⁊ media ps pricipum iuda et
açarias. esdras ⁊ mosollā. iuda. ⁊ bēiamī
⁊ semeia. ⁊ hieremia. Et d̄ filijs sacerdo
tū in tubis çacharias filius ionathā. fi/
lius semei. filius mathanie. filius mi/
chaie. filius çechur filius asaph. et frēs
eiꝰ semeia ⁊ açarel. malalai. galalai. ma/
ai. nathanahel ⁊ iuda. ⁊ anani. in vasis
cantici dauid viri dei. ⁊ esdras scriba an
te eos in porta fontis. Et ɔtra eos ascē/
derūt in gradibꝫ ciuitatis dauid in ascē
su muri sup domū dauid ⁊ vsqꝫ ad por/
tā aquaꝝ ad oriētem. Et chorus secun/
dus gratias referentiū ibat ex aduerso.
⁊ ego post eū: ⁊ media ps ppl'i sup murū
⁊ sup turrī furnoꝝ. ⁊ vsqꝫ ad murū latis
simū. ⁊ sup portā ephraim ⁊ sup portaꝫ
antiquā ⁊ sup portā pisciū. ⁊ turrī ana/
nehel. ⁊ turrim emath. ⁊ vsqꝫ ad portam
gregis. ⁊ steterūt ī porta custodie. Ste/
terūtqꝫ duo chori laudātiū in domo dei.
⁊ ego ⁊ dimidia ps magistratuū mecuꝫ
Et sacerdotes eliachī. maasia. miamin.
michea. elioenai. çacharia. ⁊ anania ī tu
bis ⁊ maasia ⁊ semeia ⁊ eleaçar ⁊ açi ⁊ io
hannā ⁊ melchia ⁊ elā ⁊ eçer. Et clare ce
cinerūt cantores ⁊ ieçaria p̄positus. Et
immolauerūt in die illa victimas ma/
gnas ⁊ letati sunt. Deus enim letifica/
uerat eos leticia magna. Sed ⁊ vxores
eorū ⁊ liberi gauisi sunt. ⁊ audita est leti/
cia illa hierusalē procul. Recēsuerūt q̄ꝫ
in die illa viros super gaçophylatia the
sauri. ad libamīa ⁊ ad primitias ⁊ ad de/
cimas vt introferrēt p eos principes ci/
uitatis in decore grāꝝ actiones sacerdo/
tes ⁊ leuitas: qꝛ letificatus est iuda in sa
cerdotibꝫ ⁊ leuitis astātibꝫ. Et custodie
rūt obseruationē dei sui. ⁊ obs̄uatiōem
expiatiōis ⁊ cātores ⁊ ianitores iuxta p̄
ceptū dauid ⁊ salomōis filij eius. qꝛ in
diebꝫ dauid ⁊ asaph ab exordio erāt pri/
cipes ɔstituti cantoꝝ in carmine laudā/
tiū ⁊ ɔfitentiū deo. Et oīs isrl' in diebꝫ
çorobabel ⁊ in diebꝫ neemie dabāt par/
tes cantoribꝫ ⁊ ianitoribꝫ p dies singu/
los ⁊ sanctificabant leuitas et leuite sci
ficabant filios aaron.

XIII

In die aūt illo lectū est in volu/
mīe moysi: audiēte populo. Et
inuētū est scriptū in eo q̄ nō de
beant introire ammonites ⁊ moabites
in ecclesiā dei vsqꝫ in eternū eo q̄ nō oc
currerint filijs israel cū pane ⁊ aq̄ ⁊ con
duxerūt aduersum eos balaaꝫ ad male
dicendū eis. ⁊ ɔuertit deus noster ma/
ledictiōem in bn̄dictionē. Factū est aūt
cū audissent legem sepauerūt oēm alie
nigenā ab israel. Et sup hoc erat eliasib
sacerdos qui fuerat prepositus in gaço/
phylatō domus dei nostri. ⁊ ꝓximus to
bie. Fecit ergo sibi gaçophilatium grā/
de. ⁊ ibi erāt ante eum reponētes mūe/
ra ⁊ thus ⁊ vasa ⁊ decimā frumēti vini
⁊ olei. partes leuitaꝝ ⁊ cantoꝝ ⁊ ianitoꝝ
⁊ primitias sacerdotales. In omībꝫ au/
tem his non fui in hierl'm: qꝛ in anno
tricesimosecūdo artaxerxis regis baby
lonis veni ad regem. Et in fine dierum
rogaui regem. ⁊ veni in hierusalē. Et in
tellexi maluꝫ qd̄ fecerat eliasib tobie vt
faceret ei thesaurum in vestibulis domꝰ
dei. ⁊ malum mihi visum est valde. Et
proieci vasa domus tobie foras de gaço
phylatio. precepiqꝫ ⁊ emūdauerūt gaço/
phylatium. Et retuli ibi vasa domꝰ dei

sacrificium ⁊ thus. Et cognoui ꝙ partes leuitaꝝ non fuissent date ⁊ fugisset vnusquisq̃ in regionē suam de leuitis ⁊ cantoribꝫ ⁊ de his qui mīstrabāt. ⁊ egi causam aduersum magistratus ⁊ dixi: Quare dereliquim⁹ domū dei? Et congregaui eos. ⁊ feci stare in statiōibꝫ suis Et oīs iuda apportabat decimā frumenti. vini ⁊ olei in horrea. Et ꝯstituim⁹ super horrea selemiam sacerdotē. ⁊ sadoch scribā. ⁊ fadaiā de leuitis. ⁊ iuxta eos anan filiū çachur filiuꝫ mathanie. qm̄ fideles cōprobati sunt ⁊ ipsis credite sup̄ ptes fratrū suoꝝ. Memēto mei de⁹ meus ꝑ hoc. ⁊ ne deleas miserationes meas q̄s feci in domo dei mei ⁊ in cerimonijs eius. In diebꝫ illis vidi in iuda calcātes torcularia in sabbato: portātes aceruos ⁊ onerātes sup̄ asinos vinum ⁊ vuas ⁊ ficus ⁊ omne onus. ⁊ inferētes in hierl'm die sabbati. Et cōtestat⁹ sum eos vt in die q̄ vēdere liceret vēderent. Et tyrij hītauerūt in ea: īferētes pisces ⁊ oīa venalia. Et vēdebāt in sabbatis filijs iuda et hierl'm. Et obiurgaui optimates iuda. ⁊ dixi eis: Que est hec res mala quā vos facitis. ⁊ ꝓphanatis diez sabbati? Nūquid nō hec fecerūt p̄res nostri ⁊ adduxit de⁹ nr̄ sup̄ nos oē malū h̄ ⁊ sup̄ ciuitatē hanc? Et vos additis iracūdiā sup̄ isrl'. violādo sabbatū. Fcm̄ est aūt cū quieuissent porte hierl'm die sabbati. dixi. ⁊ clauserūt ianuas. ⁊ p̄cepi vt nō aperirēt eas vsq̃ post sabbatū. Et de pueris meis constitui super portas vt nullus inferret on⁹ die sabbati. Et mānserūt negociatores ⁊ vendētes vniuersa venalia foris hierl'm semel ⁊ bis ⁊ cōtestatus sum eos. ⁊ dixi eis: Quare manetis ex aduerso muri? Si secundo hoc feceritis manū mittam in vos. Itaq̃ ex tp̄e illo nō venerunt in sabbato. Dixiq̃ leuitis vt mūdarent̄ ⁊ venirēt ad custodiendas portas. ⁊ sanctificādā diē sabbati. Et pro hoc ergo memento mei deus ⁊ parce mihi ꝑm multitudinem miserationū tuarum. Sed ⁊ in diebꝫ illis vidi iudeos ducentes vxores. açotitidas ammonitidas. ⁊ moabitidas. Et filij eorum ex media p̄te loquebant̄ açotice. ⁊ nescibant loqui iudaice. ⁊ loq̄bantur iuxta linguā ꝓpl'i ⁊ ꝓpl'i. Et obiurgaui eos ⁊ maledixi. Et cecidi ex eis viros. ⁊ decalcaui eos. ⁊ adiuraui in deo vt nō darent filias suas filijs eoꝝ. ⁊ nō accip̄ent de filiabꝫ eoꝝ filijs suis ⁊ sibimetipsis dicēs Nūquid nō ī huiuscemōi re peccauit salomon rex isrl'? Et certe in gētibꝫ multꝫ non erat rex similis ei. ⁊ dilect⁹ deo suo erat. ⁊ posuit eum deus regez super omnem israel. Et ip̄m ergo duxerūt ad peccatum mulieres alienigene? Nunquid ⁊ nos inobedientes faciemus omne maluꝫ grande hoc. vt preuaricemur in deo nostro ⁊ ducamus vxores peregrinas? De filijs aūt ioiada filij eliasib sacerdotis magni. gener erat sanaballath horonitis quē fugaui a me. Recordare dn̄e deus meus aduersum eos qui polluūt sacerdotiū iusq̃ sacerdotale ⁊ leuiticuꝫ Igitur mūdaui eos ab oībꝫ alienigēis ⁊ constitui ordines sacerdotū ⁊ leuitaꝝ vnumquēq̃ in ministerio suo ⁊ in oblatione lignoꝝ in temporibꝫ ꝯstitutis ⁊ in primitijs. Memento mei deus meus in bonum. Amen.

Explicit liber Neemie. Incipit liber Esdre secundus. Capitulum. I

Et fecit iosias pasca in hierosolimis dn̄o. ⁊ immolauit phase quartadecīa luna primi mēsis: statuēs sacerdotes p̄vices dierū stolis amictos in tēplo dn̄i. Et dixit leuitꝫ sacris seruis israel: vt sanctificarēt se domino in positione sancte arce dn̄i in domo quā edificauit salomon fili⁹ dauid rex. Non erit vobis tollere super humeros eam. Et nunc deseruite dn̄o vestro. ⁊ curam agite gentis illius israel ex parte ꝑm pagos ⁊ tribꝫ vestras. ꝑm scripturam dauid regis israel. ⁊ ꝑm magnificentiam salomonis filij eius: oēs in tēplo. ⁊ ꝑm particulam principat⁹ patr̄naꝫ

ꝛeſtram eoꝝ qui ſtant in conſpectu fra/
trũ filioꝝ iſrl. Immolate paſca. ⁊ ſacrifi
cia parate fratribꝫ vꝛis. ⁊ facite ſm ꝓce/
ptuꝫ dñi qꝫ datũ eſt moyſi. Et donauit
ioſias in plebẽ q̃ inuẽta eſt. ouiũ. agnoꝝ
⁊ hedoꝝ. ⁊ capꝛarũ triginta milia: vitulos
tria milia. Hec ꝺ regalibꝫ data ſunt ſm
ꝓmiſſiõem ꝓpło. ⁊ ſacerdotibꝫ in paſca:
oues nũero duo milia: ac vituli cẽtum
Et iechonias ⁊ ſemeias ⁊ nathanael fra
tres. ⁊ aſabias ⁊ oꝛiel ⁊ coꝛaba in phaſe.
oues quĩqꝫ milia. vitulos quĩgẽtoſ. Et
hec cũ fierẽt eleganter: ſteterũt ſacerdo/
tes ⁊ leuite hñtes aꝛymа ꝓ tribꝫ. Et ſm
ptes pꝛicipat⁹ patꝝ in ꝓſpectu ꝓpli offe/
rebant dño ſm ea q̃ in libꝛo moyſi ſcri/
pta ſunt. Et aſſauerũt phaſe igni ꝓut
oꝛtebat: ⁊ hoſtias coꝛerũt in emolis ⁊
in ollis cũ beniuolẽtia. Et attulerũt oĩ/
bus qui erãt ex plebe. ⁊ poſt hec parauerẽt
ſibi ⁊ ſacerdotibꝫ. Sacerdotes enĩ offe/
rebant adipes vſqꝫ dũ finita eẽt hoꝛa. et
leuite parauerunt ſibi ⁊ frĩbꝫ ſuis filijs
aarõ. Et ſacrificatoꝛes filij aſaph erant
ꝓ oꝛdinẽ. ſm ꝓceptũ dauid. Et aſaph ⁊
ẓacharias ⁊ ieddim⁹ qui erat a rege. ⁊ o/
ſtiarij ꝓ ſingulas ianuas: ita vt nõ ꝓua/
ricaret vnuſquiſqꝫ ſuã. Frẽs enĩ illoꝝ
parauerũt illis. Et ꝓſummata ſunt q̃ ꝓ
tinebãt ad ſacrificiũ dñi. In illa ꝺie ege
rũt phaſe. ⁊ offerebant hoſtias ſuꝑ dñi
ſacrificiũ. ſm ꝓceptũ regis ioſie. Et ege
rũt filij iſrl qui inuenti ſunt in tẽpe illo
phaſe. ⁊ ꝺiẽ feſti aẓymoꝝ per ꝺies ſeptez
Et nõ eſt celebꝛatũ phaſe tale in iſrael
a tpibꝫ ſamuel ꝓpꝛte. ⁊ oẽs reges iſrael
non celebꝛauerũt tale paſca quale egit
ioſias ⁊ ſacerdotes ⁊ leuite ⁊ iudei ⁊ oĩs
iſrael. qui inuẽti ſunt in commoꝛatione
hieroſolymis. Octauodecio ãno regnã
te ioſia celebꝛatuꝫ eſt phaſe. Et directa
ſũt opa ioſie ĩ ꝓſpectu dñi ſui ĩ coꝛde ple
no metuẽtia. ⁊ q̃ circa illũ q̃ꝺez ꝓſcripta
ſũt ĩ pꝛiſtinis tpibꝫ ꝺe eis q̃ peccauerẽt q̃qꝫ
irreligioſi fuerũt in dñm pꝛe omni gen
te ⁊ qui non queſierũt verba ꝺomini ſu/
per iſrael. Et poſt omnẽ actũ hunc ioſie
aſcendit pharao rex egypti veniẽs in car
chamis ab itinere ſuper eufraten ⁊ exiſt
in obuiã illius ioſias. Et miſit rex egy/
pti ad ioſiam ꝺicens. Quid mihi et
tibi eſt rex iuꝺe? Non ſum miſſus a vo/
mino vt pugnem contra te. Super eu
fraten enĩ bellum meum eſt. Feſtinans
ꝺeſcende. Et nõ eſt reuerſus ioſias ſu/
per currũ. ſed expugnare eum conabat
nõ attẽꝺens ꝟbum ꝓpꝛte ex oꝛe ꝺñi: ſꝫ
cõſtituit ad eum bellum in campo ma/
geꝺꝺo. Et ꝺeſcenderũt pꝛincipes ad re/
gem ioſiam. Et ꝺixit rex pueris ſuis:
Amouete me a pꝛelio. Infirmatus ſuꝫ
enim valꝺe. Et ſtatim amouerunt euꝫ
pueri ipſius ꝺe acie. Et aſcẽꝺit ſup cur/
rum ſecundariũ ſuum. ⁊ ꝓueniens hie
roſolymam vita functus eſt. ⁊ ſepult⁹ ẽ
in paterno ſepulcro. Et ĩ tota iuꝺea lu/
gebãt ioſiam. ⁊ qui pꝛeſiꝺebãt cũ ꝺoꝛo/
bus lamẽtabant eum vſqꝫ in hunc ꝺiez
Et datuꝫ eſt hoc fieri ſemꝑ in omne ge/
nus iſrael. Hec aũt pꝛeſcripta ſunt in li
bꝛo hiſtoꝛiaꝝ regũ iuꝺe. ⁊ ſingula geſta
actus ioſie ⁊ eius gloꝛia ⁊ intellect⁹ ei⁹
in lege ꝺñi: queqꝫ geſta ſunt ab eo. et q̃
nõ. ſcripta ſunt in libꝛo regũ iſrl ⁊ iuꝺe.
Et aſſumẽtes qui erant ex gente iecho/
niam filiũ ioſie. cõſtituerũt regẽ ꝓ ioſia
pre ſuo. cum eſſet annoꝝ triginta tꝛiuꝫ
⁊ regnauit ſup iſrl menſibꝫ tribꝫ. Et a/
mouit eũ rex egypti ne regnaret in hie/
roſolymis. ⁊ mulctauit gentez argenti
talẽta centũ ⁊ auri talẽtum vnũ. Et cõ/
ſtituit rex egypti ioachim frẽm ipſi⁹ re/
gem iuꝺe ⁊ hierl'm. ⁊ alligauit magiſtra
tus ioachi ⁊ ẓacharie frẽm ſuũ: apꝛehẽ/
ꝺẽs reduxit in egyptũ. Annoꝝ erat ioa/
chim vigintiqnqꝫ cũ regnare cepiſſet in
terra iuꝺa ⁊ hierl'm. ⁊ fecit malũ in con/
ſpectu ꝺñi. Poſt hũc aũt aſcẽꝺit nabu/
chodonoſoꝛ rex babylonis ⁊ alligãs eũ ĩ
areolo vinc'lo ꝓꝺurit ĩ babyloniã. ⁊ ſacra
vaſa ꝺñi accepit nabuchodonoſoꝛ. ⁊ tu/
lit. ⁊ cõſecrauit in tẽplo ſuo in babylo/
nia. Nam ꝺe immũꝺicia illius ⁊ irreli/
gioſitate ſcripũ eſt in libꝛo tempoꝝ re/
gũ. Et regnauit ioachin filius eius ꝓ
eo. Cum aũt ꝓſtitut⁹ eſſet annoꝝum

eſt rex

octo. Regnuit aũt mẽses tres. ⁊ dies xe/
cẽ in hierusalẽ. ⁊ fecit malũ in cõspectu
dñi. Et post annũ mittẽs nabuchodo/
nosor transmigrauit eũ in babyloniam
simul cũ sacris vasis dñi. ⁊ cõstituit se/
dechiã regẽ iuda ⁊ hierl'm cũ esset ãnor
vigintiunius. Regnauit aũt annis vn/
decim. Et fecit malũ in cõspectu dñi. et
nõ est veritas a verbis que dicta sunt ab
hieremia pphẽta ex ore dñi. ⁊ adiuratus
a rege nabuchodonosor piurãs discessit
⁊ indurata ceruice sua ⁊ corde suo. trãs/
gressus est legitima dñi dei isrl'. Et du/
ces ppli dñi multa inique gesserũt. ⁊ im
pie egerũt sup oẽs immũdicias gentiũ
⁊ polluerũt tẽplũ dñi qd̃ scm̃ erat i hie/
rosolymis. Et misit deus patrũ ipsorũ
per angelũ suũ reuocare eos: ppter qd̃
parceret illis ⁊ tabernaculo suo. Ipsi ve/
ro subsannabant in angelis suis. ⁊ qua
die locutus est dñs erãt illudẽtes pphe
tis eius. Qui vsq; ad iracũdiã cõcitat⁹
est. sup gẽtem suam ppter irreligiosita/
tes suã. ⁊ pcepit ascẽdere reges chaldeo
rum. Qui occiderũt iuuenes eor in gla/
dio. in circũitu scĩ tẽpli eor ⁊ nõ ppce/
rũt iuueni ⁊ seni ⁊ virgini ⁊ adolescẽti:
sed oẽs traditi sunt in manꝰ ipor ⁊ oĩa
sacra vasa dñi. ⁊ regales apothecas resu
mẽtes tulerũt in babyloniam. ⁊ incẽde
rũt domũ dñi. ⁊ demolierũt muros hie
rusalẽ. ⁊ turres eiꝰ incẽderũt in igne. Et
cõsummauerũt oĩa honorifica eius. ⁊ ad
nihilũ redegerũt. ⁊ reliqs a gladio dure
rũt in babylonẽ. Et erãt serui illiꝰ vsq;
dũ regnarẽt perse. in repletiõe verbi do/
mini in ore hieremie: qũsq; beneplacen
geret terra sabbata sua. Omni tpe des/
tionis sue sabbatizauit in applicatione
annor septuagintaseptem.

II

Regnante cyro rege psarũ in cõ/
summatiõe verbi dñi in ore hie
remie. suscitauit dñs spm̃ cyri
regis psarum. ⁊ pdicauit in toto regno
suo simul p scripturã dicens: Hec dicit
cyrus rex persarum. Me cõstituit regez
orbi terrarũ dñs israel dñs excelsus. et
significauit mihi edificare domũ sibi in
hierusalem que est in iudea. Si quis ẽ
ex genere vestro: dñs ipsius ascendat cũ
eo in hierusalem. Quotq̃t ergo circa lo
ca hitant adiuuent eos qui sunt in loco
ipso in auro ⁊ argẽto in dationib⁹ cum
equis ⁊ iumẽtis: cũq; alijs que fm vota
apponũtur in edem dñi que est in hie/
rusalẽ. Et stantes pcipes tribuũ pago
rum ⁊ iudee ex tribu beniamin ⁊ sacerdo/
tes ⁊ leuite qs excitauit dñs ascẽdere et
edificare domũ dñi q̃ est in hierusalem
⁊ qui erãt in circũitu eor adiuuerũt in
oĩ auro ⁊ argẽto eius. ⁊ iumẽtis ⁊ votis
q; pluribus. multi q̃p sensus excitat⁹ est.
Et cyrus rex ptulit vasa sacra dñi q̃ trã
stulit nabuchodonosor rex babylonis ex
hierl'm. ⁊ posecrauit ea idolo suo. Et pfe
rens ea cyrus rex persar tradidit mitri/
dato qui erat sup thesauros ipsi⁹. Per
hũc aũt tradita sunt salmanasaro psidi
iudee. Hor aũt hic nũerus. Libatoria
argentea. duo milia q̃dringẽta: athisce
argentee triginta. phiale auree trigĩta:
item argẽtee duo milia quadrigente. ⁊
alia vasa mille. Omnia aũt vasa aurea
⁊ argentea q̃nq; milia octingẽta sexagĩ/
ta. Et enumerata sunt salmanasaro si/
mul cuz his q̃ ex captiuitate babylonie
venerãt in hierosolymã. In artaxerxis
aũt regis persar tpib⁹ scripserunt ei de
his qui inhĩtãt in iudea ⁊ hierl'm balsa
mus ⁊ mitridatus ⁊ sabelli⁹ ⁊ rathim⁹
baltheus samelius scriba. ⁊ reliq̃ inhĩ
tantes in samaria. ⁊ ceteris locis subie/
ctam epistolã regi artaxerxi. Dñe pueri
tui rathimus ab accidẽtib⁹. ⁊ sabellius
scriba. ⁊ reliqui curie tue iudices in cele
syriã ⁊ phenicem. Et nũc notuz fit dño
regi: qm̃ iudei qui ascẽderũt a vobis ad
nos veniẽtes in hierl'm ciuitatẽ refugã
⁊ pessimã. edificant furnos eius ⁊ statu/
unt muros. ⁊ tẽplum suscitãt. Q; si ciui
tas ista ⁊ muri ꝯsummati fuerint non
tm̃ tributa nõ sustinebunt pendere: sed
etiam regib⁹ resistent Et. qz id agit circa
tẽplum: recte haberi arbitrati sum⁹ non
despicere hoc ipsum: sed notũ facere do/
mino regi vt si videbit rex. q̃ratur in li/

bris patrū tuoꝝ ⁊ iuuenes in ammoni/
tionib⁹ scripta de his: scies qm̄ ciuitas
ista fuit refuga ⁊ reges ⁊ ciuitates ꝓcu/
tiēs. ⁊ iudei refuge ⁊ ꝑlia ꝓmittētes i ea
ab eterno. ob quā cām ciuitas ista dēfta
est. Nūc ergo notū facimus dñe rex: qm̄
si ciuitas hec edificata fuerit ⁊ hui⁹ mu/
ri erecti fuerint: descensus tibi nō erit i
celesyriam ⁊ phenicē. Tunc scripsit rex
rathimo qui scribebat accidentia ⁊ bal/
thimo ⁊ sabellio scribe. ⁊ ceteris ꝓstitutꝫ
⁊ inhabitātib⁹ in syria ⁊ phenice ea que
subiecta sunt. Legi epl̄am quā misistis
mihi. Recepi ergo inq̄ri. ⁊ inuentū est
qm̄ ciuitas illa est ab euo regib⁹ resistēs
⁊ hoies refuge ⁊ ꝑlia in ea efficiētes. ⁊ re
ges fortissimi erāt in hierl'm dñantes ⁊
tributa exigentes. a celesyria ⁊ phenice.
Nūc ergo ꝑcepi ꝓhibere hoies illos edi
ficare ciuitatē. ⁊ ꝓhibere ne quid vltra
hec fiat: ꝫ nec ꝓcedāt in plurimum: ex q̄
sunt malitie. ita vt regib⁹ molestia im/
ponāt. Tūc recitatis his q̄ a rege artax
exe scripta fuerant rathim⁹ ⁊ sabellius
scriba. ⁊ qui cū his ꝓstituti erāc iūgētes
festināter venerūt in hierl'm cū equita/
tu ⁊ turba. ⁊ agmine: ceperūtqꝫ edifican
tes ꝓhibere. Et vacabāt ab edificatione
tēpli in hierl'm vsqꝫ secūdo anno regni
darij regis persarum. III

Et darius fecit cenā magnā oī/
bus vernaculis suis. ⁊ oīb⁹ ma/
gistratib⁹ medie ⁊ ꝑsidis ⁊ oīb⁹
purputatꝫ. ⁊ ꝓtorib⁹ ⁊ ꝓsulib⁹ et ꝑfectis
sub illo ab india vsqꝫ et hiopiā: centū vi
gītiseptē ꝓuinciis. Et cū manducassent
⁊ bibissent ⁊ satiati reuerterētur. tūc da
rius rex ascēdit in cubiculo suo. ⁊ dormi
uit. ⁊ expgefact⁹ est. Tunc illi tres iuue/
nes corꝑis custodes qui custodiebant
corꝑ⁹ regis: dixerūt alter alteri. Dicam⁹
vnusquisqꝫ nostrū sermonē qui ꝑcellat
⁊ cuiuscūqꝫ apparuerit sermo sapiētior
alteri⁹: dabit illi rex dari⁹ dona magna
purpura cooperiri. ⁊ in auro bibere. et
sup aurū dormire. ⁊ currū aureo freno
⁊ cydarim byssinam ⁊ torquem circa col
lum ⁊ secūdo loco sedebit a dario ꝓpter
sapientiam suā. ⁊ cognatus darij voca/
bitur. Tūc scribētes singuli suū verbū
significauerūt. ⁊ posuerūt subtus cerui/
cal darij regis. ⁊ dixerūt: Cunqꝫ surrexe
rit rex dabimus illi scripta nra. ⁊ qōcū/
qꝫ iudicauerit rex e trib⁹ ⁊ magistratus
persidis qm̄ ꝓbū eius sapiētius est: ipsi
dabit victoria sicut scriptuꝫ est. Vnus
scripsit. Fortis est vinū. Alius scripsit. For
tior est rex. Tertius scripsit. Fortiores
sunt mulieres: sup oīa aūt vincit veri/
tas. Et cū surrexisset rex. acceperūt scri/
pta sua. ⁊ dederūt illi. ⁊ legit. Et mittēs
vocauit oēs mgtat⁹ ꝑsaꝝ. ⁊ medos. ⁊ pur
puratos ⁊ ꝓtores ⁊ ꝑfectos. ⁊ sedēt i ꝑci
lio. ⁊ lecta sunt scripta coraꝫ ipsis. Et di
xit. Vocate adolescētes. ⁊ ipsi iudicabūt
ꝓba sua. Et vocati sunt ⁊ introierūt. Et
dixit illis: Judicate nobis de his q̄ scri/
pta sunt. Et cepit prior q̄ dixerat de for/
titudine vini. ⁊ dixit: Viri q̄ ꝑualet vi/
nū oīb⁹ hoīb⁹ qui bibūt illud. Seducit
mentē. Regis ⁊ orphani facit mē/
tem vanā. Ītē serui ac liberi paupis ac
diuitis ⁊ oēm mētē ꝓuertit in securita/
tem ⁊ iocūditatē. ⁊ nō meminit oēm tri
sticiā ⁊ debitū. ⁊ oīa ꝓcordia facit hone/
sta. ⁊ nō meminit regē nec magtatū. et
oīa ꝑ talēta loq̄ facit. Et nō meminerūt
cū biberūt amicitiā nec fraternitatē: sed
nō multū post. sumūt gladios ⁊ cū a vi/
no merserint ⁊ surrexerint nō memine
rūt q̄ gesserūt. O viri. nū ꝑcellit vinuꝫ
Quis sic cogitat facere. Et tacuit ꝑ dctō

Et inchoauit sequēs di/ IIII
cere: qui dixit de fortitudine re/
gis. O viri: num ꝑcellūt hoies.
qui terrā ⁊ mare obtinent. ⁊ oīa q̄ in eis
sunt: Rex aūt sup oīa ꝓcellit. ⁊ dñator
eorū. ⁊ oē qōcūqꝫ dixerit illis. faciūt. Et
miserit illos ad bellatores: vadunt ⁊ de/
moliūtur mōtes ⁊ muros ⁊ turres. Ju
gulant ⁊ iugulāt ⁊ regis ꝓbū nō ꝓtere/
unt. Nam si vicerint afferūt regi oīa q̄
cunqꝫ prædati fuerint. Similiter ⁊ alij
omēs. ⁊ quotq̄t nō militāt nec pugnāt
sed colunt terram rursum cum fuerint
metentes afferunt tributa regi. Et ipse

vnus solus si dixerit occidite occidunt dixerit remittite: remittunt. dixerit p cutite: percuciunt. dixerit exterminate: exterminãt. dixerit edificate: edificãt dixerit excidite: excidunt. dixerit plãtate plantãt. ⁊ oĩs plebs ⁊ virtutes eũ obaudiunt. ⁊ sup̃ b̃ ipse recũbit ⁊ bibit ⁊ dormit. Hi aũt custodiũt in circũitu eũ et nõ possunt ire singli ⁊ facere opa sua: sz in dicto obaudientes sunt ei. Eliri: quõ nõ præcellit rex q̃ sic diffamat? Et tacuit Tertius qui dixerat de mulieribꝫ ⁊ veritate: hic est zorobabel: cepit loqui. Eliri: nõ magn⁹ rex. ⁊ multi hoĩes. nec vinuz præcellit. Quis est ergo qui dñat eorũ? Nõne mulieres genuerũt regẽ ⁊ omnẽ pplm q̃ dñat mari ⁊ terre. et ex illis nati sunt. ⁊ ipse educauerãt eos qui plãtauerũt vineas ex quibꝫ vinũ fit? Et ipse faciunt stolas oĩm hoĩm ⁊ ipse faciũt gloriã hoĩbꝫ. ⁊ nõ pñt hoĩes separi a mulieribꝫ. Si cõgregauerint aurũ ⁊ argentũ ⁊ oẽm rem speciosam ⁊ viderint mulierem vnã bono habitu ⁊ bona specie: oĩa hæc relinquẽtes in eã intẽdũt. ⁊ aperto ore despiciũt. ⁊ eã alliciũt magis q̃z aurũ ⁊ argentũ ⁊ oẽm rem preciosaz. Nõ patrẽ suũ relinquit qui enutrijt illũ ⁊ suaz regionẽ. ⁊ ad mulierẽ se ꝓiũgit. Et cum muliere remittit aĩam ⁊ neq̃z pt̃em meminit neq̃z mr̃em neq̃z regiõem. Et hic oportet vos scire: qm̃ mulieres dñant vobi Nõne doletis? Et accipit hõ gladiũ suũ et vadit in viã facere furta et hoĩcidia ⁊ mare nauigare et flumĩa et leonẽ videt et in tenebꝛis ingredit. et cũ furtũ fecerit et fraudes et rapinas. amabili sue affert. Et iterũ diligit hõ vxorẽ suã magz q̃z pt̃em et mr̃em. Et multi veñtes feti sunt ꝓpt̃ vxores suas. et sui facti sũt ꝓpter illas. et multi perierũt et iugulati sunt. et peccauerũt ꝓpter mlieres. Et nũc credite mihi q̃ magn⁹ est rex in potestate sua: qm̃ oẽs regiones veñtur tãgere eũ. Eclidebã tñ apemẽ filiaz bẽçasis mirifici ꝯcubinã regis sedentẽ iuxta regem ad dexterã ⁊ auferentem diadema de capite ei⁹. et ponentẽ sibi. et palmis cedebat regẽ ꝑ sinistra manu. Et super hæc apto ore ituebat eã. et si arriserit ei ridet: nã si indignata fuerit ei blãditur. donec recõcilier in gram. O viri: cur nõ sunt fortiores mlieres? Magna ẽ terra ⁊ excelsuz est celũ. que ista agunt. Et tũc rex ⁊ purpurati intuebant in alterutrũ Et inchoauit loqui de veritate. O viri: nõne fortes sunt mulieres? Magna est terra. ⁊ excelsum ẽ celũ. ⁊ velox cursus solis quertit in gyro celũ ĩ locũ suũ ĩ vna die: Nõne magnific⁹ ẽ q̃ hæc facit? Et vitas magna. ⁊ fortior pre oĩbꝫ. Oĩs terra veritatẽ iuocat: celuz etiã ipam bñdicit ⁊ oĩa opa mouẽtur ⁊ tremũt eã ⁊ non ẽ cũ ea quicq̃z iniquũ. Elinũ iniquuz iniquus rex. iniq̃ mulieres. Iniq̃ oẽs filij hoĩm. ⁊ iniq̃ illoꝝ oĩa opa. ⁊ nõ est in ipsis vitas. Et in sua iniq̃tate peribũt. veritas manet ⁊ inualescit in eñtũ ⁊ viuit ⁊ obtinet in secula seculoꝝ. Nec ẽ apud eã accipe psonas. neq̃z differẽtias: sed q̃ iusta sunt facit oĩbꝫ. iniusz̃ ac malignis ⁊ oẽs benignant in opibꝫ ei⁹. Et nõ ẽ in iudicio ei⁹ iniquũ: sz fortitudo ⁊ regnuz ⁊ ptãs ⁊ maiestas oĩm euoꝝ. Bñdictus d⁹ vitatis. Et desijt loquẽdo. Et omẽs ppli clamauerũt ⁊ dixerũt: Magna ẽ veritas ⁊ pualet. Tunc rex ait illi: Pete si qdvis amplius q̃z q̃ scripta sunt. ⁊ dabo tibi fm q̃ inuẽt⁹ es sapiẽtior primis. et prim⁹ mihi sedebis. ⁊ cognat⁹ me⁹ vocaberis. Tũc ait regi: Memor esto voti tui qð vouisti edificare hierlm in die q̃ regnũ accepisti. ⁊ oĩa vasa q̃ accepta sunt ex hierlm remittere: q̃ separauit cyrus q̃n mactauit babyloniã. ⁊ voluit remittere ea ibi. Et tu voluisti edificare tẽplũ qð incẽderunt idumei q̃n exterminata est iudea a chaldeis. Et nũc hoc ẽ quod postulo dñe. ⁊ q̃ peto hoc est maiestas a te: postulo vt facias votuz qð vouisti regi celi ex ore tuo. Tunc surgens darius rex osculatus est illum. ⁊ scripsit epistolam ad omẽs dispensatores ⁊ prefectos ⁊ purpuratos vt deducerẽt eũ. ⁊ omẽs qui cũ illo erant oẽs ascẽdentes edificare hierlm. Et oĩbꝫ prefectis qui erãt in

syria ⁊ phenice et libano scripsit epl'as: vt traherēt ligna cedrina a libano ī hierusalē: vt edificarēt cū eis ciuitatez. Et scripsit oīb⁹ iudeis qui ascēdebant a regno in iudeā p libertate: oēm potētem ⁊ mgīatū ⁊ pfectū nō supuenire ad ianuas ipoz. ⁊ oēm regionē quā obtinuerāt esse immunē eis. ⁊ idumei relinquant castella q̄ obtinent iudeoz ⁊ in structuram tēpli dare per singulos annos talē ta viginti vsqdū edificaretur ⁊ sup. sacrariū holocaustomata hostilare quotidie sicut hñt preceptū: alia talenta decē offerre per singulos annos ⁊ oīb⁹ qui p cedūt a babylonia condere ciuitatem vt esset libertas tam ipsis q̄z filijs eoz ⁊ oībus sacerdotib⁹ qui p̄cedunt. Scripsit aūt ⁊ q̄ntitatē ⁊ sacrā stolā iussit dari in qua deseruirent. ⁊ leuitis scripsit dare preceptavsqz in die q̄ psummabit dom⁹ ⁊ hierusalē extruet ⁊ oīb⁹ custodiētib⁹ ciuitatē scripsit dare eis sortes ⁊ stipendia Et dimisit oīa vasa q̄ sepauerat cyrus a babylonia ⁊ omīa q̄cunqz dixit cyrus et ipse precepit fieri. ⁊ mitti hierl'm. Et cū processisset ille adolescēs. eleuās faciem in hierl'm: benedixit regem celi. ⁊ dixit: Abs te ē victoria. ⁊ abs te est sapiētia ⁊ claritas. Et ego seruus tuus sum. Bñ dictus es qui dedisti mihi sapiaz. ⁊ tibi cōfitebor dñe deus patrū nostroz. Et accepit epistolas. ⁊ pfectus est ī babyloniam. Et venit et nūciauit fratribus suis omīb⁹ qui fuerūt in babylonia. et bene dixerūt deū patrū suoz. qm̄ dedit illis remissionē et refrigeriū. vt ascēderent et edificarent hierl'm. et tēplū vbi noiatū est nomen eius in ipso et exultauerunt cū musicis et leticia dieb⁹ septem. V

Post hec aūt lecti sunt vt ascēderent principes pagoz p domos ⁊ tribus suas. ⁊ vxores illoz ⁊ filij ⁊ filie eorum ⁊ serui ⁊ ancille ipsoz. ⁊ pecora illoz. Et darius rex misit vna cū eis equites mille donec deducerent eos in hierusalem cum pace ⁊ cum musicis ⁊ cum tympanis ⁊ tibijs. ⁊ oēs frēs erāt ludentes ⁊ fecit eos ascendere simul cuz eis. Et hec sunt nomina viroz qui ascēderūt p pagos suos in tribu ⁊ in partem principat⁹ ipsoz. Sacerdotes: filij phinees filij aaron iesus filius iosedech: ioachim filius zorobabel filij salathiel de domo dauid. ex progenie phares: tribu autem iuda: qui locut⁹ est sub dario rege psaz sermones mirificos in secūdo anno regni ipsi⁹ mense nisam prīo. Sūt aūt hi qui ascēderūt ex iudea de captiuitate transmigratiōis: q̄s transmigrauit nabuchodonosor rex babylonie in babylonē. ⁊ reuersus est in hierl'm. Et reliqui ptem iudee vnusquisqz in ciuitatem suam qui venerunt cum zorobabel ⁊ iesu: neemias areoxes. elimeo. ēmaneo. mardochxo. beelsuro. mechpsatochoz. olozoemonia. vnus de principib⁹ eoz. ⁊ nūerus a gētilib⁹ eoz ex ppositis eozū. Filij phares: duo milia cētū septuagīta duo Filij ares. tria milia quinq̄gīta septez. Filij semo: cētū q̄dragīta duo. Filijs iesu ⁊ ioabes: mille trecēti duo. Filij zamu: duo milia q̄dringenti septuaginta Filij choraba. ducenti quinqz. Filij bani ca: centum sexagintaocto. Filij bebech q̄dringentitres. Filij archad: quadringēti vigintiseptem. Filij chan: triginta septem. Filij zozoar: duo milia sexaginta septē. Filij admu: q̄dringenti sexaginta vnus. Filij aderectis: cētum octo. Filij ciaso ⁊ celas: centū septē. Filij azozo: q̄dringenti trigintanouē. Filij iedarbone centum trigintaduo. Filij ananie: cētū triginta. Filij asōi: nonagīta. Filij marasar: quadrīgēti vigintiduo. Filij zabar: nonagītaquinqz. Filij bepolemō: centū vigintitres. Filij nepopas: quinquagīta q̄nqz. Filij sechanatus: centū quinq̄gintaocto: Filij cebetham⁹: centū triginta duo: Filij crear patros: qui enocadies ⁊ modie: quadrīgenti vigintitres. Qui ex gramas ⁊ gabea: centum vigintiun⁹. Qui ex besselon ⁊ ceagge: sexagintaq̄nqz Qui ex basfaro: centū vigītiduo. Qui ex bechenobes quinquagintaquinqz. Filij liptis: centum quinquagintaquinqz Filij lawonni: trecēti quinquagīta septē

Filij ſichem:trecenti ſeptuaginta. Filij ſuadon ⁊ chomus: trecenti ſeptuaginta octo. Filij ericus:duo milia cētūq̄dra ginta quinq;. Filij anaas:trecēti ſeptua ginta. Sacerdotes. Filij eddus filij eu thr. filij eliaſib:trecēti ſeptuagīta duo. Filij emerus:ducēti quinquagīta duo. Filij faſurij:trecēti q̄nq̄ginta ſeptē. filij carec:ducēti vigintiſeptē Leuite. Filij ieſu in cadulel. ⁊ bamis ⁊ ſerebias ⁊ edi as:ſeptuagīta q̄ttuor. Hīs numerus a duodecimo anno:trigīta milia q̄drigē ti ſexaginta duo. Filij et filie et vxores. omnis computatio: quadraginta mi lia ducēti: quadraginta duo. Filij ſacer dotū qui pſallebant in templo. Filij a ſaph:cētū vigīti octo. Oſtiarij vero filij eſmenni. Filij aſer. filij amō filij accuba topa. filij tobi:oēs centū trigintanouez Sacdotes ſeruiētes in tēplo. Filij ſel fi lij gaſpha. filij tobloch. filij carie. filij ſu filij hellu. filij labana. filij armacha. filij accub filij vtha. filij cetha. filij aggab. fi lij obai. filij anani. filij cāna. filij geddu. filij an. filij radin. filij deſanon. filij ne choba. filij caſeba. filij gace. filij oçui. filij ſimone. filij attre. filij haſtē. filij aſiana. filij manei. filij naſiſim. filij accufu. filij agiſta. filij açui. filij fauon. filij faſalō. fi lij meedda. filij fuſa. filij caree. filij barc filij ſaree. filij coeſi. filij naſith. filij agi ſti. filij pdō: ſalomō. filij eius: filij aſo phot. filij phaçida. filij celi. filij dedō. fi lij gaddalel filij ſephegi. filij aggia. filij ſachareth. filij ſabathē. filij caroneth. fi lij malfith. filij ame. filij ſaſus. filij add filij ſuba. filij eura. filij ralot. filij phaſ phat. filij malmō. Oēs ſacro ſeruien tes ⁊ pueri ſalomonis:quadrīgēti octo gintaduo. Hi ſunt filij qui aſcenderūt a chermel ⁊ thersa. principes eorum. car mellam ⁊ careth ⁊ non poterāt edicere ciuitates ſuas ⁊ progenies. quemadmo dum ſint ex iſrael. filij dalari filij tubal filij nechodaici ex ſacerdotib qui funge hantur ſacerdotio ⁊ non ſunt inuenti. filij obia. filij achiſos. filij addin qui ac cepit vxorē ex filiab phargeleu. ⁊ vocati ſunt nomine eius. Et horum queſita ē generis ſcripta impedatura. ⁊ nō eſt in uenta. ⁊ prohibiti ſunt ſacerdotio fun gi. Et dixit illis neemias. ⁊ aſtharas ne participent ſancta: donec exurgat ponti fex doctus in oſtenſionem ⁊ veritatem. Omnis autē iſrael erat: exceptis ſeruis ⁊ ancillis: quadragintaduo milia trecē ti quadraginta. Serui horum ⁊ ancille ſeptem milia trecenti trigintaſeptem. cātores ⁊ cantatrices ducenti ſexaginta quinq;. Cameli: quadringenti triginta quinq;. Equi: ſeptem milia trigintaſex Juli: ducenta milia quadragintaquī q;. Subiugalia: quinq; milia vigītiqn q;. Et de prepoſitis ipſis per pagos. duz venirent in templū dei qō erat in hieru ſalem: innouare ⁊ ſuſcitare templuz in loco ſuo ſm ſuā virtutem. ⁊ dari in tē plum. theſaurū operuz ſacrum. auri mi nas. duodecim milia ⁊ ſtolas ſacerdota les centū. Et habitauerūt ſacerdotes ⁊ leuite. ⁊ qui exierant de plebe in hieruſa lem ⁊ in regione. ⁊ ſacri cantores ⁊ oſtia rij. ⁊ omnis iſrael in regionib ſuis. In ſtante autem ſeptimo menſe. cumq; eſ ſent filij iſrael vnuſquiſq; in ſuis rebus conuenerūt vnanimes in atriū qō erat ante ianuā orientalem. Et ſtātes ieſus filius ioſedech. ⁊ fratres eius ſacerdo tes. ⁊ zorobabel filius ſalathiel ⁊ huius fratres. parauerunt altare: vt offerrent ſuper illud holocauſtomatha ſm qō in libro moyſi hominiſ dei ſcripta ſunt. Et conuenerunt ſibi ex alijs nationib ter re. ⁊ ererexerunt ſacrariuz in loco ſuo om nes gentes terre. ⁊ offerebant hoſtias ⁊ holocauſtomata domino matutina. Et egerūt ſcenophegiā. ⁊ die ſolennē ſicut preceptū eſt i lege. ⁊ ſacrificia quotidie ſicut oportebat. ⁊ poſt hec oblationes in ſtitutaſ. ⁊ hoſtias ſabbatoz. ⁊ neomenia rum ⁊ dierū ſolenniū oim ſanctificato rum. Et quotquot vouebāt dño a neo menia ſeptimi mēſis. ceperunt hoſtias offerre deo. ⁊ templū dñi nondū erat e dificatū: Et dederūt pecuniā lapidarijs ⁊ fabris. ⁊ potū ⁊ pabula cuz gaudio. Et

derũt carra sidonijs ⁊ tyrijs · vt trãs/
uehérent illis de libano trabes cedrinas
⁊ facerẽt rates in ioppe portũ : ſm decre/
tũ qđ ſcriptũ erat eis a cyro rege pſarũ.
Et in ſecũdo anno veniẽtes in tẽplũ đi
in hierl'm · mẽſe ſecũdo inchoauit zoro/
babel filius ſalathiel ⁊ ieſus filius ioſedech
⁊ frẽs ipſoꝝ ⁊ ſacerdotes ⁊ leuite · ⁊ oẽs
qui venerãt de captiuitate in hierl'm · et
fundauerũt tẽplũ dei · nouilunio ſecun
di mẽſis ſecũdi anni · cũ veniſſent in iu/
dæã ⁊ hierl'm. Et ſtatuerũt leuitas a vi/
ginti annis ſup opa dñi. Et ſtetit ieſus
⁊ filius ei⁹ ⁊ frẽs : oẽs leuite ꝑſpirãtes ⁊
executores legis · facientes opa in domo
dñi. Et ſteterũt ſacerdotes hñtes ſtolas
cuz tubis · ⁊ leuite filij aſaph hñtes cym
bala · collaudãtes dñm · ⁊ bñdicẽtes ſm
dauid regẽ iſrael. Et cãtabãt canticũ do
mño : qm̃ dulcedo ei⁹ ⁊ honor in ſecula ſu
per oẽm iſrl'. Et oĩs pp̃l's tuba cecinerũt
⁊ pclamauerũt voce maga : collaudãtes
dñm in ſuſcitatiõe dom⁹ dñi. Et venerũt
ex ſacerdotib⁹ ⁊ leuitis ⁊ pſidẽtib⁹ ſm pa
gos ſenioribꝫ q̃ viderãt pſtinã domũ · et
ad huius edificationẽ cũ clamore ⁊ plã/
ctu magno ⁊ multi cũ tub ⁊ gaudio ma
gno : intm̃ vt pp̃l's nõ audiret tubas ꝑ
plãctuz pp̃li. Turba enĩ erat tub canẽs
magnifice : ita vt lõge audiref. Et audie
runt inimici trib⁹ iude ⁊ beniamin . ⁊ ve
nerũt ſcire q̃ eſſet vox tubaꝝ . Et cogno/
uerũt qm̃ qui erant ex captiuitate edifi/
cãt templũ dño deo iſrael. Et accedẽtes
ad zorobabel ⁊ ieſum ⁊ ꝑpoſitos pagoꝝ ·
dixerũt eis. Edificabim⁹ vna vobiſcuz :
Similiter enĩ audiuim⁹ dñm nr̃m · et
ipſi pariter incedim⁹ a diebꝫ aſbaſareth
regis aſſyrioꝝ : qui tranſmigauit nos huc.
Et dixit illis zorobabel ⁊ ieſus ⁊ princi/
pes pagoꝝ iſrl'. Nõ eſt nobis ⁊ vob edifi/
care domũ dẽo nr̃o. Nos enĩ ſoli edificabi
mus dño iſrl' : ſm ea q̃ ꝑcepit nob cyrus
rex pſaꝝ. Gẽtes aũt terre ĩcubãtes his
q̃ ſunt in iudea · ⁊ leuãtes op⁹ edificatio
nis · ⁊ inſidias ⁊ pp̃los adducẽtes · phibe
bãt eos edificare · ⁊ aggreſſuras exercen
tes impedierunt ne cõſummaretur edi

ficiũ omni tpe vite cyri regis ⁊ ꝑtraxerũt
ſtructurã ꝑ biẽniũ vſqꝫ ad darij regnũ.

VI

In ſecũdo aũt anno regni
darij · pphetauit aggeus ⁊ zacha
rias filius addin pphete apd iude
am ⁊ hierl'm : in nomĩe dei iſrl' ſup eos.
Tũc ſtãs zorobabel filius ſalathiel · ⁊ ie/
ſus filius ioſedech : inchoauerũt edifica
re domũ dñi · q̃ eſt ĩ hierl'm : cũ adeſſent
eis pphete dñi ⁊ adiuuarẽt eos. In ipſo
tpe venit ad illos ſyſennes ſubregulus
ſyrie ⁊ phœnicis ⁊ ſatrabuçanes et ſoda/
les ei⁹ · ⁊ dixerũt eis : Quo ꝓcipiẽte vob
domũ hãc edificare · ⁊ tectuz iſtud · ⁊ alia
oĩa pficitis : Et q̃ ſunt ſtructores q̃ hẽ edi
ficãt : Et habuerũt grãm viſitatiõe fa/
cta ſup eos q̃ erant ex captiuitate a dño
ſeniores iudeoꝝ · ⁊ nõ ſũt ĩpediti edifica
re donec ſignificaref dario de oĩb⁹ iſtis ·
⁊ reſpõſuz acciperef . Exẽplũ epl̃e : quã
miſerũt dario . Syſennes ſubregulus
ſyrie ⁊ phœnic⁊ ⁊ ſatrabuçanes ⁊ ſodales
eius : ĩ ſyria ⁊ phœnice pſides regi dario
ſalutem. Oĩa nota ſint dño regi q̃ cuz
aduenimſſem⁹ in regionẽ iudee · ⁊ introi
ſem⁹ in hierl'm inuenim⁹ edificãtes vo/
mũ dẽi magnã ⁊ tẽplũ ex lapidib⁹ poliꝫ
⁊ magnis ⁊ ꝑcioſis materijs in parieti/
bus · ⁊ opa illa inſtãter fieri · ⁊ ſuffragare
⁊ pſpare in manib⁹ eoꝝ ⁊ in omi glia q̃
diligẽtiſſime pfici . Tũc interrogauim⁹
ſeniores dicẽtes : Quo pmittẽte vobis
edificatis domum iſtaz ⁊ opa hec funda/
tis : Ideo aũt interrogauimus vt nos
tũ facerem⁹ tibi hoĩes ⁊ ꝑpoſitos · ⁊ nos
minũ ſcripturã prepoſitoꝝ poſtulauim⁹
illos. At illi rñderũt nob dicẽtes : Nos
ſum⁹ fui dñi q̃ fecit celũ ⁊ terrã · ⁊ edifi/
cabat dom⁹ ante annos iſtos multos
a rege iſrl' magno ⁊ fortiſſimo · ⁊ ꝓſum/
mata eſt. Et qm̃ pres noſtri exacerban/
tes erãt ⁊ peccauerũt in deũ iſrael · tradi
dit eos in man⁹ nabuchodonoſor regis
babylonie · regis chaldeoꝝ · ⁊ domũ iſtaz
demolientes incenderũt · ⁊ pp̃l'm capti/
uũ duxerũt in babylonẽ. In primo an/
no regnãte cyro rege babylonie ſcripſit
cyrus rex domum hanc edificare · ⁊ illa

sacra vasa aurea ⁊ argentea que extule/
rat nabuchodonosor de domo que est in
hierusalem ⁊ consecrauerat ea in suo tẽ
plo rursus protulit ea cyrus rex de tem
plo qđ erat in babyloma ⁊ tradita sunt
zorobabel ⁊ salmanasaro subregulo. Et
precepit est eis vt offerrent hec vasa
⁊ reponerẽt in templo qđ erat in hieru/
salem ⁊ ipsum templum dei edificare ĩ
loco suo. Tunc salmanasarus subiecit
fundamẽta dom⁹ dñi que est in hieruſa
lem ⁊ exinde vsq; nũc edificatur ⁊ non
accepit ꝯsummationẽ. Nũc ergo si iudi
catur a te o rex ꝓquiratur in regalib⁹ bi
bliothec⁹ cyri regis que sunt in babylo/
nia ⁊ si inuentũ fuerit ꝯsilio cyri regis
ceptã esse structuraz domus dñi q̃ est in
hierlm ⁊ iudicat⁹ a dño rege nr̃o: scribat
de his nob⁹. Tũc darius rex pcepit iqri ĩ bi
bliothec⁹ ⁊ iuẽt⁹ ẽ ĩ egbathanis oppido
qđ ẽ in media regiõe loc⁹ vn⁹ ĩ q̃ scripta
erãt ista. Anno primo regnãte cyro ⁊ rex
cyrus pcepit domũ dñi q̃ est in hierlm
edificare vbi incendebant igni assiduo
cuius altitudo sit cubitoz decem ⁊ lati/
tudo cubitoz sexaginta quadratũ lapi/
dib⁹ politis trib⁹ ⁊ meniano ligneo eius
dem regionis ⁊ meniano vno nouo et
impẽdia dari de domo cyri regis. ⁊ sacra
vasa dom⁹ dñi tã aurea q̃z argẽtea q̃ ex/
tulit nabuchodonosor in domũ dñi q̃ ẽ
in hierlm vbi erãt posita: vt ponãtur il/
lic. Et precepit curã agere sysennẽ sub/
regulũ syrie ⁊ phenicis ⁊ satrabusanẽ et
sodales ei⁹ ⁊ qui ordinati erãt in syria ⁊
phenice ꝑsides vt abstinerẽt se ab eodẽ
loco. Et ego q̃z pcepi in totũ edificare ⁊
psperi vt adiuuẽt eos q̃ sunt ex captiui/
tate iudeoz donec ꝯsummaret⁹ tẽplum
edis dñi ⁊ a veratione tributoz celesy/
rie ⁊ phenicis diligẽter quantitatẽ dari
his hoĩb⁹ ad sacrificiũ dñi zorobabel pre
fecto ad tauros ⁊ arietes ⁊ agnos: simi/
liter aũt ⁊ frumentũ ⁊ sal ⁊ vinũ ⁊ oleũ
instanter p singulos annos ꝓut sacer/
dotes qui sunt in hierlm dictauerint cõ
sumi quotidie sine vlla dilatione vt of
ferantur libationes summo deo pro re/
ge ⁊ pueris eius ⁊ orent pro ipsoz vita
Et denuncietur: vt quicunq; trãsgressi
fuerint aliq̃d ex his que scripta sunt aut
spreuerint: accipiat⁹ lignũ de suis ꝓpriis
⁊ suspendant⁹ ⁊ bona ipsoz regi ascriban
tur. ꝯpterea ⁊ dñs cuius nomen in
uocatũ est ibi exterminet oẽm regem ⁊
gentẽ qui manũ suã extẽderit ꝓhibere
aut male tractare domum domini illaz
que est in hierusalẽ. Ego darius rex de/
creui q̃z diligentissime ꝟm hec fieri. VII

Tunc sysennes subregulus cele
syrie ⁊ phenicis ⁊ satrabuçanes
⁊ sodales obsecuti his que a da
rio rege erant decreta: insistebant sacro/
sanctis opib⁹ diligẽtissime coopãtes cũ
senioribus iudeoz principib⁹ syrie ⁊ ꝓspe/
rata sunt sacrosca opa ꝓphetantib⁹ ag/
geo ⁊ zacharia ꝓphetis. Et ꝯsummaue/
rũt oĩa p precepti dñi dei isrl ⁊ ex ꝯsilio
cyri ⁊ darij ⁊ artaxerxis regis pſaz. Et cõ
summata est domus nostra vsq; ad ter/
tiã ⁊ vicesimã diẽ mẽsis adar: sexto an/
no darij regis. Et fecerunt filij isrl ⁊ sa/
cerdotes ⁊ leuite ⁊ ceteri qui erãt ex ca/
ptiuitate q̃ appositi sũt ꝟm ea q̃ scripta
sunt ĩ libro moysi. Et obtulerunt in de/
dicationem templi domini: tauros cen
tum arietes ducentos agnos quadrin
gentos ⁊ lxdos p peccatis vniuersi isra
el duodecim: ꝟm numerum tribuũ isrl.
Et steterunt sacerdotes ⁊ leuite amicti
stolis per trib⁹ suas opa domini dei isra
el ꝟm libũ moysi ⁊ ostiarij p singulas
ianuas. Et egerũt filij isrl cũ his q̃ erãt
ex captiuitate illud phase q̃rtadecia lu/
na mensis primi: qñ sanctificati sunt sa/
cerdotes ⁊ leuite. Oẽs filij captiuitat⁹
nõ sunt simul scificati: qz leuite oĩs sĩl
scificati sunt. Et ĩmolauerũt phase vniũ
si filij captiuitat⁹ ⁊ fribus suis sacdotib⁹
⁊ sibimetipsis. Et mãducauerũt filij isrl
qui erant ex captiuitate oẽs qui remãse
rãt ab oĩb⁹ exectiõib⁹ gẽtiũ terre q̃rẽtes
dñm ⁊ celebrauerũt diẽ festũ azymoz se/
ptẽ diebus epulãtes ĩ ꝯspectu dñi qm̃ ꝯuer
tit ꝯciliũ reg⁹ assyrioz in eos: confortare
manus eoz ad opa domini dei israel.

Et post hunc regnante VIII
artaxerxe persaruz rege accessit
esdras filius açarie filij helchie
filij solome filij sadoch filij achitob fi-
lij ameri filij açahel filij bocci filij abi-
sue filij phinees filij eleaçari filij aarō
primi sacerdotis hic esdras ascendit de
babylonia cū esset scriba ⁊ ingeniosus ī
lege moysi q̄ data est a dño israel: doce-
re ⁊ facere. Et dedit ei rex gloriā q̄ inue-
nisset grām in omni dignitate ⁊ deside-
rio in cōspectu eius. Et ascēderūt simul
cū ipso ex filijs israel ⁊ sacerdotib⁹ ⁊ leui
tis ⁊ sacris cātorib⁹ templi ⁊ ostiarijs ⁊
seruis tēpli in hierl'm. Anno septimo re
fusionẽ inimicis suis. Nos aũt alteruꝫ
deũ nescim⁹ ꝓter ipsum. Expectem⁹ hu
miles ꝙsalationẽ ei⁹ ⁊ exquiret sangui/
nem nr̃m de afflictionibꝫ inimicoꝝ nro
rum ⁊ humiliabit oẽs gẽtes quecunq;
insurgũt ꝟ nos ⁊ faciet illas fine hono/
re dñs deus noster. Et nũc fratres q̃m
vos qui estis ꝓesbyteri in ꝑ̃lo dei ⁊ ex
vobis pendet aĩa illoꝝ ad eloq̃um vm̃
corda eorũꝫ erigite vt memores sint q;
tẽptati sunt ꝑres nr̃i vt ꝓbarent̃ sirere

colerent deum suuz. Memores esse debent quō pater noster abraā tēptatus ē ⁊ ꝑ multas tribulatiōes ꝓbat⁹ dei amicus effectus est. Sic ysaac. sic iacob. sic moyses. ⁊ oēs q̄ placuerūt deo ꝑ multas tribulatiōes trāsierūt fideles. Illi autē qui tēptationes nō susceperūt cū timore dñi. ⁊ impatientiā suā ⁊ improperiuz murmuratiōis sue ꝯ dñm ꝓtulerūt exterminati sunt ab extermīatore. ⁊ a ꝯpētib⁹ ꝑierūt. Et nos g̃ nō vlciscam̄ nos ꝓ his q̄ patim̄: sed reputātes pctīs nr̄is h̄ ipsa supplicia minora esse: flagella dñi q̄ si serui qui corripim̄ ad emendationē et nō ad ꝑditionē nr̄am. euenisse credam⁹ Et dixerūt illi oçias ⁊ presbyteri: Oīa q̄ locuta es vera sunt. ⁊ nō est in sermonibus tuis vlla rep̄hensio. Nūc g̃ ora ꝓ nobis: qm̄ mulier scā es. ⁊ timēs deuz. Et dixit illis iudith: Sicut qd̄ potui loqui dei esse cognoscitis: ita qd̄ facere disposui ꝓbate si ex deo est. ⁊ orate vt firmuz faciat de⁹ ꝯsiliū meuz. Stabitis vos ad portā nocte ista ⁊ ego exeā cū abra mea. ⁊ orate vt sicut dixistis in dieb⁹ q̄nq̄z respiciat dñs ꝓpl'm suū isrl'. Vos aūt nolo vt scrutemini actū meū. ⁊ vsq̄z dū renūciē vobis nihil aliud fiat nisi orō pro me ad dñm deū nr̄m. Et dixit ad eā oçias prīceps iude. Vade in pace. ⁊ dñs sit tecū in vltionem inimicoꝝ nostrorum. Et reuertentes abierunt. IX

Quib⁹ ascendentibus iudith ingressa est oratoriū suuz. ⁊ induens se cilitio posuit cinerem super caput suū. ⁊ ꝓsternēs se dño clamabat ad dñm dicēs: Dñe deus patr⁹ mei symeon. qui dedisti illi gladiuz in defensiōem alienigenaꝝ qui violatores extiterūt in coinq̄natiōe sua. ⁊ d̄nudauerūt femur v̄ginis in ꝯfusionē. ⁊ dedisti mulieres illoꝝ in predā. ⁊ filias illoꝝ ī captiuitatē. ⁊ oēm predaz in diuisionē seruis tuis qui çelauerūt çelum tuum: subueni queso te dñe deus meus mihi vidue Tu enim fecisti priora. ⁊ illa post illa cogitasti. ⁊ hoc factū est quod ipse voluisti Omnes enī vie tue parate sunt. ⁊ tua iudicia in tua prouidentia posuisti. Respice castra assyriorum nunc. sicut tunc castra egyptiorum videre dignatus es quando post seruos tuos armati currebant. confidentes in quadrigis ⁊ in eq̄tatu suo ⁊ in multitudine bellatoꝝ. Sz aspexisti sup̄ castra eoꝝ. ⁊ tenebre fatigauerūt eos. Tenuit pedes eoruz abyssus ⁊ aque operuerunt eos. Sic fiant ⁊ isti domīe. qui cofidunt in multitudīe sua. ⁊ in curribꝰ suis ⁊ in contis ⁊ in sagittis suis. ⁊ in lanceis gloriantur. ⁊ nesciunt quia tuipse es deus noster qui conteris bella ab initio. ⁊ domin⁹ nomen est tibi Erige brachium tuum sicut ab initio. ⁊ allide virtutem eorum in virtute tua Cadat virtus eoꝝ in iracundia tua. qui ꝓmittūt se violare sancta tua. ⁊ polluere tabernaculū nominis tui. ⁊ deijcere gladio suo cornu altaris tui. Fac domīe vt gladio ꝓprio eius superbia amputet̄. Capiat̄ laqueo oculoꝝ suoꝝ in me. ⁊ ꝑcuties eū ex labijs charitatis mee. Da mihi in animo ꝯstātiam vt ꝯtemnā illū. ⁊ v̄tutem. vt euertā illum. Erit eniz hoc memoriale noīs tui: cū manus feīe deiecerit eū. Non enī in multitudine ē virt⁹ tua dñe. neq̄z in equorū viribꝰ voluntas tua. Nec sup̄bi ab initio placuerunt tibi: sed humiliū ⁊ mansuetoꝝ sp̄ tibi placuit deprecatio. De⁹ celoꝝ creator aq̄rum. ⁊ dñs totius creature. exaudi me miserā dep̄cantē. ⁊ de tua mīa presumentē. Memēto dñe testamēti tui. ⁊ da v̄buz in ore meo ⁊ in corde meo cōsiliū corrobora vt dom⁹ tua in scīficatione ꝑmaneat ⁊ oēs gentes agnoscant q̄z tu es deus. ⁊ nō est alius preter te. X

Factum est autem cum cessasset clamare ad dñm: surrexit de loco in quo iacuerat prostrata ad dñm. Vocauitq̄z abram suam. ⁊ descendens in domū suā abstulit a se ciliciū. et exuit se vestimentis viduitatis sue. Et lauit corp⁹ suū. ⁊ v nxi se myrto optīo. ⁊ discriminauit crinē capitis sui. ⁊ imposuit mitrā sup̄ caput suū. ⁊ īduit se vestim̄t⁹ iocūditat⁹ sue. Induitq̄z sandalia

pedibꝫ suis assumpsitq̃ dextrariola ⁊ li-
lia ⁊ inaures ⁊ ãnulos ⁊ oĩbꝫ ornamẽtis
suis ornauit se. Cui etiã dñs ꝯtulit splẽ
dorẽ: qm̃ oĩs ista cõpositio nõ ex libidine
sed ex virtute pendebat. Et iõ dñs hãc ĩ
illam pulcritudinẽ ampliauit: vt incõ-
parabili ꝺcore oĩm oculꝰ appareret. Im
posuit itaq̃ abre sue ascopã vini ⁊ vas
olei ⁊ polentam ⁊ lapates ⁊ panes ⁊ case
um ⁊ ꝓfecta est. Cunq̃ venissent ad por
tas ciuitatis: inuenerũt expectãtẽ oçiã ⁊
ꝑsbyteros ciuitatis. Qui cũ vidissent
eã: stupẽtes mirati sunt nimis pulcritu
dine eiꝰ. Nihil tñ interrogãtes eã: dimi
serũt trãsire. dicẽtes: Deus patrum no
stroꝝ det tibi gr̃am: ⁊ omẽ ꝯsiliũ tui cor-
dis sua virtute corroboret ⁊ glorieť sup
te hierl'm. ⁊ sit nomẽ tuũ ĩ numero scõ-
rum ⁊ iustoꝝ. Et dixerũt hi qui illic erãt
oẽs vna voce. fiat. fiat. Judith vero o-
rans dñm: transiuit ꝑ portas. ipa ⁊ abra
eius. Factũ est aũt cum descẽderet mõ-
tem circa ortũ diei: occurrerũt ei explo-
ratores assyrioꝝ ⁊ tenuerũt eam dicen-
tes: Unde venis aut quo vadis? Que
rñdit: filia sum hebreoꝝ. Ideo ego fugi
a facie eoꝝ: qm̃ futurũ agnoui ꝙ dentur
vob' in dep̃dationẽ. ꝓ eo ꝙ ꝯtẽnẽtes vos
noluerũt tradere seipsos: vt inuenirẽt
mĩam in ꝯspectu vr̃o. Hac de causa co-
gitaui mecũ dicẽs: Vadã ad faciẽ p̃nci-
pis holofernis vt indicẽ illi secreta illo-
rum. ⁊ oñdaz illi q̃ aditu possit obtinere
eos. ita vt nõ cadat vir vnus de exercitu
eiꝰ. Et cũ audissent viri illi ꝟba eius. cõ
siderabant faciẽ eiꝰ. ⁊ erat in oculis eoꝝ
stupor: qm̃ pulcritudinẽ eiꝰ mirabanť ni
mis. Et dixerũt ad eam: Cõseruasti ant
mam tuã eo ꝙ tale repperisti ꝯsiliuz vt
descẽderes ad dñm nr̃m. Hoc aũt scias
qm̃ cũ steteris in ꝯspectu eius bñ tibi fa
ciet ⁊ eris gratissima in corde eiꝰ. Duxe
rũtq̃ illã ad tabernaculũ holofernis nũ-
ciãtes eam. Cũq̃ intrasset ante faciẽ eiꝰ
statĩ captꝰ est in suis oculis holofernes.
Dixerũtq̃ ad eũ satellites eiꝰ: Quis cõ
temnat ppl'm hebreoꝝ qui tam decoras
mulieres hñt: vt nõ ꝓ his merito pug-
re ꝯtra eos debeamus? Videns itaq̃ iu
dith holofernez sedentẽ in conopeo qd̃
erat ex purpura ⁊ auro ⁊ smaragdo ⁊ la-
pidibꝫ p̃ciosis intextũ. ⁊ cũ in faciẽ eius
intendisset adorauit eũ ꝓsternens se su
per terram. ⁊ eleuauerunt eam serui ho
lofernis iubente domino suo.

XI

Tunc holofernes dixit ei: Equo
animo esto ⁊ noli pauere in cor
de tuo qm̃ ego nunq̃ nocui vi-
rũ qui voluit ſuire nabuchodonosor re
gi. Populus aũt tuꝰ si nõ ꝯtẽpsisset me
nõ alleuassem lanceã meã sup eũ. Nũc
aũt dic mihi q̃ ex causa recessisti ab illis
⁊ placuit tibi vt venires ad nos? Et di-
xit illi iudith. Sume ꝟba ancille tue:
qm̃ si secutus fueris ꝟba ancille tue: ꝑ-
fectam rem faciet dñs tecũ. Viuit eniz
nabuchodonosor rex terre ⁊ viuit ꝟtus
eius q̃ est in te ad correptiõem oĩm aĩa-
rũ errãtiuz: qm̃ nõ solũ hoĩes ſuient illi
ꝑ te: sed ⁊ bestie agri obtemperãt illi. Nũ
ciať enĩ animi tui industria vniũsis gẽ-
tibꝫ ⁊ indicatũ est oĩ secl'o qm̃ tu solus
bonus ⁊ potẽs es in omni regno eiꝰ ⁊ di
sciplina tua oĩbꝫ ꝓuinciis p̃dicať. Nec hꝰ
latet qd̃ locutus est achior. nec illud igꝰ-
rať qd̃ ei iusseris euenire. Cõstat enĩ de-
um nr̃m sic peccatis offensum: vt man-
dauerit per ꝓphetas suos ad populuz ꝙ
tradet eum pro peccatis suis. Et qm̃ sci
unt se offendisse deum suum filij israel.
tremor tuus super ipsos est. Insuper e-
tiam fames ĩuasit eos ⁊ ab ariditate aq̃
iam inter mortuos computanť. Deni-
q̃ hoc ordinant. vt interficiant pecora
sua ⁊ bibant sanguinem eorum. ⁊ san-
cta domini sui que precepit deus nõ cõ
tingi. in frumento vino ⁊ oleo hec cogi-
tauerť ĩpendere. ⁊ volũt ꝯsumere q̃ nec
manibꝫ ꝺberent ꝯtingere. Ergo qm̃ hec
faciũt: certũ est ꝙ in ꝑditiõez dabuntur.
Quod ego ancilla tua cognoscens fugi
ab illis. ⁊ misit me dñs hec ipsa nũciare
tibi. Ego enĩ ancilla tua deũ colo etiam
nũc apud te. ⁊ exiet ancilla tua ⁊ orabo
deum. ⁊ dicet mihi. qñ eis reddat pctm̃
suũ. ⁊ veniens nunciabo tibi: ita vt ego

adducã te ꝑ mediã hierl'z. Et hẽbis om
nẽ ꝓpl'm isrl' sic oues quib⁹ nõ est pastor
⁊ nõ latrabit vl' vnus canis ꝯ te qm̃ hec
mihi dicta sunt ꝑ ꝓuidẽtiã dei. Et qm̃
iratus est ill' de⁹: h̃ ipsa missa suz nũcia-
re tibi. Placuerũt aũt oĩa ꝟba h̃ corã ho
loferne ⁊ corã pueris ei⁹. ⁊ mirabant̃ ad
sapiẽtiã eius. ⁊ dicebãt alter ad alteruz.
Nõ est talis mulier sup terrã in aspectu
in pulcritudĩe ⁊ in sensu ꝟbor. Et dixit
ad illã holofernes. Bene fecit deus qui
misit te ante ꝓpl'm: vt des illũ tu in ma-
nib⁹ nostr̃. Et qm̃ bona est ꝓmissio tua
si fecerit mihi h̃ deus tuus. erit ⁊ deus
me⁹. ⁊ tu in domo nabuchodonosor ma
gna eris. ⁊ nomẽ tuũ noĩabit̃ in vniũsa

t Tunc iussit eam XII (terra
introire vbi repositi erant the-
sauri eius. ⁊ iussit illic manere
eam. ⁊ ꝯstituit quid daret̃ illi de ꝯuiuio
suo. Cui rñdit iudith. ⁊ dixit: Nũc non
potero manducare ex his q̃ mihi p̃cipis
tribui neveniat sup me offensio. Ex his
aũt q̃ mihi detuli. mãducabo. Cui holo-
fernes ait: Si defecerint tibi ista q̃ tecũ
detulisti: quid faciem⁹ tibi? Et dixit iu-
dith. Viuit aĩa tua dñe meus: qm̃ non
expendet oĩa hec ancilla tua. donec faciet
deus in manu mea hec q̃ cogitaui. Et in
duxerũt illã serui ei⁹ in tabernaculum q̃
p̃cepat. ⁊ petijt dũ introiret vt daret̃ ei
copia nocte. ⁊ ante lucẽ egrediẽdi foras
ad orationẽ. ⁊ dep̃candi dñm. Et p̃cepit
cubicularijs suis vt sic̃ placeret illi exirz
⁊ introiret ad orãdũ deũ suũ ꝑ triduuz.
et exibat noctib⁹ ĩ vallẽ bethulie. ⁊ bapti-
çabat se in fonte aque. Et vt ascẽdebat
orabat ad dñm deũ isrl' vt dirigeret viã
ei⁹ ad liberationẽ ꝓpl'i sui. Et introiens
mũda manebat in tabernaculo. vsqz dũ
acciꝑet escã suam in vesperũ. Et factum
est. quarto die holofernes fecit cenaz ser
uis suis. ⁊ dixit ad vagao eunuchũ. Va
de ⁊ suade hebreã illã vt sponte ꝯsentiat
habitare mecũ. Fedũ est eĩ apud assyri-
os si femina irrideat virũ agẽdo: vt im
munis ab eo trãseat. Tunc introiuit va
gao ad iudith. ⁊ dixit. Nõ vereatur bona
puella introire ad dñm meũ. vt honori
ficet̃ ante faciẽ eius. ⁊ mãducet cum eo
⁊ bibat vinuz in iocũditate. Cui iudith
rñdit: Que ego sum vt ꝯdicã dño meo?
Omne qd̃ erit ante oculos ei⁹ bonum ⁊
optimũ faciã. Quicquid aũt illi placue
rit: h̃ mihi erit optimuz oĩb⁹ dieb⁹ vite
mee. Et surrext ⁊ ornauit se vestimento
suo. ⁊ ingressa stetit ante faciẽ eius. Cor
aũt holofernis cõcussum est: erat enĩ ar-
dens in cõcupiscentia eius. Et dixit ad
eam holofernes: Bibe nũc ⁊ accũbe in io
cũditate: qm̃ inuenisti grãm coram me.
Et dixit iudith. Bibã dñe: qm̃ magnifi-
cata est anĩa mea hodie pre oĩb⁹ diebus
meis. Et accepit ⁊ mãducauit ⁊ bibit co
ram ipso. ea q̃ parauerat illi ancilla ei⁹.
Et iocũdus factus est holofernes ad eã
bibitqz vinũ multum nimis quãtũ nũ
q̃z biberat in vita sua. XIII

v Vt autem sero factũ est. festina-
uerũt s̃ui illius ad hospitia sua
⁊ conclusit vagao ostia cubiculi. ⁊ abijt.
Erãt aũt oẽs fatigati a vino. Eratqz iu
dith sola in cubicl'o. Porro holofernes
iacebat ĩ lecto nimia ebrietate sopitus.
Dixitqz iudith puelle sue vt staret forz
ante cubiculuz ⁊ obseruaret. Stetitqz
iudith ante lectũ. orans cuz lachrymis
⁊ labiorum motu in silentio. dicẽs. Cõ-
firma me dñe deus israel. ⁊ respice ĩ hac
hora ad opera manuũ mearũ vt sicut ꝓ
misisti hierl'm ciuitatẽ tuam erigas. ⁊ h̃
quod credens per te posse fieri cogitaui.
perficiam. Et cuz hec dixisset: accessit ad
colũnam que erat ad caput lectuli eius.
⁊ pugionem eius (qui in ea ligatus pen-
debat) exoluit. Cũqz euaginassz illũ: app̃
hendit comam capitis eius. ⁊ ait. Con-
firma me domĩe deus in hac hora. ⁊ per-
cussit bis in ceruicẽ eius. et abscidit ca-
put eius. ⁊ abstulit conopeum eius a co
lumnis. ⁊ euoluit corpus ei⁹ truncũ. Et
post pusillũ exiuit: ⁊ tradidit caput holo
fernis ãcille sue. ⁊ iussit vt mitteret illd̃
in perã suã. Et exiert̃ due s̃m ꝯsuetudi-
nẽ suã q̃si ad orõnẽ. ⁊ trãsierũt castra. et
gyrantes vallẽ venerũt ad portam ciui-

tatis. Et dixit iudith a lõge custodibus
muroꝝ. Apite portas qm̃ nobiscũ est deꝰ
qui fecit virtutẽ in isrl'. Et fcm̃ est cũ au
dissent viri vocẽ eius vocauerũt p̃sbyte
ros ciuitatis. Et occurrerũt ad eã oẽs a
minimo vsq; ad maximũ: qm̃ sperauerẽt
eam iam nõ esse venturã. Et accẽdẽtes
luminaria ꝯgregauerũt circa eã vniuer
si. Illa aũt ascendẽs in eminẽtiorẽ locũ:
iussit fieri silẽtiũ. Cunq; oẽs tacuissent:
dixit iudith. Laudate dñz deũ nr̃m qui
non deseruit spantes in se. ⁊ in me ancil
lã suã adĩpleuit misericordiã suã quã ꝓ
misit domui israel. ⁊ interfecit in manu
mea hostẽ ppl'i sui in hac nocte. Et ꝓfe
rẽs de pera caput holofernis. oñdit illis
dicẽs: Ecce caput holofernis principis
militie assyrioꝝ. Et ecce conopeũ illius
in quo recũbebat in ebrietate sua. vbi et
ꝑ manũ femine ꝑcussit illũ dñs d̃us nr̃.
Viuit aũt ipse dñs: qm̃ custodiuit me
angelus eius. ⁊ hinc euntẽ. ⁊ ibi cõmo
rantẽ ⁊ inde huc reũtentẽ. ⁊ non ꝑmisit
me dñs ancillã suã coinq̃nari: sz sine pol
lutione pctĩ reuocauit me vobis. gaudẽ
tẽ in victoria sua: ĩ euasione mea in libe
ratione vr̃a. Cõfitemĩ illi oẽs qm̃ bonꝰ.
qm̃ in seculũ mĩa eius. Vniuersi autez
adorãtes dñm. dixerũt ad eã: Bñdixit te
dñs in v̄tute sua: qꝛ ꝑ te ad nihilũ rede
git ĩmicos nr̃os. Porro oçias prĩceps
ppl'i isrl'. dixit ad eã: Bñdicta es tu filia a
dño deo excelso. pre oĩbꝫ mulieribꝫ sup
terrã. Bñdictus dñs qui creauit celum
⁊ terrã: q̃ te direxit ĩ vulnera capitꝫ prĩci
pis inimicoꝝ nr̃oꝝ: qꝛ hodie nomẽ tuuz
ita magnificauit. vt non recedat laus
tua de ore hoĩm. q̃ memores fuerint vir
tutis dñi in et̃nũ: ꝓ quibꝫ nõ pepcisti aĩe
tue ꝓpter angustias ⁊ tribulatiõem ge
neris tui: sz subuenisti ruine añ ꝯspectũ
dei nr̃i. Et dixit oĩs ppl's. fiat fiat. Por
ro achior vocatus venit. Et dixit ei iu
dith. Deus isrl' cui tu testimoniũ dedi
sti q̃ vlciscat̃ se de inimicis suis: ipse ca
put oĩm incredulorꝝ incidit ĩ hac nocte
in manu mea. Et vt ꝓbes qꝛ ita est: ecce
caput holofernis qui in contemptu su
perbie sue deum israel contempsit ⁊ ti
bi interitũ minabat̃ dicens: Cuz captꝰ
fuerit populus isrl'. gladio ꝑforari preci
piam latera tua. Videns aũt achior ca
put holofernis. angustiatus pre pauore
cecidit in faciẽ suã sup terraz ⁊ estuauit
anima eius. Postea vero q̃z resumpto
spũ recreatꝰ est. ꝓcidit ad pedes eius. et
adorauit eã. ⁊ dixit: Benedicta tu a deo
tuo in omni tabernaculo iacob: quoniã
in omni gente que audierit nomẽ tuuz
magnificabit̃ sup te deus israel. XIIII

Dixit autem iudith ad omnẽ po
pnlũ: Audite me frẽs. Suspen
dite caput hoc super muros no
stros. ⁊ erit cũ exierit sol. accipiat vnus
q̃sq; arma sua. ⁊ exite cum impetu: nõ vt
descẽdatis deorsuz sed quasi impetuz fa
ciẽtes. Tũc exploratores necesse erit vt
fugiant ad principem suũ excitandũ ad
pugnã. Cunq; duces eoꝝ ꝯcurrerint ad
tabernaculũ holofernis. ⁊ inuenerĩt eũ
truncũ in suo sanguine volutatuz: deci
det super eos timor. Cunq; cognoueri
tis fugere eos. ite post illos securi: quo
niam dñs ꝯteret eos sub pedibꝫ vestris
Tunc achior videns virtutẽ quam fecit
deus isrl'. relicto gẽtilitatis ritu credidit
deo. ⁊ circũcidit carnẽ preputij sui appo
situs est ad ppl'm isrl': ⁊ oĩs successio ge
neris eiꝰ vsq; in hodiernũ diẽ. Mox aũt
vt ortꝰ est dies suspenderũt sup muros
caput holofernis: accepitq; vnusquisq;
vir arma sua ⁊ egressi sunt cũ grãdi stre
pitu ⁊ vlulatu. Qd̃ videntes explorato
res ad tab̃naculũ holofernis cucurrerẽt.
Porro hi q̃ ĩ tab̃naculo erãt. veniẽtes ⁊
añ ingressuz cubicl'i ꝑstrepẽtes excitãdi
gr̃a inq̃etudinẽ arte moliebãt̃. vt nõ ab
excitãtibꝫ: sz a sonãtibꝫ holofernes euigi
laret. Nullꝰ. n. audebat cubiculũ v̄tutꝫ
assyrioꝝ pulsando aut intrando apire.
Sz cũ venissent eius duces ac tribuni ⁊
vniuersi maiores exercitus assyrioꝝ: di
xerũt cubicularijs. Intrate ⁊ excitate il
lum: qm̃ egressi mures de cauernis suis
ausi sunt prouocare nos ad p̃liũ. Tunc
ingressus vagao cubiculũ eiꝰ stetit ante

cortinã·⁊ plausum fecit manib⁹ suis: su
spicabat enī illuz cum iudith dormire.
Sed cū nullū motū iacentis sensu au
riū caperet accessit primās ad cortinam
⁊ eleuās eam vidensqz cadauer absqz ca
pite holofernis in suo sanguine tabefa
ctū iacere sup terrā: exclamauit voce ma
gna cū fletu ⁊ scidit vestimenta sua. Et
ingressus tabnaculū iudith nō inuenit
eam. Et exiliuit foras ad pplm ⁊ dixit:
Ecce mulier hebrea fecit confusionē ī do
mo regis nabuchodonosor. Ecce enī holo
fernes iacet in terra ⁊ caput eius nō est in
illo. Qđ cū audissent principes ⁊ tutis
assyrioz scidērūt oēs vestimenta sua·⁊
intolerabilis timor ⁊ tremor cecidit su
per eos. ⁊ turbati sunt animi eoz valde
Et factus est clamor incōpabilis in me
dio castroz eoz. XV

Cap. Cūqz oīs exercitus vecollatuz
holofernē audisset· fugit mēs ⁊
psiliū ab eis·⁊ solo tremore ⁊ metu agi
tati fuge psidiū sumūt: ita vt nullus lo
queret cū primo suo: sed inclinato capi
te relict⁹ oīb⁹ euadere festinabāt hebre
os: qs armatos sup se venire audierāt:
fugientes p vias cāpoz ⁊ semitas colliū.
Clidētes itaqz filij isrl fugientes· secuti
sunt illos: descenderūtqz clāgentes tub
⁊ vlulātes p ipos. Et qm assyrij nō ad
unati in fugā ibāt pcipites. Filij aūt is
rael vno agmie psequētes: debilitabāt
oēs qs īuenire potuissent. Visitqz oci
as nūcios p oēs ciuitates ⁊ regiōes isrl
Dis itaqz regio oīsqz vbs electā iuuen
tutē armatā misit post eos·⁊ psecuti sūt
eos ī ore gladij qusqz puenirēt ad extre
mitatē finiū suoz. Reliq aūt q erāt ī be
thulia· ingressi sunt castra assyrioz·⁊ pdā
quā fugiētes assyrij reliqrāt· abstulerūt
⁊ onustati sunt valde. Di vo q victores
reūsi sunt ad bethuliā. oīa q erāt illoz
abstulerūt secū: ita vt nō esset nūerus ī
pecoribꝫ ī iumentis ⁊ vniūsis mobilib⁹ eo
rū: vt a mīmo vsqz ad magnū oēs diui
tes fierent de pdatiōib⁹ eoz. Joachim
aūt summ⁹ pōtifex de hierlm venit ī be
thuliā cū vniūsis psbyteris suis vt vi
deret iudith. Que cum exisset ad illum
benedixerūt illā oīes vna voce· dicētes
Tu gloria hierusalez· tu leticia israel· tu
honorificentia populi nostri· qz fecisti vi
riliter·⁊ pfortatū est cor tuū eo q casti
tatem amaueris ⁊ post virū tuū alteruz
nescieris· ideo ⁊ manꝰ dñi pfortauit te·
⁊ ideo eris bñdicta in eternuz. Et dixit
oīs pplꝰ· fiat fiat. Per dies aūt triginta
vix collecta sunt spolia assyrioz a popu
lo israel. Horro autem vniuersa que ho
lofernis peculiaria fuisse probata sunt:
dederunt iudith in auro ⁊ argento ⁊ ve
stibus ⁊ gemmis ⁊ omni supellectili· et
tradita sunt omīa illi a populo. Et om
nes populi gaudebant cum mulieribꝫ ⁊
virginibus ⁊ iuuenibus· ī organis ⁊ ci
thris.

Tunc cantauit XVI (tharis.

t canticum hoc dño iudith dicēs
Incipite domīo in tympanis:
cantate domino in cymbalis: modula
mini illi psalmum nouū: exultate ⁊ in
uocate nomen eius. Domin⁹ cōterens
bella· domin⁹ nomen est illi. Qui posuit
castra sua ī medio populi sui· vt eripiet
nos de manu oīm īimicoz nroz. Venit
assur ex montib⁹ ab aqlone in multitu
dine fortitudinis sue: cuius multitudo
obturauit torrētes ⁊ eq eoz coopuerūt
valles. Dixit se incensurū fines meos·⁊
iuuenes meos occisurū gladio: īfantes
meos dare in pdaz·⁊ virgines ī captiui
tatem. Dns aūt oīpotens nocuit euz·⁊
tradidit eū in manus femine·⁊ cōfudit
eum. Non enī cecidit potens eoz a iuue
nibus· nec filij titan percusserunt eum·
nec excelsi gigātes imposuerūt se illi: sz
iudith filia merari ī specie faciei sue dis
soluit eum. Exuit enim se vestimēto vi
duitatis·⁊ induit se vestimento leticie
in exultatione filiozum israel. Unxit fa
ciem suam vnguento· colligauit cincin
nos suos mitra ad decipiendum illum.
Sandalia eius rapuerūt oculos eius:
pulcritudo eius captiuam fecit animaz
eius: amputauit pugione ceruicē eius.
Horruerūt pse cōstantiaz eius·⁊ medi
audaciam eius. Tūc vlulauerūt castra

assyriorum quãdo apparuerunt humi/
miles mei: arescentes in siti. Filij puel/
laꝝ cõpũxerũt eos. ⁊ sicut pueros fugiẽ
tes occiderunt eos. perierũt in p̃lio a fa
cie dñi dei mei. Hymnũ cantemus do/
mino. hymnũ nouũ cantemus deo no/
stro. Adonai domine. magnus es tu: et
preclarus in virtute. ⁊ quem supare ne
mo põt. Tibi seruiat oĩs creatura tua qꝛ
dixisti ⁊ facta sũt. misisti spm̃ tuũ ⁊ crea/
ta sunt. ⁊ nõ ẽ qui resistat voci tue. Mõ/
tes a fundamentis mouebũtur cũ aq̃s
petre sicut cera liquescẽt ante faciẽ tuaꝫ
Qui aũt timent te magni erũt apud te
ꝑ oĩa. Ue gẽti insurgẽti sup̃ gen⁹ meuꝫ
Dñs enĩ oĩpotens vindicabit in eis. in
die iudicij visitabit illos. Dabit enim
ignẽ ⁊ vermes in carnes eoꝝ: vt vrank̃ ⁊
sentiãt vsq̃ ĩ sempiternũ. Et fcm̃ ẽ post
hec oĩs ꝓpl̃s post victoriã venit ĩ hierl̃m
adorare dñm. ⁊ mox vt purificati sunt.
obtulerũt oẽs holocausta ⁊ vota ⁊ repro
missiones suas. Porro iudith vniu̇sa
vasa bellica holofernis q̃ dedit illi ꝓpl̃us
⁊ conopeũ q̃d ipsa sustulerat obtulit in
anathema obliniõis. Erat aũt ꝓpl̃us io/
cũdus s̃m faciẽ scõꝝ. ⁊ ꝑ tres mẽses gau
diũ huius victorie celebratũ est cuꝫ iu/
dith. Post dies aũt illos vnusq̃sq̃ redi
it in sua. ⁊ iudith magna fctã est ĩ bethu
lia. ⁊ p̃clarior erat vniu̇se terre isrl̃. Erat
etiã v̄tuti castitas adiũcta: ita vt nõ co/
gnosceret viruꝫ oĩbꝫ diebꝫ vite sue: ex q̃
defunct⁹ est manasses vir eius. Erat au
tem diebꝫ festis ꝓcedẽs cũ magna glo/
ria. Mansit autem in domo viri sui an
nos centũ quinq̃. ⁊ dimisit abram suaꝫ
liberam. ⁊ defuncta ẽ ac sepulta cuꝫ viro
suo in bethulia: luxitq̃ illam oĩs popu/
lus diebus septem. In omni autez spa
tio vite eius non fuit qui perturbaret
israel. ⁊ post mortem eius annis multis
Dies autem victorie huius festiuitatꝫ
ab hebreis in numero sanctorum dieꝝ
accipitur. ⁊ colitur a iudeis ex illo tem/
pore vsq̃ in presentem diem.

Explicit liber Judith.

Incipit prologus in librũ Hester.

Libruꝫ hester varijs trãsla/
toribꝫ ꝯstat eẽ vitiatũ quẽ
ego de arciuis hebreoꝝ re/
uelãs verbuꝫ e verbo exp̃ssi
us transtuli. Quẽ librũ e/
ditio vulgata laciniosis hinc inde verbo
rum sinibꝫ trahit. addens ea que ex ꝑte
dici poterãt. ⁊ audiri sicut solitũ est scho
laribꝫ disciplinis sumpto themate exco
gitare. quibꝫ verbis vti potuit qui iniu/
riã passus est. vel ille qui iniuriam fecit.
Vos autez o paula ⁊ eustochiũ qm̃ ⁊ bi
bliothecas hebreoꝝ studuistis intrate. ⁊
intrep̃tũ certamina cõprobastis. tenen
tes hester hebraicũ librum ꝑ singula ver
ba nostram trãslatiõem aspicite: vt pos/
sitis agnoscere me. nihil etiã augmen/
tasse addendo. sed fideli testimonio sim
pliciter sicut in hebreo habetur. historiã
hebraicam latine lingue tradidisse. Nec
affectamus laudes hominum. nec vitu
perationes expauescimus: deo enim pla
cere curantes. minas hominum penit⁹
nõ timemus: qm̃ deus dissipat ossa eoꝝ
q̃ hoĩbꝫ placere desiderant. ⁊ s̃m apl̃m: q̃
eiusmõi sunt. s̃ui christi esse nõ possunt
Rursuꝫ in libro hester alphabetũ ex mi
nio vsq̃ ad theta litterã fecim⁹ diuersis
in locis: volentes. s. septuaginta interp̃/
tũ ordinẽ ꝑ h̃ insinuare studioso lectori
Nos enĩ iuxta morẽ hebraicũ ordinẽ ꝓse
qui etiã ĩ septuagĩta editiõe maluimus

Explicit prologus. Incipit
liber Hester. Cupitulum I

In diebꝫ asue
ri qui regnauit ab india
vsq̃ ethiopiam super cen/
tum vigintiseptem pro/
uincias: quando sedit in solio regni sui:
susa ciuitas regni eius exordium fuit:
Tertio igitur anno imperij sui fecerat
grande conuiuium cunctis principibꝫ.
et pueris suis fortissimis persaruꝫ ⁊ me
dorum inclytis ⁊ prefectis ꝓuinciarum

coram se: vt oñderet diuitias glorie regni sui. ac magnitudinē atq; iactātiā potentie sue mlto tpe: centum videlicet ⁊ octogīta dieb. Cūq; īplerent dies ꝯuiuij. inuitauit oēm ppl'm qui inuēt⁹ est ī susis a maximo vsq; ad minimū. ⁊ iussit septē dieb ꝯuiuiū p̄parari in vestibulo horti ⁊ nemoris. qd̄ regio cultu ⁊ manu cōsitū erat. Et pēdebāt ex oī pte tētoria aerei coloris ⁊ carbasini ac hiacinthini: sustentata funib byssinis atq; purpureis qui eburneis circulis inserti erant ⁊ colūnis marmoreis fultiebāt. Lectuli q̄z aurei ⁊ argētei. sup pauimentū smaragdino ⁊ pario stratuz lapide dispositi erāt: qd̄ mira varietate pictura decorabat. Bibebāt aūt qui īuitati erāt: aureis poculis. ⁊ alijs atq; alijs vasis cibi inferebāt. Clinū q̄z vt magnificētia regia dignū erat abūdans ⁊ p̄cipuū ponebat. Nec erat q̄ nolētes cogeret ad bibēduz sz sicut rex statuerat p̄ponēs mensis singulos de p̄cipib suis: vt sumeret vn⁹ quisq; qd̄ vellet. Clasthi q̄z regina fecit cōuiuiū feminaꝝ ī palatio vbi rex asuerus manere ꝯsueuerat. Itaq; die septimo cū rex eēt hilarior. ⁊ p⁹ nimiā potionē incaluissz mero: p̄cepit maumā ⁊ bacatha ⁊ arbona ⁊ bagatha ⁊ abgatha et çarath ⁊ charchas septē eunuchis q̄ in cōspectu ei⁹ mīstrabāt. vt introducerēt reginā vasthi corā rege. poīto sup caput eius diademate: vt oñderet cūct⁹ ppl'is ⁊ p̄cipib ei⁹ pulcritudinē. Erat enim pulcra valde. Que renuit. ⁊ ad reg⁹ īperiū qd̄ p eunuchos mandauerat. venire cōtempsit. Vñ iratus rex. ⁊ nimio furore succēsus. introgauit sapientes qui ex more regio semp ei aderāt. ⁊ illoꝝ faciebat cūcta ꝯsilio. sciētiū leges ac iura maioꝝ: erāt aūt p̄mi ⁊ p̄rimi charsena ⁊ çethar ⁊ admatha ⁊ tharſ ⁊ mares ⁊ marsana ⁊ mamucha. septē duces psaꝝ atq; medorū: qui videbāt faciē regis ⁊ primi post eū residere soliti erant: cui sn̄ie vasthi regina subiaceret que asueri regis impium qd̄ p eunuchos mādauerat. facere noluisset. Rñditq; mamucha audiente rege atq; p̄cipib. Nō solū regem lesit regina vasthi: sed ⁊ omēs ppl'os et principes qui sunt in cūctis p̄uincijs regis asueri. Egredieť enī sermo regine ad omēs mulieres vt ꝯtemnant viros suos. ⁊ dicant: Rex asuerus iussit vt regina vasthi intraret ad eū. ⁊ illa noluit: atq; hoc exemplo omēs principū cōiuges psaꝝ atq; medoꝝ paruipendent imperia maritorū. Vnde regis iusta est indignatio. Si tibi placet egrediatur edictum a facie tua. ⁊ scribatur iuxta legez persarum atq; medorū quā preteriri illicitū est: vt nequaq̄ vltra vasthi ingrediatur ad regē: sed regnū illius altera q̄ melior ē illa accipiat. Et h̄ in omne qd̄ latissimū est p̄uinciarum tuaꝝ diuulgetur impiū: ⁊ cūcte vxores tam maioꝝ q̄z minoꝝ deferant maritis suis honorem. Placuit consilium eius regi ⁊ principibus: fecitq; iuxta ꝯsiliū mamucha. ⁊ misit epistolas ad vniuersas p̄uīcias regni sui. vt queq; gens audire ⁊ legere poťat diuersis līguis ⁊ lr̄is. eē viros p̄cipes ac maiores in domibus suis. ⁊ hoc p cūctos populos diuulgari. II

His itaq; gestis: postq̄z reg⁹ asueri indig̃tio d̄ferbuerat: recordatus ē vasthi q̄ fecisset vl' q̄ passa esset: dixeruntq; pueri regis ac ministri eius. Querantur regi puelle virgines ac speciose. ⁊ mittantur qui cōsiderent per vniuersas prouincias puellas speciosas ⁊ virgines. ⁊ adducant eas ad ciuitatem susan. ⁊ tradant in domū seminaruz sub manu egei eunuchi qui est p̄positus ⁊ custos mulierū regiarū. ⁊ accipiant mūdū muliebrē ⁊ cetera ad vsus necessaria. Et quecūq; inter omnes oculis regis placuerit: ipsa regnet p vasthi Placuit ſmo regi: ⁊ ita vt suggesserāt iussit fieri. Erat vir iudeus in susis ciuitate. vocabulo mardocheus filius iair. filij semei. filij cis. de stirpe gemini. qui trāslatus fuerat de hierusalem eo tempore quo iechoniam regem iuda nabuchodonosor rex babylonis transtulerat qui fuit nutrici⁹ filie frīs sui edisse q̄ al-

tero noīe vocabaſ̄ Ixſter·⁊ vtrūq; parē/
tē amiſerat·pulcra nimis ⁊ decora facie
Mortuiſq; pēe ei⁹ ac mīe· mardochæus
ſibi eā adoptauit ī filiā. Cūq; pcrebuiſ
ſet regis impiū·⁊ iuxta mādatū illi⁹ ml/
te pulcre ꝛgines adducerenſ̄ ſuſan·⁊ e/
geo traderētur eunucho: Ixſter q̄z inter
ceteras puellas ei tradita eſt: vt ꝓuareſ̄
in nūero feminaꝝ. Que placuit ei ⁊ in/
uenit grām in ꝓſpectu illius. Et p̄cepit
eunucho vt acceleraret mundū mulie/
brē·⁊ traderet ei ꝓtes ſuas·⁊ ſeptē puel
las ſpecioſiſſimas de domo regis·⁊ tam
ipſam q̄q; pediſſeq;s eius ornaret atq; ex/
coleret. Que noluit indicare ei ppl'm et
patriam ſuaz. Mardochæus enī p̄cepat
ei vt de hac re oīno reticeret: q̄ deambu
labat q̄tidie añ veſtibulū dom⁹ in q̄ ele/
cte ꝛgines ꝓuabanſ̄: curā agens ſalutis
Ixſter·⁊ ſcire volēs q̄d ei accideret. Cum
aūt veniſſet tps ſingulaꝝ p ordinē puel
laꝝ vt intrarēt ad regē: expletis oīb; que
ad cultū mulieb⁹ ꝓtinebāt·mēſis duo
decim⁹ vtebaſ̄ ita dūtaxat vt ſex mēſib;
oleo vngerenſ̄ myrtino·⁊ alijs ſex q̄buſ
dā pigmētis ⁊ aromatib; vterenſ̄. In/
grediēteſq; ad regē: quicq̄d poſtulaſſent
ad ornatū ꝓtinēs accipiebāt·⁊ vt eis pla
cuerat cōpoſite: de triclinio feminaꝝ ad
regis cubiculū trāſiebāt. Et q̄ intraue/
rat veſpe egrediebaſ̄ mane: atq; inde in
ſecūdas edes deducebāſ̄ q̄ ſub manu ſa
ſagaçi eunuchi erāt·q̄ ꝓcubinis reg' p̄ſi
debat: nec habebat ꝓtātē ad regē vltra re
dēūdi niſi voluiſſet rex·⁊ eā vocare iuſſiſ/
ſet ex noīe. Cuoluto aūt tpe p ordinem
inſtabat dies q̄ Ixſter filia abiahil fratr⁹
mardochæi·quā ſibi adoptauerat in fili/
am deberet intrare ad regē. Que nō q̄ſi/
uit muliebrē cultū ſz q̄cūq; voluit ege⁹
eunuch⁹ cuſtos ꝛginū: hīc ei ad ornatum
dedit. Erat enī formoſa valde·⁊ incredi
bili pulcritudīe: oīm oculis gratioſa·et
amabil' videbaſ̄. Ducta eſt itaq; ad cu/
biculū reg' aſueri menſe decimo q̄ vocaſ̄
thebeth·ſeptimo āno regni eius·⁊ ada/
mauit eā rex plus q̄z omēs mulieres: ha
buitq; gratiā ⁊ miſericordiā cora eo ſup
omnes mulieres·⁊ poſuit diadema re/
gni in capite eius: fecitq; eā regnare in
loco vaſthi. Et iuſſit conuiuiū ꝑparari
pmagnificū cūctis p̄cipib;·⁊ ſeruis ſu
is·⁊ p cōiunctiōe·⁊ nuptijſ Ixſter. Et re
dit requiē vniuerſis ꝓuincijs: ac dona
largitus eſt iuxta magnificentiā p̄cipa
lem. Cūq; ⁊ ſecundo q̄rerenſ̄ ꝛgines·⁊
cōgregarenſ̄: mardochæus manebat ad
ianuā regis: necdū ꝓdiderat Ixſter pa/
triā ⁊ ppl'm ſuū·iuxta mandatum eius:
Quicq̄d enī ille p̄cipiebat obſeruabat
Ixſter·⁊ ita cūcta faciebat vt eo tempo/
re ſolita erat q̄ eaz puulā nutriebat. Eo
igiſ̄ tpe q̄ mardochæus ad regis ianuaz
morabatur·irati ſunt bagathan ⁊ tha/
res duo eunuchi regis·qui ianitores e/
rant·⁊ in p̄imo palatij limīe reſidebāt·
voluerunt q̄z inſurgere in regē ⁊ occide/
re eū. Qđ mardochæū non latuit. Sta
timq; nūciauit regine Ixſter·⁊ illa regi
ex noīe mardochæi qui ad ſe rem detu
lerat. Queſitū eſt ⁊ inuentū ⁊ appenſus
eſt vterq; eoz in patibulo. Et iuſſit rex
vt in libro memoriali ſcriberet: vt ꝑ vi/
ta ſua aliquid repenſaret ei. Mādatūq;
eſt hiſtoriis·⁊ ānalib; traditū cora rege.

POſt hæc rex aſuerus exal/ III
tauit aman filium amadathi q̄
erat de ſtirpe agag·⁊ poſuit ſoli/
um eius ſup omēs p̄incipes quos ha/
bebat: Cunctiq; ſerui regis qui in foribꝫ
palatij verſabantur flectebant genua·⁊
adorabant aman. Sic enī p̄cepat eis
imperator. Solus mardochæus nō fle/
ctebat genu·neq; adorabat eū. Cui dixe
runt pueri regis qui ad fores palatij re/
ſidebant. Cur p̄eter ceteros non obſer
uas mandatum regis? Cumq; hoc cre/
berius dicerent·⁊ ille nollet audire: nun
ciauerunt aman ſcire cupientes vtrū p
ſeueraret in ſentētia. Dixerat enī eis ſe
eſſe iudeum. Quod cuz audiſſet aman
⁊ experimento ꝓbaſſet q̄ mardochæ⁹ nō
ſibi flecteret genu nec ſe adoraret·irat⁹
eſt valde·⁊ p nihilo duxit in vnū mar/
dochæuz mittere manus ſuas. audierat
enim q̄ eſſet gentis iudee: magiſq; vo/

luit oēm iudeoꝝ q̄ erāt ī regno asueri ꝑ
dere nationē. Mēse p̄mo cui⁹ vocabulū
ē nisan āno duodecīo regni asueri. mis/
sa ē sors ī vrnā q̄ hebraice d̄r phur corā
amā q̄ die ⁊ q̄ mēse gens iudeoꝝ deberet
intr̄fici. ⁊ exiuit mēsis duodecim⁹ q̄ voca
tur adar. Dixitq̄ aman regi asuero. Est
ppl̄s ꝑ oēs ꝓuīcias regni tui dispsus. et
a se mutuo sepatus. nouis vtēs legib⁹
⁊ cerimonijs. insup ⁊ reg̃ scita ꝯtēnēs.
Et optime nosti ꝙ non expediat regno
tuo vt insolescat ꝑ licētiā. Si tibi placz
decerne vt pereat. ⁊ decē milia talentoꝝ
appendam arcarijs gaçe tue. Tulit ergo
rex ānulū. q̄ vtebat̄ de manu sua. ⁊ dedit
eū aman filio amadathi d̄ ꝓgenie agag
hosti iudeoꝝ: dixitq̄ ad eū. Argētū qd̄ tu
polliceris. tuum sit: de ppl̄o age qd̄ tibi
placz. Vocatiq̄ sunt scribe reg̃ mēse pri
mo nisan tertiadecima die eiusdē men/
sis. ⁊ scriptū est vt iusserat amā ad oēs
satrapas regis. ⁊ iudices ꝓuinciaꝝ diu̇/
sarūq̄ gentiuz: vt q̄q̄ gens lege[illegible] pote/
rat ⁊ audire ꝓ varietate linguaꝝ [illegible] noīe
reg̃ asueri. ⁊ lr̄e signate ipsius annulo
misse sunt ꝑ cursores regis ad vniu̇sas
ꝓuīcias. vt occiderēt atq̄ delerēt oēs iu
deos a puero vsq̄ ad senē ꝑuulos ⁊ mu
lieres vno die. h̄ ē tertiodecimo mēsis
duodecimi qui vocat̄ adar. ⁊ bona eoruz
diriperēt. Sūma aūt epl̄aꝝ hec fuit: vt
oēs ꝓuīcie scirēt ⁊ pararēt se ad p̄dictaz
diē. Festinabāt cursores qui missi erant
regis imperiū explere. Statimq̄ in su/
sis pepēdit edictū: rege ⁊ amā celebrāte
ꝯuiuiū. ⁊ cūct̄ iudeis q̄ ī vrbe erāt flētib⁹

Q Ue cū audisset mardoche IIII
us. scidit vestimēta sua. ⁊ indu/
tus est sacco: spargēs cinerē ca/
piti ⁊ in platea medie ciuitatis voce ma
gna clamabat oñdens amaritudinē aī
sui. ⁊ h̄ eiulatu vsq̄ ad fores palatij gra/
diēs. Nō enī erat licitū indutū sacco au
lā regis intrare. In oīb⁹ q̄z ꝓuīcijs. op/
pidis ac locis ad q̄ crudele regis dogma
ꝑuenerat. planctus ingēs erat apud iu/
deos: ieiuniū. vlulatus ⁊ fletus: sacco ⁊
cinere multis pro stratu vtentib⁹. In/
gresse aūt sunt puelle hester ⁊ eunuchi:
nunciauerūtq̄ ei. Quod audiēs cōster/
nata est. ⁊ vestem misit vt ablato sacco
indueret eam. Quaz accipe noluit: Ac/
citoq̄ athach eunucho quē rex ministꝝ
ei dederat precepit vt iret ad mardoche
um ⁊ disceret ab eo cur h̄ faceret. Egres
susq̄ athach iuit ad mardocheū. ⁊ inue
nit eum stantē in platea ciuitatis ante
ostium palatij. Qui indicauit ei omīa
que acciderant. quō aman ꝓmisisset vt
in thesauros reg̃ ꝓ iudeoꝝ nece inferrz
argētū. exemplar q̄z edicti qd̄ pendebat
in susis dedit ei vt regine ostenderet. et
moueret eam vt intraret ad regem. et
dep̄caret̄ eū ꝓ ppl̄o suo. Regressus ath/
ach nūciauit hester oīa q̄ mardoche⁹ di
xerat. que rn̄dit ei: ⁊ iussit vt dicerz mar/
docheo.: Omnes serui regis ⁊ cuncte q̄
sub ditione eius sunt norūt ꝓuincie. ꝙ
siue vir siue mulier nō vocatus. interi⁹
atriū regis intrauerit: absq̄ vlla cūcta/
tione statim interficiat̄. nisi forte rex au
reā virgam ad eum tetēderit pro signo
clementie. atq̄ ita possit viuere. Ego igi
tur quō ad regem intrare potero: q̄ tri/
ginta iam dieb⁹ nō sum vocata ad euz?
Quod cum audisset mardocheus: rur/
sum mandauit hester. dicens: Ne putes
ꝙ animā tuam tantū liberes. quia in do
mo regis es pre cunctis iudeis. Si enī
nunc silueris. per aliam occasionē libera
būtur iudei. ⁊ tu ⁊ domus patris tui pe
ribitis. Et quis nouit vtruz idcirco ad
regnum veneris: vt in tali tempore pa/
rareris? Rursumq̄ hester h̄ mardocheo
verba mandauit: Vade ⁊ congrega om
nes iudeos quos in susis reppereris et
orate pro me. Non comedetis ⁊ non bi
betis tribus diebus ⁊ tribus noctibus
⁊ ego cum ancillulis meis similiter ie/
iunabo: ⁊ tunc ingrediar ad regem. con/
tra legem faciens non vocata: tradensq̄
me morti ⁊ periculo. Iuit itaq̄ mardo/
cheus et fecit omnia que hester precepe

D Ie autem ter/ V (rat
tio induta est hester regalibus
vestimētis ⁊ stetit in atrio dom⁹

regie qđ erat interius ꝯtra basilicam re
gis. At ille sedebat sup̄ soliū suū in ꝯsi-
storio palatij ꝯ̄ ostiū dom⁹. Cūq; vidisset
hester reginā stantē placuit oculꝰ eius ⁊
extēdit ꝯ̄ eā v̄gam aureā quam tenebat
manu. Que accedēs osculata ē summi-
tatē v̄ge eius: dixitq; ad eam rex. Quid
vis hester regina? Que est petitio tua?
Etiā si dimidiā p̄tem regni petieris. da
bit̄ tibi. At illa rn̄dit. Si regi placet ob
secro vt venias ad me hodie ⁊ aman te-
cum ad ꝯuiuiū qđ paraui. Statīq; rex:
vocate inq̄t cito aman vt hester obediat
volūtati. Clenerunt itaq; rex ⁊ aman ad
cōuiuiū qđ eis regina parauerat. Dixit
q; ei rex postq̄; vinū biberat abūdanter.
Quid petis vt det̄ tibi: ⁊ p̄ qua re postu
las? Etiam si dimidiā p̄tem regni mei
petieris. ipetrabis. Cui rn̄dit hester. Pe
titio mea ⁊ preces sunt iste. Si inueni
in ꝯspectu regis gr̄am. ⁊ si regi placet vt
det mihi qđ postulo ⁊ meā impleat peti
tionē: veniat rex ⁊ aman ad cōuiuiū qđ
paraui eis. ⁊ cras aperiā regi voluntatē
meā. Egressus est itaq; illo die aman le
tus ⁊ alacer. Cūq; vidisset mardocheuz
sedentē ante fores palatij. ⁊ nō solū nō
assurrexisse sibi. sed nec motū quidē de
loco sessionis sue. indignatus est valde
⁊ dissimulata ira reuersus in domū suā
cōuocauit ad se aīcos suos ⁊ çares vxo-
rem suā. ⁊ exposuit illis magnitudinem
diuitiaꝝ suaꝝ filiorūq; turbam ⁊ quāta
eū gloria sup̄ oēs p̄ncipes ⁊ seruos suos
rex eleuasset. Et post hec ait: Regina q̄q;
hester nullū aliū vocauit ad cōuiuiū cuz
rege p̄ter me: apud quā etiam cras cuz
rege pransurus sum. Et cū hec oīa habe
am nihil me habere puto q̄ꝫdiu videro
mardocheum iudeū sedentē ante fores
regias. Responderūtq; ei çares vxor ei⁹
⁊ ceteri amici. Jube parari excelsam tra
bem hn̄tem altitudīs quinq̄ginta cubi-
tos. ⁊ dic mane regi vt appendatur su-
per eam mardocheus. ⁊ sic ibis cum re-
ge letus ad conuiuium. Placuitq; ei
consilium. et iussit excelsam preparari
crucem.

VI

Noctem illam duxit rex insom-
nem: iussitq; sibi afferri histori-
as ⁊ annales priorū tp̄oꝝ. Que
cū illo p̄nte legerent̄: ventū est ad illū lo
cū vbi scriptū erat quō nunciasset mar-
docheus insidias bagathā ⁊ thares eu-
nuchoꝝ: regē assuerū iugulare cupiētiū
Qđ cum audisset rex. ait: Quid p̄ hac
fide honoris ac premij mardocheus cō-
secutus est? Dixerūt ei s̄ui illius ac mi-
nistri. Nihil omnino mercedis accepit.
Statīq; rex. q̄s est inq̄t in atrio? Aman
quippe interi⁹ atriū dom⁹ regie intraue
rat vt suggereret regi. ⁊ iuberet mardo-
cheū affigi patibulo qđ ei fuerat prepa-
ratū. Rn̄derūt pueri: Aman stat ī atrio
Dixitq; rex: ingrediatur. Cunq; esset in
gressus. ait illi: Quid dz fieri viro quez
rex honorare desiderat? Cogitās autem
in corde suo aman. ⁊ reputās q̄ nulluz
alium rex nisi se vellet honorare. rn̄dit:
Homo quē rex honorare cupit debet in
dui vestib⁹ regijs. ⁊ imponi sup̄ equū q̄
de sella regis est. ⁊ accipe regiū diadema
sup̄ caput suū. ⁊ prim⁹ de regijs p̄ncipi-
bus ac tyrānis teneat equū ei⁹. et p̄ pla-
teā ciuitat̄ incedēs clamet. ⁊ dicat: Sic
honorabit̄ quēcunq; rex voluerit hono-
rare. Dixitq; ei rex: Festina ⁊ sūpta stola
⁊ equo fac vt locutus es. mardocheo iu
deo qui sedet ante fores palatij. Caue
ne quicq̄; de his que locutus es preter-
mittas. Tulit itaq; aman stolaz ⁊ equū.
indutumq; mardocheum in platea ciui
tatis. ⁊ impositu; equo precedebat atq;
clamabat: Hoc honore cōdign⁹ est quē-
cunq; rex voluerit honorare. Reuersus
q; est mardocheus ad ianuam palatij. ⁊
aman festinauit ire in domum suam lu
gens. ⁊ operto capite: narrauitq; çares
vxori sue ⁊ amic̄ omīa q̄ euenissent sibi
Cui rn̄derūt sapiētes q̄s habebat in cō-
silio ⁊ vxor eius: Si đ semīe iudeoꝝ est
mardocheus ante quē cadere cepisti. nō
poteris ei resistere: s̄z cades ī ꝯspectu ei⁹.
Adhuc illis loquētib⁹ venerūt eunuchi
regis ⁊ cito eum ad ꝯuiuiū quod regina
parauerat. p̄gere compulerunt.

VII

Intrauit itaq; rex ⁊ amā vt biberent cū regina. Dixitq; ei rex etiam secūda die postq; vino incaluerat: Que est petitio tua hester vt det tibi. ⁊ quid vis fieri? Etiā si dimidiā partem regni mei petieris. impetrabis. Ad quē illa rndit: Si inueni grām in oculis tuis o rex. ⁊ si placet: dona mihi aiaz meam. p qua rogo. ⁊ pplm meuz. p quo obsecro: Traditi enī sum⁹ ego ⁊ populus meus vt pteramur. iugulem⁹ ⁊ peam⁹. Atq; vtinā in seruos ⁊ famulas venderemur. esset tolerabile malū. ⁊ gemens tacerem: nūc aūt hostis noster est cuius crudelitas redūdat in regez. Rndensq; rex asuerus. ait: Quis est iste ⁊ cui⁹ potētie. vt hec audeat facere? Dixitq; hester: Hostis ⁊ inimic⁹ noster pessim⁹ iste est aman. Qđ ille audiēs ilico obstupuit: vultū regis ac regine ferre nō sustinēs. Rex aūt iratus surrexit. ⁊ de loco puiuj intrauit in hortū arboribꝫ psitus. Aman quoq; surrexit vt rogaret hester reginaz p aīa sua: intellexit enī a rege sibi patuz malū. Qui cū reuersus esset ꝺ horto nemoribꝫ psito. ⁊ intrassz puiuj locū. reperit aman sup lectū corruisse in q̄ iacebat hester. ⁊ ait: Etiā reginā vult oppimere me pīte in domo mea. Hec dū uerbū de ore regis exierat. ⁊ statim opuert faciē eius. Dixitq; arbonavnus de eunuchis qui stabāt in misterio regis: En lignū qđ pauerat mardochęo qui locut⁹ est. p rege. stat in domo aman: hīs altitudinis quinq̄ginta cubitos. Cui dixit rex: Appendite eū in eo. Suspensus est itaq; aman ī patibulo qđ pauerat mardochęo. ⁊ regis ira quieuit. VIII

Die illo dedit rex asuerus hester regine domū aman aduersarij iudeoꝝ. ⁊ mardochę⁹ ingressus est ante faciē regis. Confessa est enim ei hester q̄ esset patru⁹ suus: Tulitq; rex annulū quez ab aman recipi iusserat. et tradidit mardochęo. Hester aūt pstituit mardochęū sup domū suā: Nec his cōtenta. pcidit ad pedes regis: fleuitq; ⁊ locuta ad eum orauit vt malitiam aman agagite. ⁊ machinatiōes eius pessimas q̄s excogitauerat ꝓtra iudeos. iuberet irritas fieri. At ille ex more sceptrū aureum pretēdit manu. q̄ signum clemētie mōstrabat. Illaq; psurgens stetit ante euz. ⁊ ait: Si placet regi. ⁊ si inueni gratiā in oculis eius. ⁊ pcatio mea nō ei videt esse ꝓtraria: obsecro vt nouis epistolis. ꝟteres aman lās insidiator⁹ ⁊ hostis iudeoꝝ. quib⁹ eos in cūctis regis puincijs pire pcepat coriganť. Quō enī potero sustinere necez ⁊ interfectiōez populi mei? Rndit; rex asuerus hester regine ⁊ mardochęo iudeo. Domū aman cōcessi hester regine. ⁊ ipz iussi affigi cruci. q̄z ausus est manū mittere in iudeos. Scribite ergo iudeis sicut vobis placz ex regis noīe: signātes litteras annulo meo. Nec enī psuetudo erat. vt epl'is q̄ ex regis noīe mittebanť. ⁊ illius annulo signate erāt. nemo auderet ꝺdicere. Accitisq; scribis ⁊ librarijs regis. erat autē tps tertij mēsis qui appellat siban. vicesima ⁊ tertia illi⁹ die. scripte sunt epl'e vt mardochęus voluerat ad iudeos ⁊ ad pncipes. pcuratoresq; ⁊ iudices. qui cētum vigintiseptē puincijs ab india vsq; ethiopiā pfidebāt: puincie atq; puincie: ppl'o ⁊ ppl'o. iuxta linguas ⁊ litteras suas. ⁊ iudeis: put legere poterāt ⁊ audire. Ipseq; epl'e q̄ regis noīe mittebanť. annulo illius obsignate sunt ⁊ misse p veredarios q̄ p oēs puincias discurrentes. veteres litteras nouis nūcijs pvenirēt. Quib⁹ imperauit rex. vt queni rent iudeos per singulas ciuitates. ⁊ in vnū pcipent ꝓgregari. vt starēt. p aīab⁹ suis. ⁊ oēs inimicos suos cū ꝓiugib⁹ ac liberis. ⁊ vniūsis domib⁹ interficerēt atq; delerēt. Et pstituta est per oēs puincias vna vltiōis dies. i. tertiadecima die mēsis duodecimi adar. Sūmaq; epl'e hec fuit. vt in oīb⁹ terris ac ppl'is qui regis asueri subiacebāt impio. notū fierz patos eē iudeos ad capiendā vindictā de hostib⁹ suis. Egressiq; sūt veredarij celeres nūcios pferētes. ⁊ edictū regis pependit in susis. Mardochęus autem de

palatio ⁊ de ꝯspectu regis egrediẽs ful/
gebat vestibꝫ regijs hiacinthinis videli
cet ⁊ aerinis coronã aureã portãs in capi
te ⁊ amictꝰ serico pallio atq; purpureo.
Oĩsq; ciuitas exultauit atz letata ẽ. Iu
deis aũt noua lux oriri visa ẽ. gaudium
honor ⁊ tripudiũ. Apud omẽs ꝓplos vr
bes atq; ꝓuincias quocunq; regꝫ ꝑcepta
veniebãt mira exultatio. epule atq; ꝯui/
uia ⁊ festus dies: intantũ vt plures alte
riꝰ gẽtis ⁊ secte. eoꝝ religioni ⁊ cerimo/
nijs iũgerent. Grãdis enĩ cũctos iudai
ci nominis terror inuaserat. IX

Igitur duodecimi mẽsis quez
adar vocari ante iaz diximꝰ: ter/
tiadecima die qñ cũctis iudeis
interfectio ꝑabat. ⁊ hostes eoꝝ inhiabãt
sanguini. versa vice supiores iudei esse
ceperũt. ⁊ se de adũsarijs vindicare. Cõ
gregatiq; sunt ꝑ singlas ciuitates ⁊ op/
pida ⁊ loca: vt extenderent manũ ꝯ ini/
micos ⁊ ꝑsecutores suos. Nullusq; au/
sus ẽ resistere: eo ꝙ oẽs ꝓplos magnitu
dĩs eoꝝ formido penetraret. Naz ⁊ ꝓuĩ
ciaꝝ iudices duces ⁊ ꝓcuratores. oĩsq;
dignitas q̃ singulis locis ⁊ opibꝫ ꝑerat:
extollebãt iudeos tĩore mardochei quez
prĩcipẽ esse palatij ⁊ plurimũ posse cog/
uerãt. Fama q̃z noĩs eius crescebat q̃ti/
die. ⁊ ꝑ cũctoꝝ ora volitabat. Itaq; per/
cusserũt iudei inimicos suos plaga ma
gna ⁊ occiderũt eos. reddentes eis qd̃ si
bi ꝑauerant facere: intm̃ vt etiã in susis
quingẽtos viros intficerẽt: extra decẽ fi
lios aman agagite hostis iudeoꝝ. Quo
rũ ista sunt noĩa: pharsandathan ⁊ del/
phon ⁊ espatha ⁊ phorata ⁊ adalia ⁊ ari/
datha ⁊ ephermesca arisai ⁊ aridai ⁊ vai
satha. Quos cuz occididissent: ꝑdas de
substãtijs eoꝝ agere noluerẽt. Statĩq;
nũerꝰ eoꝝ qui occisi erãt ĩ susis ad regẽ
relatꝰ ẽ. Qui dixit regine. In vrbe susis
interfecerũt iudei q̃ngẽtos viros. ⁊ ali/
os decem filios aman. Quantaz putas
eos exercere cedẽ in vniuersis ꝓuincijs
Quid vltra postulas ⁊ q̃dvis vt fieri iu
beaz? Cui illa rñdit: Si regi placet: det
ptãs iudeis vt sicut fecerũt hodie in su/
sis: sic ⁊ cras faciant. ⁊ decem filij aman
in patibul' suspendant. Precepit rex vt
ita fieret. Statĩq; in susis pepẽdit edi/
ctũ ⁊ decez filij aman suspẽsi sunt. Con/
gregatis iudeis quartadecima die men
sis adar. intfecti sunt in susis trecẽti vi/
ri: nec eoꝝ ab illis direpta substãtia ẽ: sz
ꝑ omẽs ꝓuĩcias q̃ ditioni regis subiace
bãt ꝓ aĩabꝫ suis steterũt iudei. interfe/
ctis hostibus ac persecutoribus suis: in/
tantum vt septuagintaquinq; mila oc/
cisorum implerentur: ⁊ nullus de sub/
stantijs eorum quicq̃ ꝯtingeret. Dies
aũt tertiusdecimus mensis adar. vnus
apud oẽs intfectiõis fuit. ⁊ q̃rtadecima
die cedere desierũt. Quẽ ꝯstituerũt esse
solennẽ: vt in eo omni tꝑe deinceps va
carẽt epulis: gaudio atq; ꝯuiuijs. At hi
qui in vrbe susis cedere exercuerant ter/
tiodecimo ⁊ q̃rtodecimo die eiusdẽ mẽ/
sis in cede ꝟsati sunt: quĩtodecimo aũt
die ꝑcutere desierũt. Et idcirco eũdem
diẽ ꝯstituerũt solẽnem epulaꝝ atq; leti/
cie. Hi ꝟo iudei qui in oppidis nõ mu
ratis ac villis morabant. quartumdeci
mũ diẽ mensis adar ꝯuiuioꝝ ⁊ gaudij
decreuerũt: ita vt exultẽt in eo ⁊ mittãt
sibi mutuo ꝑtes epulaꝝ ⁊ ciboꝝ. Scri/
psit itaq; mardocheus oĩa hec. ⁊ litteris
cõprehensa misit ad iudeos qui in oĩbꝫ
regis ꝓuĩcijs morabant: tã de vicino po
sitis q̃z ꝓcul: vt q̃rtamdecimã ⁊ quintã
decimã diem mẽsis adar ꝓ festis suscipe
rẽt. ⁊ reuertẽte sꝑ ãno solẽni celebrarẽt
honore: qꝛ in ipsis diebꝫ se vlti sunt iu/
dei de inimicis suis. ⁊ luctus atq; tristi/
cia in hilaritatẽ gaudiũq; cõuersi sunt:
essentq; dies iste epularuz atq; leticie. ⁊
mitterẽt sibi inuicẽ ciboꝝ ꝑtes. ⁊ pauꝑi/
bus munuscula largirent. Susceperũt
q; iudei in solennẽ ritũ cũcta q̃ eo tꝑe fa
cere ceperãt. ⁊ q̃ mardocheꝰ lr̃is faciẽda
mandauerat. Aman enĩ filiꝰ amadathi
stirpis agag hostis ⁊ aduersarius iudeo
rũ cogitauit ꝯtra eos malum. vt occide
ret illos atq; deleret. ⁊ misit phur qd̃ no
stra lingua vertitur in sortem. ⁊ postea ĩ/
gressa ẽ hester ad regez obsecrãs vt cona

tus eius lr̃is regis irriti fierẽt · ⁊ maluz quod ꝓtra iudeos cogitauerat · reuertetur in caput eius. Deniqꝫ ⁊ ipm ⁊ filios eius affixerũt cruci: atqꝫ ex illo tpe dies isti appellati sunt phurim · i · sortiuz · eo q̃ phur · i · sors in vrnam missa fuerit Et cũcta q̃ gesta sunt ep̃le · i · libri huius volumine ꝓtinent: quecꝫ sustinuerũt ⁊ que deinceps immutata sunt · suscepẽt iudei sup se ⁊ semen suũ · ⁊ sup cũctos q̃ religioni eor̃ voluerũt copulari: vt nulli liceat duos hos dies absqꝫ solennitate transigere quos scriptura testat̃ · ⁊ cetera exp̃tũt tpa annis sibi iugiter succedentib⁹. Isti sunt dies q̃s nulla vnqꝫ delebit obliuio ⁊ p̃ singulas generationes cũcte in toto orbe ꝓuincie celebrabunt: nec est vlla ciuitas in qua dies phurim id est sortiũ · nõ obseruent̃ a iudeis · ⁊ ab eor̃ ꝓgenie q̃ his cerimonijs obligata ẽ Descripserꝫ hester regina filia abiahil ⁊ mardochꝰ iude⁹ etiã secũdã ep̃lam vt omni studio dies ista solẽnis sancire tur in posterũ. Et miserũ ad oẽs iudeos qui in centũ vigintiseptez ꝓuincijs regis asueri ꝰsabant̃ · vt habẽret pacem ⁊ suscipent veritatẽ · obseruãtes dies sortiũ · ⁊ suo tpe cũ gaudio celebrarẽt · sicut cõstituerãt mardochꝰ ⁊ hester. Et illi obseruanda suscep̃runt a se ⁊ a semine suo ieiunia atqꝫ clamores ⁊ sortiũ dies · ⁊ oĩa q̃ libri huius qui voc̃ hester hi

Rr storia continentur. X

Ex vero asuerus oẽm terram ⁊ cunctas maris insulas · fecit tributarias: cuius fortitudo ⁊ imperium ⁊ dignitas atqꝫ sublimitas q̃ exaltauit mardochæũ · scripta sunt in libris medorũ atqꝫ p̃sar̃ · ⁊ quõ mardochæus iudaici generis secũdus a rege asuero fuerit · ⁊ magn⁹ apud iudeos · ⁊ acceptabilis plebi fratrũ suor̃: querẽs bona pp̃lo suo et loquẽs ea q̃ ad pacez seminis sui ptinerent. Que habent̃ in hebreo plena fide exp̃ssi · hæc aũt q̃ sequũtur scripta reperi in editione vulgata q̃ grecorũ lingua ⁊ lr̃is ꝓtinent̃ · ⁊ interim post finẽ libri lr̃ capl̃m ferebat̃ · qõ iuxta ꝓsuetudinem nostrã obelo · i · veru ꝓnotauimus.

Dixitqꝫ mardochꝰ. A deo facta sunt ista. Recordat⁹ sum somnij qõ videraz: hæc eadẽ significãtis: nec eor̃ quicqꝫ irritũ fuit. Parv⁹ fons qui creuit i fluuiũ ⁊ in lucẽ solẽqꝫ ꝓrsus est · ⁊ in aq̃s plurimas redũdauit: hester est: quã rex accepit vxorẽ ⁊ voluit esse reginã. Duo aũt draco nes: ego sum: ⁊ aman. Gentes q̃ cõuenerãt · hi sunt qui conati sunt delere nomẽ iudeor̃. Gens aũt mea isr̃l est q̃ clamauit ad dñm ⁊ saluuz fecit pp̃lm suũ libauitqꝫ nos ab oĩb⁹ malis · ⁊ fecit sig̃ magna atqꝫ p̃tẽta int̃ gẽtes · ⁊ duas sortes esse p̃cepit vnã pp̃li dei · ⁊ alteram cunctar̃ gentiũ. Venitqꝫ vtraqꝫ sors in statutũ ex illo iam tpe coram deo vniũsis gentib⁹ · ⁊ recordatus est dñs pp̃li sui: ac miſtus hereditatis sue. Et obseruabũt̃ dies isti in mẽse adar · q̃rtadecima · ⁊ q̃ntadecima die eiusdẽ mensis · cuz omni studio ⁊ gaudio in vnũ cetũ pp̃li ꝓgregati in cunctas deinceps generationes po

Anno quarto XI (puli israel. a regnãtib⁹ ptolomeo ⁊ cleopatra: attulerunt dositheus qui se sacerdotem ⁊ leuitici generis ferebat · ⁊ ptolome⁹ fili⁹ eius hãc ep̃lam phurim quã dixerũt interp̃tatã esse lysimacum ptolomei filiũ in hierl̃m. Hoc q̃z p̃cipiũ erat in editiõe vulgata: qõ nec in hebreo · nec apud vllũ ferẽ interp̃tuz.

Anno secũdo regnãte artarexe maximo · p̃ima die mẽsis nisan vidit somnium mardochꝰ fili⁹ iaheri · filij semei · filij cis de tribu beniamin · hõ iude⁹ qui hãitabat in vrbe susis: vir magnus ⁊ inter p̃cipuos aule regie. Erat ãt de eo nũero captiuorũ q̃s transtulerat nabuchodonosor rex babylonis ꝺ hierusalẽ cũ iechonia rege iuda · ⁊ hoc eius somniũ fuit. Apparuerũt voces ⁊ tumultus: tonitrua ⁊ terre motus ⁊ ꝓturbatio sup terrã · ⁊ ecce duo draco nes magni paratiqꝫ ꝺ se in p̃eliũ ad q̃z clamorẽ cuncte concitate sunt nationes. vt pugnarẽt ꝺ gẽtẽ iustor̃. Fuitqꝫ dies illa tenebraz ⁊ discriminis · ⁊ tribulationis ⁊ angustie · ⁊ ingẽs formido

super terram. Cōturbataq; est gens iu-
stoꝝ timentium mala sua. ⁊ p̄parata ad
mortē. Clamauerūtq; ad deū. ⁊ illis vo-
ciferantib⁹. fons ꝑuus creuit in fluuiū
maximū. ⁊ in aq̄s plurimas redundauit
Lux ⁊ sol ortus est. ⁊ hūiles exaltati sunt
⁊ deuorauerūt inclytos. Quod cum vi
disset mardocheus ⁊ surrexisset de stra-
tu. cogitabat quid deus facere vellet et
fixum habebat in animo. scire cupiens
quid significaret somnium. XII

Morabatur aūt eo tp̄e in aula re
gis cum bagatha ⁊ thara eunu
chis reg⁹. qui ianitores erāt pa-
latij. Cunq; intellexisset cogitatiōes eo
rū ⁊ curas diligētius ꝑuidisset: didicit
q̄ conarent̄ in regē artaxerxē man⁹ mit-
tere: ⁊ nūciuait sup̄ eo regi. Qui d̄ vtro
q; habita questione. confessos iussit du
ci ad mortē. Rex aūt q̄d gestū erat scri-
psit in cōmentarijs. Sed ⁊ mardoche⁹
rei memoriā litteris tradidit Precepit
q; ei rex vt in aula palatij moraret̄: dat⁹
ei ꝑ delatione mūerib⁹. Amā ꝟo filius
amadathi bugeus erat gloriosissim⁹ co
rā rege. ⁊ voluit nocere mardocheo ⁊ po
pulo eius ꝑ duob⁹ eunuchis reg⁹ q̄ fue
rant interfecti. Hucusq; ꝓhemiū. Que
sequūtur in eo loco posita erāt vbi scri-
ptū est in volumīe: Et diripuerūt bona
vel substātias eoꝝ. Que in sola vulgata
editiōe repperim⁹. Epl'e aūt h̄ exemplar
fuit.

Rex maxim⁹ arta XIII
xerxes ab india vsq; ethiopiam
centū vigintiseptē ꝓuinciaruz:
principib⁹ ⁊ ducib⁹ qui eius impio sub-
iecti sunt salutē. Cū plurimis gētibus
imperarē. ⁊ vniūsum orbē mee ditioni
subiugassem: volui nequaq̄ abuti potē-
tie magnitudīe: sed clemētia ⁊ lenitate
gubernare subiectos: vt absq; vllo terro
re vitam silentio trāsigentes optata cū
ctis mortalibus pace fruerētur. Que-
rente aūt me a cōsiliarijs meis quō pos
set hoc impleri: vnus qui sapiētia ⁊ fide
ceteros p̄cellebat. ⁊ erat post regē secun-
dus aman nomīe indicauit mihi in to-
to orbe terraꝝ ꝓpl'm esse dispsum qui no
uis vteret̄ legib⁹. ⁊ ꝯ oīm gentiū ꝯsue-
tudinē faciēs regū iussa ꝯtēneret. ⁊ vni
uersaꝝ ꝯcordiam nationū sua dissensio-
ne violaret. Quod cū didicissemus. vi
dentes vnam gentē rebellem aduersus
omne hoīm gen⁹ ꝑuersis vti legib⁹. no-
strisq; iussionib⁹ ꝯtraire. ⁊ turbare sub-
iectaꝝ nobis ꝓuinciaꝝ pacem atq; ꝯcor
diā: iussimus vt quoscūq; aman qui oī-
bus ꝓuincijs p̄posit⁹ est. ⁊ secūdus a re-
ge. ⁊ quē p̄ris loco colim⁹ mōstrauerit.
cū ꝯiugib⁹ ac liberis deleant̄ ab inimic⁹
suis. nullusq; eoꝝ misereat̄. quartadeci
ma die duodecimi mensis adar anni p̄-
sentis vt nepharij hoīes vno die ad īfe
ros descendentes reddant imperio nr̄o
pacē quam turbauerāt. Hucusq; ex-
emplar epistole. Que sequūtur. post
euz locū scripta repperi. vbi legit̄: Per-
gensq; mardocheus fec̄ omīa q̄ ei māda
uerat hester: nec tamē habet̄ in hebraico
⁊ apud nullū penitus ferunt̄ interp̄tuz
Mardocheus aūt dep̄catus est dn̄m
memor oīm op̄m eius ⁊ dixit: Domine
dn̄e rex oīpotens. in ditione enī tua cū-
cta sunt posita. ⁊ nō est qui posset tue re
sistere volūtati: si decreuer⁹ saluare isrl̄:
Tu fecisti celū ⁊ terrā. ⁊ quicq̄d celi am-
bitu continet̄: dn̄s oīm es: nec ē qui re-
sistat maiestati tue. Cuncta nosti ⁊ scis.
q̄r nō ꝑ sup̄bia ⁊ ꝯtumelia ⁊ aliqua glo-
rie cupiditate fecerim hoc. vt nō adora-
rem aman sup̄bissimū. libenter enī ꝑ sa
lute israel etiā vestigia pedū eius deoscu
lari paratus essem: sed timui ne honorē
dei mei trāsferrē ad hoīem. ⁊ ne quemq̄
adorarem. excepto deo meo. Et nūc do-
mine rex deus abraam. miserere populi
tui: q̄r volunt nos inimici nostri perde-
re. ⁊ hereditatem tuam delere. Ne despi
cias p̄tē tuā quam redemisti de egypto
Exaudi dep̄cationē meā. ⁊ ꝓpiti⁹ esto sor
ti ⁊ funiculo tuo. ⁊ ꝯuerte luctum nr̄m
in gaudium. vt viuentes laudemus no
mē tuū domīe. ⁊ ne claudas ora te canē-
tium. Oīs q̄z israel pari mente ⁊ obsec̄-
tione clamauit ad dominum: eo q̄ eis
certa mors impenderet. XIIII

Hester

Hester quoq; regina cõfugit ad dñm: pauẽs ꝑiculũ qđ imminebat. Cunq; deposuisset vestes regias. fletib; ⁊ luctui apta indumẽta suscepit. ⁊ ꝑ vnguẽtis varijs cinere ⁊ stercore ĩpleuit caput. ⁊ corpus suũ hũilia uit ieiunijs: oĩaq; loca in quib; antea letari ꝯsueuerat. criniũ laceratone cõpleuit. Et deꝑcabat̃ dñm deum isrl̃ dicẽs: Dñe mi q̃ rex noster es sol⁹. adiuua me solitariã: ⁊ cuius ꝑt̃ te nullus est auxiliator alius. Periculũ meũ in maĩb; meis est Audiui a pr̃e meo ꝙ tu dñe tulisses isrl̃ de cũctis gẽtib; ⁊ pr̃es nr̃os ex oĩb; retro maiorib; suis vt possideres hereditatẽ sempiternã: fecistiq; eis sic̃ locutus es. Peccauim⁹ in ꝯspectu tuo. ⁊ idcirco tradidisti nos in man⁹ inimicoruz nr̃oꝝ. Coluim⁹. n. deos eoꝝ. Iustus es dñe. Et nũc eis nõ sufficit ꝙ durissima nos opprimũt ſuitute: ſz robur manuũ suaꝝ idoloꝝ potẽtie ꝺputãtes volũt tua mutare ꝓmissa. ⁊ delere hereditatẽ tuaz ⁊ claudere ora laudãtiũ te. atq; extĩguere gl̃iaz tẽpli ⁊ altar̃ tui. vt apiãt ora gẽtiũ ⁊ laudent idoloꝝ fortitudinez. ⁊ ꝑdicent carnalẽ regẽ in sempiternũ. Ne tradas dñe sceptrũ tuũ his q̃ ñ sunt. ne rideãt ad ruinã nr̃am: ſz ꝯuerte ꝯsiliũ eoꝝ suꝑ eos: ⁊ eũ qui ĩ nos cepit seuire. disꝑde. Memẽto dñe ⁊ oñde te nob̃ ĩ tꝑe tribulatiõis nr̃e. ⁊ da mihi fiduciã dñe rex deoꝝ ⁊ vniuſe ptãtis: tribue ſmonez cõpositũ in ore meo in conspectu leonis. ⁊ trãsfer cor illi⁹ in odiũ hostis nr̃i: vt ⁊ ipse pereat. ⁊ ceteri q̃ ei ꝯsentiũt. Nos aũt libera ĩ manu tua. ⁊ adiuua me nullum aliud auxiliuz hñtẽ nisi te dñe. q̃ habes oĩm sc̃iam. ⁊ nosti qꝛ oderĩ gloriã iniq̃ꝝ. ⁊ detester cubile ĩcircũcisoꝝ ⁊ oĩs alieni gene. Tu scis nc̃citatẽ meã ꝙ abominer signũ suꝑbie ⁊ glorie mee qđ est suꝑ caput meũ ĩ dieb; ostẽtatiõis mee. ⁊ detester illud q̃si pãnũ mẽstruate. ⁊ ñ portẽ ĩ dieb; silẽtij mei. ⁊ ꝙ ñ comederĩ ĩ mẽsa amã. nec mihi placuerit ꝯuiuiũ regis. ⁊ nõ biberĩ vinũ libaminũ. ⁊ nũq̃z letata sit ãcilla tua ex q̃ huc trãslata suz vsq; in pñtem diẽ: nisi in te dñe de⁹ abraã. De⁹ fortis suꝑ oẽs. exaudi vocẽ eoꝝ q̃ nullaz aliã spem hñt. ⁊ libera nos đ manu iniq̃ruz. ⁊ erue me a timore meo. Hec q̃z addita reperi in editione vulgata. XV

Et mandauit ei (haud dubiũ q̃n hester) mardocheus. vt ingrederet̃ ad regez: ⁊ rogaret pro ꝓpl̃o suo ⁊ ꝓ patria sua. Memorare inq̃t dierũ hũilitatis tue. quõ nutrita sis in manu mea: qꝛ aman secũdus a rege locur⁹ ẽ ꝯ nos ĩ mortẽ. ⁊ tu inuoca dñz. ⁊ loq̃re regi ꝓ nob̃. ⁊ libera nos de morte. Necñ ⁊ ista q̃ subdita sunt: in editiõe vulgata repperi. Die aũt tertio deposuit vestimẽta ornat⁹ sui. ⁊ circũdata est gl̃ia sua Cũq; regio fulgeret habitu. ⁊ inuocasſz oĩm rectorẽ ⁊ saluatorẽ deũ: assũpsit duas famulas. ⁊ suꝑ vnã q̃dẽ ĩnitebat̃ q̃si pre delitijs ⁊ nimia teneritudĩe corpus suũ ferre nõ sustinẽs: altera aũt famularuz seq̃bat̃ dñam. defluẽtia in humũ indumẽta sustentãs. Ipsa aũt roseo colore vultũ ꝑfusa. ⁊ grat̃ ac nitẽtib; oculis tristẽ celabat animũ. ⁊ nimio timore cõtractũ. Ingressa igit̃ cuncta ꝑ ordinem ostia. stetit ꝯ regez. vbi ille residebat super soliũ regni sui. indut⁹ vestib; regijs auroq; fulgens ⁊ ꝑciosis lapidib;. erat q; terribilis aspectu. Cũq; eleuasset faciem ⁊ ardentib; oculis furorẽ pectoris ĩdicasset: regina corruit ⁊ in pallorẽ colore mutato. lassum suꝑ ancillulã reclinauit caput. Cõuertitq; deus spm̃ regis ĩ mãsuetudinez. ⁊ festin⁹ ac metuẽs exiliuit de solio ⁊ sustentãs eã vlnis suis donec rediret ad se his v̄bis blãdiebatur: Quid habes hester? Ego sum frater tuus: noli metuere. Nõ morier̃. Nõ eniz ꝓ te: ſz ꝓ oĩb; hec lex ꝯstituta est. Accede igit̃ ⁊ tãge sceptrũ. Cunq; illa reticeret. tulit aureã v̄gã. ⁊ posuit suꝑ collũ ei⁹. et osculatus est eã. ⁊ ait: Cur mihi nõ loq̃ris? Que rñdit: Vidi te dñe q̃si angelũ dei. ⁊ ꝯturbatũ est cor meuz pre timore gl̃ie tue. Valde enĩ mirabilis es dñe. et facies tua plena est gratiaꝝ. Cũq; loq̃retur. rursus corruit. ⁊ pene exanimata est

Rex aūt turbabatur · ⁊ oēs ministri ei⁹ consolabant̄ eū. Exēplar epistole reg⁹ artaxerxis quaꝫ pro iudeis ad totas regni sui prouincias misit: qd̄ ⁊ ip̄m in hebraico volumine non habetur. XVI

Rex magn⁹ artaxerxes · ab india vsq̄ ethiopiā centū vigintiseptez ꝓuinciaꝝ ducib⁹ ac pr̄icipibus qui nr̄e iussioni obediūt · salutē dic̄: Multi bonitate pr̄icipū ⁊ honore qui in eos collatus est · ⁊ abusi sunt in sup̄biaꝫ ⁊ non solū subiectos regib⁹ nitūt̄ opprimere: sed datā sibi gloriā nō ferētes: in ipsos q̄ d̄derūt moliūt̄ insidias. Nec cōtenti sunt gr̄as nō agere bn̄ficijs · ⁊ hūanitatis in se iura violare: sꝫ dei q̄ꝫ cūcta cernētis arbitrātur se posse fugere sn̄iaꝫ Et intm̄ vesanie ꝓruperūt · vt eos q̄ credita sibi officia diligent̄ obseruāt · et ita cūcta agūt vt oīm laude digni sint · mēdacioꝝ cuniculis conent̄ subūtere duꝫ aures principū simplices ex sua natura alios estimātes. callida fraude decipiūt Que res ⁊ ex veterib⁹ ꝓbat̄ historijs · et ex his q̄ gerūt̄ q̄tidie · q̄uo malis q̄rūdaꝫ suggestionib⁹ regū studia dep̄uent̄. Unde ꝓuidendū est paci oīm ꝓuinciarum. Nec putare d̄betis si diuersa iubeamus ex animi nr̄i venire leuitate: sꝫ ꝓ q̄litate ⁊ necessitate tēporū vt reipublice poscit vtilitas ferre sn̄iam. Et vt manifestius qd̄ dicim⁹ intelligatis: Aman fili⁹ amadathi · ⁊ aīo ⁊ gente macedo · alienusq̄ a persaꝝ sanguine · ⁊ pietatē nr̄am sua crudelitate cōmaculans · ꝑegrinus a nobis susceptus est: ⁊ tantā in se exp̄tus hūanitatē vt pater noster vocaret̄ · ⁊ adorare tur ab oīb⁹ post regem secundus · qui in tm̄ arrogantie tumorē sublatus est · vt regno priuare nos niteretur ⁊ spū. Naꝫ mardocheū cui⁹ fide ⁊ beneficijs viuim⁹ ⁊ consortē regni nostri hester. cum omni gente sua nouis quibusdā atq̄ inauditis machinis expetiuit in mortē. h̄ cogitās vt illis interfectis insidiaret̄ nr̄e solitudini · ⁊ regnū p̄sarū transferret in macedonas. Nos aūt a pessimo mortaliū iudeos neci destinatos · in nulla penitus culpa repperim⁹ sed econtrario iustis vtētes legib⁹ · ⁊ filios altissimi ⁊ maximi semp̄q̄ viuētis dei cuius bn̄ficio ⁊ patrib⁹ nr̄is ⁊ nobis regnū est traditū · ⁊ vsq̄ hodie custoditur. Unde eas lr̄as quas sub nomine nostro ille direxerat sciatis esse irritas. Pro quo scelere ante portas huius vrbis · i · susis · ⁊ ipse qui machinatus est · ⁊ oīs cognatio eius pēdet in patibulis: nō nobis · sed deo reddēte ei qd̄ meruit. Hoc aūt edictuꝫ quod nunc mittim⁹ in cunctis vrbib⁹ ꝓponatur · vt liceat iudeis vti legib⁹ suis. Quibus debetis eē āminiculo vt eos qui se ad necem eoꝝ parauerant · possint interficere: tertiadecima die mēsis duodecimi qui vocatur adar. Hanc enī diem deus oīpotens meroris ⁊ luctus eis vertit in gaudium. Unde ⁊ vos inter ceteros festos dies · hanc habetote diē · ⁊ celebrate eam cū omni leticia: vt ⁊ imposteruꝫ cognoscant̄ om̄s qui fideliter persis obediunt dignā pro fide recipe mercedem qui aūt insidiāt̄ regno eoꝝ · p̄ire pro scelere. Oīs autē prouincia ⁊ ciuitas q̄ noluerit solēnitatis hui⁹ esse p̄ticeps · gladio ⁊ igne pereat · ⁊ sic deleat̄ vt nō soluꝫ hoīb⁹: sed etiaꝫ inuia bestijs sit in sempiternū: pro exēplo ꝯtēptus ⁊ īobediētie.

Explicit liber hester. Incipit ꝓlog⁹ in Job · s̄m translationeꝫ septuaginta.

Cogor p̄ singulos scripture diuine libros aduersariorum respondere maledictis · q̄ interp̄tatiōem meā reprehensionez septuaginta interpretrum criminant̄: quasi nō et apud grecos aquila symmachus ⁊ theodotion · vel verbum e verbo · vel sensum e sensu · vel ex vtroq̄ commixtuꝫ ⁊ medie temp̄atum genus translationis exp̄sserint et omnia veteris instrumenti volumina: Origenes obelis asteriscisq̄ distinxerit: quos vel additos vel theodotione sumptos translationi antique inseruit probans defuisse quod additū est. Di-

scant igitur obtrectatores mei recipere in toto quod in partibꝫ susceperũt: aut interp̃tationem meam cuꝫ asteriscis suis radere. Neqꝫ eniꝫ fieri potest vt quos plura intermisisse susceperint non eosdem etiam in quibusdã errasse fateant̃. precipue ĩ iob: cui si ea que sub asterisc̃ addita sunt subtraxeris ꝑs maxima detrũcabit̃. ⁊ hoc dumtaxat apud grecos. Ceterũ apud latinos ante eaꝫ traslationẽ quã sub asteriscis ⁊ obelis nuꝑ edidimus. septĩgẽti ferme aut octĩgẽti v̄sus desunt vt decurtat⁹ ⁊ lacerat⁹ corrosusqꝫ liber feditatez sui publice legentibꝫ prebeat. Hec aũt translatio nullũ de veteribus sequitur interpretem: sed ex ipso hebraico arabicoqꝫ sermone. ⁊ interduꝫ syro: nunc verba. nunc sensus. nũc simul vtrũqꝫ resonabit. Obliquus enim etiã apud hebreos totus liber fertur ⁊ lubricus. ⁊ quod greci rhetores vocant schematismenos. duꝫ qui aliud loquit̃. aliđ agit. Ut si velis anguillam vel murenulam strictis tenere manibꝫ: quanto fortius presseris. tanto citius elabit̃. Memini me ob intelligentiã hui⁹ volumĩs lyddeum quendã preceptorẽ. qui apud hebreos primus haberi putabat̃. nõ paruis redemisse nũmis: cuius doctrina an aliquid profecerim. nescio. Hoc vnum scio: non potuisse me interp̃tari. nisi qđ ante intellexeram. A principio itaqꝫ volumĩs vsqꝫ ad v̄ba iob apud hebreos ꝓsa oratio est. Porro a verbis iob in quibus ait: Pereat dies in qua natus sum ⁊ nox in qua dictum est. cõceptus est homo: vsqꝫ ad eum locum vbi ante finem voluminis scriptum est: Idcirco ipse me reprehendo ⁊ ago pn̄iam in fauilla ⁊ cinere: hexametri versus sunt. dactylo spondeoqꝫ currentes. ⁊ propter lingue idioma crebro recipientes ⁊ alios pedes non earundem syllabaruꝫ sed eorundẽ temporum. Interduꝫ quoqꝫ rythmus ipse dulcis ⁊ tinnulus fertur numeris pedum solutis: quod metrici magis q̃ simplex lector intelligunt. A supradicto autem versu vsqꝫ ad finem libri. paruũ coma quod remanet: prosa oratione cõtexitur. Quod si cui videtur incredulũ metra scilicet eẽ apud hebreos. ⁊ in morem nostri flacci grecicqꝫ pindari et alcei ⁊ sapho. vel psalterium vel lamentationes hieremie. vel omnia ferme scripturarum cantica comprehendendi: legat philonem. iosephum. origenem cesariensem eusebium. ⁊ eorũ testimonio me verum dicere comprobabit. Audiant q̃ propter canes mei. idcirco me in hoc volumine laborasse: non vt interpretationez antiquam reprehẽderem. sed vt ea que in illa aut obscura sunt. aut omissa aut certe scriptorũ vitio deprauata. manifestiora nostra interpretatione fierẽt: ⁊ hebreum sermonem ex parte didicimus. ⁊ in latino pene ab ipsis cunabulis inter grãmaticos ⁊ rhetores ⁊ philosophos detriti sum⁹. Quod si apud grecos post septuaginta editionem: iã christi euangelio coruscante iudeus aquila et symmachus ac theodotion iudaiçantes heretici sunt recepti qui multa mysteria saluatoris subdola interpretatione celarunt. et tamen in hexaplis habentur apud ecclesias et explanantur ab ecclesiasticis viris: quãtomagis ego christianus et de parentibus christianis natus. et vexilluꝫ crucis in mea fronte portans. cuius studium fuit omissa repetere. deprauata corrigere. ⁊ sacramenta ecclesie puro et fideli aperire sermone: vel a fastidiosis vel a malignis lectoribus non debeo reprobari. Habeant qui volunt veteres libros vel in membranis purpureis auro argentoqꝫ descriptos. vel vncialibus (vt vulgo aiunt) litteris onera magis exarata q̃ codices dũmodo mihi meisqꝫ permittãt pauperes habere scedulas. ⁊ non tam pulcros codices q̃ emendatos. Utraqꝫ autez editio et septuagĩta iuxta grecos et mea iuxta hebreos. in latinum meo labore translata est. Eligat vnusquisqꝫ quod vult. et studiosum me magis quam maliuolũ probet. Explicit prologus in Job.

Item alius prologus in Job: secundum translationem lxx. non ista.

Si aut fiscellaz iunco texerem. aut palmarum folia complicarem vt in sudore vult⁹ mei comederē panē. ⁊ vētris opus sollicita mēte ꝑtractarē: nullus morderet: nemo reprehēderet? Nūc aūt qꝛ iuxta sn̄iam saluatoris volo oꝑari cibū qui nō perit. et antiquā diuinoꝝ voluminū viā sentib⁹ virgultisqꝫ purgare: error mihi gemin⁹ infigit̄: corrector vitiorū falsarius vocor ⁊ errores nō auferre. sꝫ serere. Tanta est enī vetustatis ꝯsuetudo vt etiā confessa plerisqꝫ vitia placeāt: dū magis pulcros habere volunt codices q̄ꝫ emendatos: Quapropter o frēs dilectissimi vnicuꝫ nobilitatis ⁊ hūilitat⁹ exēplar. ꝑ flabello calathis sportellisqꝫ munusculis monachoꝝ. spiritalia hec et mā̄sura dona suscipite: ac beatū iob qui adhuc apud latinos iacebat in stercore. ⁊ vermib⁹ scatebat erroꝝ: integruꝫ īmaculatūqꝫ gaudete. Qūo. n. post ꝓbationē atqꝫ victoriaꝫ duplicia sunt ei vniu̇sa reddita. ita ego ī lingua nr̄a vt audacter loq̄r. feci eū hr̄e q̄ amiserat. Igitur ⁊ vos ⁊ vnūquēqꝫ lectorē solita p̄fatione cōmoneo. ⁊ in prīcipijs libroꝝ eadē semꝑ annectēs rogo. vt vbicūqꝫ sꝑ p̄cedētes virgulas videritis. sciatis ea q̄ subiecta sunt in hebraic⁹ voluminib⁹ nō haberi. Porro vbi stelle imago p̄fulserit: ex hebreo in s̄mone nr̄o addita sunt. Necnō et illa q̄ haberi videbātur et ita corrupta erant vt sensuꝫ legentib⁹ tollerēt: orantib⁹ vob̄ magno labore correxi. magis vtile q̄d ex odio meo ecclesijs christi venturū ratus. q̄ꝫ ex aliorum negocio.

Incipit argumentū in libruꝫ Job.

In terra quidez habitasse iob vsitidi in finib⁹ idumee ⁊ arabie. ⁊ erat ei ante nomen iobab. Et accepit vxorem arabissam. ⁊ genuit filium quē vocauit ennon. Erat autem ipse filius quidem ꝯareth de esau filijs fili⁹: de matre vo bosra ita vt sit quint⁹ ab abraā. Et hi sunt reges qui regnauerunt in edom. in q̄ ⁊ ipse regnauit sed primus in ea regnaut balach filius beor. ⁊ nomē eiusdez ciuitat⁹ nachaba. Post hunc aūt balach. Post eum iobab qui vocat̄ iob. Post iob autem cusram: qui erat dux ex themanorū regione. Et post illū regnauit adar fili⁹ beath. qui excidit madian in cāpo moab ⁊ nomē ciuitatis eius chetheauith.

Explicit argumētū. Incipit liber Job. Capitulum. I

Vir erat in terra hus nomine iob. Et erat vir ille simplex ⁊ rect⁹ ac timēs deum. ⁊ recedēs a malo. Natiqꝫ sunt ei septez filij: ⁊ tres filie. Et fuit possessio eius septem milia ouiū. ⁊ tria milia cameloꝝ: quingēta q̄ꝫ iuga bouꝫ. ⁊ quingente asine: ac familia multa nimis. Eratqꝫ vir ille magnus īter omēs oriētales. Et ibant filij eius. ⁊ faciebant cōuiuia ꝑ domos: vnusquisqꝫ in die suo. Et mittētes vocabāt tres sorores suas vt comederēt ⁊ biberēt cum eis. Cunqꝫ in orbē transissent dies conuiuij. mittebat ad eos iob. ⁊ sanctificabat illos: cōsurgēsqꝫ diluculo offerebat holocausta per singulos. Dicebat enim Ne forte peccauerint filij mei. ⁊ benedixerint deo in cordib⁹ suis. Sic faciebat iob cūctis dieb⁹. Quadā autē die cū venissent filij dei vt assisterēt coram domino: affuit inter eos etiam sathan. Cui dixit dominus: Unde venis? Qui respōdens ait: Circūiui terram: ⁊ perambulaui eam. Dixitqꝫ dominus ad eum: Nūquid considerasti seruum meum iob q̄ non sit ei similis in terra: homo simplex ⁊ rectus ac timens deum ⁊ recedens a malo? Cui respondens sathan. ait: Nūquid frustra iob timet deum? Nōne tu vallasti euꝫ ac domum eius: vniuersaꝫqꝫ substantiam eius per circūitū? Operib⁹ manuuꝫ eius benedixisti ⁊ possessio

eius creuit in terra. Sed extende paululum manū tuam. ⁊ tange cuncta que possidet. nisi in faciem benedixerit tibi. Dixit ergo dñs ad sathan: Ecce vniuersa q̄ habet. in manu tua sunt: tm̄ in eum ne extendas manum tuā. Egressusq̄ est sathan a facie dñi. Cum aūt quadā die filij ⁊ filie eius comederent ⁊ biberēt vinū in domo fratris sui primogeniti: nūcius venit ad iob qui diceret: Boues arabant. ⁊ asine pascebant̄ iuxta eos. ⁊ irruerūt sabei. tulerūtq̄ oīa. ⁊ pueros percusserūt gladio: ⁊ euasi ego solus vt nūciarē tibi. Cūq̄ adhuc ille loq̄retur: venit alter. ⁊ dixit: Ignis dei cecidit e celo ⁊ tactas oues. puerosq̄ cōsumpsit. ⁊ effugi ego solus vt nūciarē tibi. Sz ⁊ adhuc illo loquēte: venit ali⁹. ⁊ dixit: Chaldei fecerūt tres turmas ⁊ inuaserunt camelos ⁊ tulerūt eos: necnon ⁊ pueros ꝑcusserūt gladio: ⁊ ego fugi solus vt nūciarē tibi. Adhuc loq̄bat̄ ille: ⁊ ecce alius intrauit. ⁊ dixit: Filijs tuis ⁊ filiabꝫ vescentibꝫ ⁊ bibentibꝫ vinū in domo fratrꝫ sui prīogeniti. repente ventus vehemēs irruit a regione deserti ⁊ cōcussit q̄ttuor angulos domus: q̄ corruēs oppressit liberos tuos. ⁊ mortui sunt: et effugi ego solus vt nūciarē tibi. Tunc surrexit iob ⁊ scidit vestimēta sua. ⁊ tonso capite corruens in terrā: adorauit. ⁊ dixit: Nudus egressus suz de vtero matris mee. ⁊ nudus reūtar illuc. Dñs dedit. dñs abstulit: sicut dño placuit. ita fcm̄ ē: sit nomē dñi bñdictū. In omībꝫ his nō peccauit iob labijs suis: neq̄ stultū q̄d ꝯ deū locutus est.

II

Factū est aūt cuz quadā die venissent filij dei. ⁊ starent corā dño venisset q̄z sathan inter eos. ⁊ staret in conspectu eius: vt diceret dñs ad sathan: Vnde venis? Qui rūdens. ait: Circūiui terrā: ⁊ ꝑambulaui eam. Et dixit dñs ad sathan: Nunq̄d considerasti seruū meū iob ꝙ non sit ei similis in terra vir simplex ⁊ rectus ac timens deum ⁊ recedēs a malo. ⁊ adhuc retinēs innocentiā? Tu autē cōmouisti me adūsus eū vt affligerem eū frustra. Cui respondens sathan ait: Pellez pro pelle. ⁊ cuncta que habet homo dabit ꝓ aīa sua. Alioquin mitte manū tuā. ⁊ tāge os ei⁹ ⁊ carnē. ⁊ tūc videbis ꝙ in faciē bñdicat tibi. Dixit g̊ dñs ad sathan: Ecce in manu tua est: verūtn̄ aīaz illius serua. Egressus igit̄ sathan a facie dñi. percussit iob vlcere pessimo: a planta pedis vsq̄ ad verticē eius. Qui testa saniē radebat: sedēs in sterquilinio. Dixit aūt illi vxor sua: Adhuc tu ꝑmanes in simplicitate tua? Bñdic d̄o ⁊ morere. Qui ait ad illam: Quasi vna de stultis mulieribus locuta es: Si bona suscepimus de manu dñi. mala q̄re nō sustineam⁹? In omībꝫ his nō peccauit iob labijs suis. Igit̄ audiētes tres amici iob oē maluz q̄d accidisset ei: venerunt singuli de loco suo: eliphaç themāites. ⁊ baldath suites ⁊ sophar naamathites. Cōdixerāt eī vt pariter veniētes visitarēt eū ⁊ ꝯsolarentur. Cūq̄ eleuassent ꝓcul oculos suos: nō cognouerūt eū. Et exlcamātes plorauerūt scissisq̄ vestibꝫ sparserūt puluerē sup caput suū in celū. Et sederūt cū eo ī terra septē diebꝫ ⁊ septē noctibꝫ ⁊ nemo loquebat̄ ei verbum. Videbant enim dolorem esse vehementem.

III

Post hec aperuit iob os suum: ⁊ maledixit diei suo. ⁊ locutus est Pereat dies in qua natus suz: ⁊ nox in qua dictū est: cōcept⁹ est homo. Dies illa vertatur in tenebras. Non requirat eum deus desup: ⁊ non illustret̄ lumine. Obscurent eum tenebre: ⁊ vmbra mortis. Occupet eum caligo: ⁊ inuoluat̄ amaritudine. Noctem illam tenebrosus turbo possideat. Non computetur in diebꝫ āni: nec nūeretur ī mensibus. Sit nox illa solitaria: nec laude digna. Maledicant ei qui maledicūt diei qui parati sunt suscitare leuiathā. Obtenebrentur stelle caligine eius. Expectet lucem ⁊ non videat: nec ortum surgentis aurore. Quia non cōclusit ostia ventrꝫ. qui portauit me: nec abstulit mala ab oculis meis: Quare non inuulua mortuus suz: egressus ex vtero nō statī

perij: Quare exceptus genubꝫ. cur lactatus vberibꝫ: Nūc enī dormiēs silerem ⁊ somno meo requiescerē cū regibꝫ ⁊ consulibꝫ terre. qui edificāt sibi solitudies: aut cū principibꝫ qui possidēt aurū: ⁊ replent domos suas argēto. Aut sicut abortiuū abscōditū non subsistierē: vel qui concepti nō viderēt lucē. Ibi impij cessauerūt a tumultu: ⁊ ibi requeuerūt fessi robore: ⁊ quōdam vincti pariter sine molestia. Nō audierūt vocem exactoris. Parvus ⁊ magnus ibi sunt: ⁊ seruus liber a dño. Quare misero data est lex: ⁊ vita his q̄ in amaritudīe anie sunt: Qui expectant morte ⁊ nō venit. q̄si effodientes thesaurū: gaudētq; vehemēter cū inuenerint sepulcrū. Viro cui⁹ abscōdita ē via ⁊ circūdedit eū dē⁹ tenebris. Anteq; comedam suspiro. ⁊ q̄si inundantes aque sic rugitus meus: qz timor quē timebā euenit mihi. ⁊ qō verebar accidit. Nonne dissimulaui? Nōne silui? Nōne quieui? Et venit sup me indignatio. IIII

Respondēs aūt eliphaz themanites dixit: Si ceperimus loq̄ tibi: forsitā molestē accipies. Os conceptū sermonē tenere q̄s poterit? Ecce docuisti multos ⁊ manus lassas roborasti. Claudicātes firmauerūt sermones tui: ⁊ genua tremētia roborasti. Nūc aūt venit sup te plaga. ⁊ defecisti: tetigit te ⁊ cōturbatus es. Vbi timor tu⁹. fortitudo tua. ⁊ patiētia tua. ⁊ perfectio viaꝝ tuarum? Recordare obsecro te. quis vnq̄ innocens periit: aut quando recti deleti sunt? Quinpotius vidi eos qui operant iniquitatē ⁊ seminant dolores. ⁊ metūt eos. flante deo perisse: ⁊ spū ire eius esse cōsumptos. Rugitus leōis ⁊ vox leene: ⁊ dentes catulorꝫ leonū contriti sunt. Tigris periit eo q̄ non hēret p̄dam: ⁊ catuli leonis dissipati sunt. Porro ad me dictū est verbū absconditū: ⁊ q̄si furtiue suscepit auris mea venas susurrij ei⁹. In horrore visiōis nocturne quando solet sopor occupare hoīes. pauor tenuit me ⁊ tremor: ⁊ omia ossa mea perterrita sunt Et cū spūs me p̄ter transiret: inhorruerūt pili carnis mee. Stetit quidam cuius non agnoscebam vultū. imago coram oculis meis. ⁊ vocē q̄si aure leuis audiui. Nūquid homo deo compatione iustificabit? aut factore suo purior erit vir Ecce q̄ seruis ei nō sunt stabiles ⁊ in angelis suis reperit prauitatē. Quanto magis hi q̄ habitant domos luteas q̄ terrenū habent fundamentū p̄sumentē velut a tinea: de mane vsq; ad vesperam succident ⁊ q̄ nullꝰ intelligit. in eternum peribūt Qui aūt reliq̄ fuerint auferent ex eis: morientur ⁊ non in sapientia. V

Voca q̄si ē qui tibi rñdeat. ⁊ ad aliquē sanctoꝝ quertere. Virū stultū interficit iracūdia. ⁊ puerū occidit īuidia. Ego vidi stultū firmā radice. ⁊ maledixi pulcritudini eius statim. Longe fient filij eius a salute. ⁊ cōterent⁹ in porta. ⁊ non erit qui eruat. Cuius messem famelicus comedet: ⁊ īpm rapiet armatus. ⁊ bibent sitientes diuitias eius. Nihil in terra sine causa fit. et de humo non egredietur dolor. Hō nascitur ad laborē ⁊ auis ad volatū. Quāobrem ego deprecabor dñm. ⁊ ad deū ponam eloquiū meum. Qui facit magna ⁊ inscrutabilia. ⁊ mirabilia absq; numero. Qui dat pluuiā sup faciem terre. ⁊ irrigat aquis vniuersa. Qui ponit humiles in sublime. ⁊ merētes erigit sospitate. Qui dissipat cogitationes malignorū: ne possint implere manꝰ eorꝝ q̄d cepterant. Qui apprehendit sapiētes in astutia'eorꝝ. ⁊ consiliū prauorꝝ dissipat. Per diem incurrent tenebras. ⁊ quasi in nocte sic palpabūt in meridie. Porro saluus faciet egenū a gladio oris eorꝝ. ⁊ de mānu violēti pauperē. Et erit egeno spes: iniquitas aūt obstrauit os suū. Beatus homo qui corripit a dño. Increpationē q̄ dñi ne reprobes. qz ipse vulnerat ⁊ medet⁹ percutit ⁊ manus eius sanabūt. In sex tribulationib liberabit te. ⁊ in septima nō tanget te malū. In fame eruet te de morte ⁊ in bello de manu gladij. A flagello linguе absconderis. ⁊ nō timebis calamitatem cuz venerit. In vastitate ⁊ fame ri-

debis ⁊ bestias terre nõ formidabis. Sz cũ lapidib⁹ regionũ pactũ tuuz: ⁊ bestie terre pacifice erũt tibi. Et scies q̃ pacez habeat tabernaculũ tuũ. ⁊ visitãs speciẽ tuã nõ peccabis. Et scies qm̃ multiplex erit sem̃ tuũ. ⁊ ꝓgenies tua quasi herba terre. Ingredieris in abũdantia sepulcrũ: sicut infert̃ aceru⁹ tritici in tp̃e suo. Ecce hoc vt inuestigauim⁹: ita est: quod auditum mente pertracta.

VI

Respondẽs aũt iob dixit: Vltinã appenderent̃ pctã mea quibus iram merui: ⁊ calamitas quam patior in statera: q̃si arena maris hec grauior appareret. Vnde ⁊ verba mea dolore sunt plena: qꝛ sagitte dñi in me sunt: quaꝝ indignatio ebibit spm̃ meũ. ⁊ terrores dñi militãt ꝯ me. Nũquid rugiet onager cũ habuerit herbaz: aut mugiet bos cũ ante p̃sepe plenũ steterit? Aut poterit comedi insulsum: qđ nõ est sale cõditũ? Aut põt aliquis gustare: qđ gustatũ affert mortem? Anime. n. esuriẽti etiã amara dulcia esse vident̃. Que pri⁹ nolebat tangere aĩa mea: nũc pre angustia cibi mei sunt. Quis det vt veniat petitio mea: ⁊ qđ expecto tribuat mihi de⁹ ⁊ qui cepit ipse me ꝯterat? Saluat manũ suã. ⁊ succidat me: ⁊ hec mihi sit consolatio vt affligẽs me dolore nõ parcat: nec ꝯtradicã s̃monib⁹ sancti. Que est. n fortitudo mea vt sustineam: aut quis finis meus vt patiẽter agã? Nec fortitudo lapiduz fortitudo mea: nec caro mea enea est. Ecce non est auxiliũ mihi ĩ me ⁊ necessarij q̃z mei recesserũt a me. Qui tollit ab amico suo mĩaz timorẽ dñi derelinquit. Fratres mei p̃terierũt me: sicut torrẽs qui raptim trãsit in cõuallibus. Qui timent pruinam: irruet sup̃ eos nix. Tempore quo fuerint dissipati peribũt. ⁊ vt incaluerint solueut̃ đ loco suo. Inuolute sunt semite gressuũ eoꝝ ambulabũt in vacuũ: ⁊ p̃ibunt. Considerate semitas themã: itinera sabba. et expectate paulisper. Confusi sunt. qꝛ speraui. Venerunt quoq̃ vsq̃ ad me. ⁊ pudore cooperti sunt. Nunc venistis: ⁊ mõ videntes plagam meam timetis? Nũquid dixi: afferte mihi ⁊ de substãtia vestra donate mihi: vel liberate me đ mãu hostis. ⁊ de manu robustorũ eruite me? Docete me. ⁊ ego tacebo. ⁊ si quid forte ignoraui. instruite me. Quare detraxistis s̃monib⁹ veritatis: cum e vobis nullus sit qui possit arguere me? Ad increpandũ tm̃ eloquia cõcinnatis. ⁊ in ventum verba ꝓfertis. Sup̃ pupillũ irruitis. ⁊ subuertere nitimini amicũ vestrũ Verũtamẽ qđ cepistis explete. Prebet e aurẽ. ⁊ videte an mentiar. Rñdete obsecro absq̃ contentiõe. ⁊ loquentes id qđ iustñ est iudicate. Et nõ inuenietis in ligua mea iniquitatem: nec in faucibus meis stulticia personabit.

VII

Militia est vita hominis sup̃ terram. ⁊ sicut dies mercẽnarij dies eius. Sicut ceruus đsiderat vmbram. ⁊ sicut mercennarius p̃stolatur finem op̃is sui: sic ⁊ ego habui menses vacuos. ⁊ noctes laboriosas enumeraui mihi. Si dormiero. dicam quãdo consurgam. ⁊ rursum expectabo vesperã ⁊ replebor doloribus vsq̃ ad tenebras. Induta est caro mea putredine ⁊ sordibus pulueris: cutis mea aruit ⁊ contracta est. Dies mei velocius transierunt quam a texente tela succiditur. et consumpti sunt absq̃ vlla spe. Memento quia vẽtus est vita mea. et non reuertetur oculus meus vt videat bona: nec aspiciet me visus hominis. Oculi tui in me. et non subsistam. Sicut consumitur nubes et pertransit. sic qui descendit ad inferos non ascendet: nec reuertetur vltra in domum suam: neq̃ cognoscet eũ amplius locus ei⁹. Quapropter et ego non parcaz ori meo: loquar in tribulatione spiritus mei: confabulabor cum amaritudine anime mee. Nũquid mare ego sum aut cetus: quia circundedisti me carcere? Si dixero consolabitur me lectul⁹ me⁹. ⁊ reuelabor loquens me cũ ĩ stratu meo: terreb̃ me p̃ somnia. ⁊ p̃ visiões horrore cõcuties. Quãobrẽ elegit suspendiũ aĩa mea. ⁊ mortẽ ossa mea

Desperaui. Nequaq̃ vltra iam viuam:
Parce mihi: nihil enim sunt dies mei.
Quid ē hō qr magnificas eū · aut quid
apponis erga eū cor tuū? Visitas eū di-
luculo · ⁊ subito ꝓbas illū. Vsq̃quo nō
ꝑcis mihi nec dimittis me vt glutiam
saliuā meaz? Peccaui. Quid faciam ti-
bi o custos hoīm? Quare posuisti me cō
trariū tibi: ⁊ fact⁹ suz mihimetipsi g̃uis
Cur nō tollis pctm̄ meū · ⁊ q̃re non au-
fers iniquitatē meā: Ecce nūc in pulue-
re dormiaz: ⁊ si mane me q̃sieris nō sub-
sistā.

Respondens aūt VIII
baldath suites · dixit: Vsq̃quo
loq̃ris talia · ⁊ spūs multiplex ꝯ-
monis oris tui? Nūquid deus supplan-
tat iudiciū: aut oīpotens subuertit qd̄
iustū est? Etiā si filij tui peccauerunt ei ·
⁊ dimisit eos in manu iniquitatis sue:
tu tamē si diluculo cōsurrexeris ad deū
⁊ oīpotentez fueris dep̄cat⁹ si mūdus et
rectus incesseris · statiz euigilabit ad te
⁊ pacatū reddet habitaculū iusticie tue
intantum vt si priora tua fuerint parua
⁊ nouissima tua multiplicentur nimis
Interroga enī generationē pristinā · et
diligenter inuestiga patrū memoriam:
hesterni quippe sumus ⁊ ignoram⁹ qm̄
sicut vmbra dies nostri sunt sup terraz
ipsi docebūt te. Loquent̄ tibi · ⁊ de corde
suo ꝓferent eloquia. Nūquid virere po
test scirpus absq̃ humore: aut crescere
charectū sine aq̃? Cuz adhuc sit in flore
nec carpat̄ māu ante oēs herbas arescit:
sic vie oīm qui obliuiscūtur deū · ⁊ spes
hypocrite peribit. Non ei placebit vecor
dia sua · ⁊ sicut tela araneaꝝ fiducia ei⁹:
Innitet̄ sup domū suā: ⁊ non stabit: ful
tiet eaz · et nō cōsurget. Humect⁹ videt̄
anteq̃ veniat sol · et in ortu suo germen
eius egredieť. Sup aceruū petrarū ra-
dices eius densabunt̄ · ⁊ inter lapides cō
morabit̄. Si absorbuerit eū d̄ loco suo
negabit eū · ⁊ dicet: Nō noui te. Hec est
enī leticia vie eius · vt rursuz de terra a-
lij germinent̄. De⁹ non ꝓijciet simplicē
nec porriget manuz malignis: donec im
pleat̄ risu os tuum · ⁊ labia tua iubilo.
Qui oderūt te induentur confusione ·
⁊ tabernaculū impioꝝ nō subsistet. IX

Et rn̄dens iob ait: Vere scio q̄
ita sit ⁊ q̄ nō iustificet̄ hō cōpo-
situs deo. Si voluerit cōtende
re cuz eo · non poterit rn̄dere ei vnū pro
mille. Sapiens corde est · ⁊ fortis robore
Quis restitit ei · ⁊ pacē habuit? Qui trā
stulit mōtes · ⁊ nescierūt hi quos subū-
tit in furore suo? Qui cōmouet terraz
de loco suo · ⁊ colūne eius cōcutiuntur?
Qui precipit soli ⁊ non oritur · ⁊ stellas
claudit q̃si sub signaculo: Qui extendit
celos solus ⁊ gradit̄ sup fluctus maris?
Qui facit arcturū ⁊ oriona ⁊ hyadas · ⁊
interiora austri? Qui facit magna ⁊ in-
cōprehēsibilia ⁊ mirabilia q̃ꝝ nō est nūe
rus? Si venerit ad me: nō videbo eū: si
abierit · nō intelligā. Si repente inter-
roget · q̃s rn̄debit ei? Vel q̃s dicere pōt ·
cur ita facis? Deus cui⁹ ire nemo resiste
re pōt · ⁊ sub q̃ curuant̄ qui portāt orbez.
Quant⁹ g̃ sum ego vt rn̄deam ei · ⁊ loq̃r
verbis meis cū eo? Qui etiā si habuero
quippiā iustū · nō rn̄debo: sz meū iudicez
dep̄cabor. Et cū inuocātē me exaudierit
non credo q̄ audierit vocem meaz. In
turbine enim cōteret me · ⁊ multiplica-
bit vulnera mea · etiam sine causa. Non
concedit requiescere spiritū meū ⁊ im-
plet me amaritudinibꝰ. Si fortitudo q̃
rit̄: robustissim⁹ est. Si equitas iudicij
nemo audet ꝓ me testimonium dicere
Si iustificare me voluero · os meū con
dēnabit me. Si innocētē oñdero: p̄uū
me cōprobabit. Etiā si simplex fuero · h̄
ipsum ignorabit aīa mea · ⁊ tedebit me
vite mee. Vnū est quod locut⁹ sum · et
innocentē ⁊ impiuz ipse consumit. Si
flagellat · occcidat semel · ⁊ nō de penis i
nocētiū rideat. Terra data ē in manus
impij: vultū iudiciū ei⁹ opit. Q si nō il
le ē: q̃s g̃ est? Dies mei velociores fuert̄
cursore: fugerūt · ⁊ nō videt̄ bonū. Per
transierūt quasi naues poma portantes
sic aq̃la volās ad escam. Cū dixero · neq̃-
q̃ ita loq̃r · cōmuto faciē meaz et dolore
torq̃or. Verebar oīa opa mea: sciens q̄

non ꝓceres ꝛelinquẽti. Si aũt ⁊ sic im/
pius sum: q̃re frustra laboraui? Si lot?
fuero q̃si aq̃s niuis ⁊ fulserit ꝛelut mũ/
dissime man?mee: tñ sordib? intinges
me ⁊ abominabũtur me ꝛestimẽta mea
Nec enĩ viro qui filius mei ẽ rñdeꝛe nec
qui mecuz in iudicio ex eq̃ possit audiri.
Nõ est qui vtrũq; ualeat arguere ⁊ po/
nere manũ suã ĩ amboꝝ. Auferat a me
virgã suã ⁊ pauoꝛ ei? nõ me terreat. Lo
quar ⁊ non timeꝛe eum. Nec enim pos/
sum metuens respondere. X

Tedet aĩaz meã ꝛite mee: dimit
tam adũsuz me eloquiũ meum
Loquar in amaritudine anime
mee: dicã deo. noli me ꝯdemnare. Indi
ca mihi: cur me ita iudices? Nũquid bo
nũ tibi videt si calumnieris me ⁊ oppri
mas me. opus manuũ tuaꝝ. ⁊ cõsiliũ im
pioꝝ adiuues? Nũquid oculi carnei tibi
sunt. aut sicut videt hõ et tu videbis?
Nũquid sicut dies hois dies tui. ⁊ anni
tui sicut hũana sunt tpa: vt q̃ras iniq̃ta
tẽ meã. ⁊ pctñ meũ scruteris? Et scias
q̃ nihil impiũ fecerim cũ sit nemo qui
de manu tua possit eruere. Man? tue fe
cerũt me. ⁊ plasmanerũt me totũ in cir
cũitu: ⁊ sic repẽte ꝯcipitas me: Memen
to q̃so q̃ sicut lutũ feceris me: ⁊ in pul/
uerẽ reduces me. Nõne sicut lac mulsi/
sti me. ⁊ sicut caseũ me coagulasti? Pel
le ⁊ carnib? vestisti me: ossib? ⁊ neruis cõ
pegisti me. Vitã ⁊ miam tribuisti mihi
⁊ visitatio tua custodiuit spm̃ meũ. Li/
cet hec celes in coꝛde tuo: tñ scio q̃ vni/
uersoꝝ memĩeris. Si peccaui ⁊ ad hoꝛã
ꝑpcisti mihi: Cur ab iniq̃tate mea mũ/
dũ me esse nõ paterisꝰ? Et si impi? fuero
ve mihi est. ⁊ si iustus non leuabo caput
saturat? afflictione ⁊ miseria. Et ꝓpter
supbiã q̃si leenã capies me: reuersusq;
mirabiliter me crucias. Instauras te/
stes tuos ꝰ me. ⁊ multiplicas irã tuam
adũsuz me ⁊ pene militãt in me. Quare
de vulua eduxisti me? Qui vtinã ꝯsum
ptus essem ne oculus me videret. Fu/
issem q̃si non eẽm de vtero trãslatus ad
tumulũ. Nunq̃d nõ paucitas diez̃ meoꝝ
rum finiet̃ breui? Dimitte q̃ me vt plã
gam paululũ doloꝛe meũ anteqũ vadã ⁊
nõ reuꝛtar ad terrã tenebꝛosaz. ⁊ optam
moꝛtis caligine: terrã miserie ⁊ tenebꝛaꝝ.
vbi vmbꝛa moꝛtis ⁊ nullus oꝛdo. sed sem
piternus hoꝛoꝛ inhabitans. XI

Respondens aũt sophar naama/
thites. dixit: Nunq̃d qui multa
loquit̃ nõ audiet: aut vir ꝛbos?
iustificabit? Tibi soli tacebũt hoies. ⁊ cũ
ceteros irriseris a nullo ꝯfutaberis? Di/
xisti enĩ. Pura? est ꝛmo me?. ⁊ mũdus sum
in ꝓspectu tuo. Atq; vtinã de? loq̃ret̃ te/
cũ. ⁊ aperiret labia sua tibi: vt oñderet ti/
bi secreta sapie. ⁊ q̃ multiplex eẽt lex ei?
⁊ intelligeres q̃ mlto minoꝛa exigat̃ ab
eo q̃ meret̃ iniq̃tas tua. Forsitan ves/
tigia dei cõprehẽdes ⁊ vsq; ad pfectũ om
nipotentẽ reperies: Excelsioꝛ celo ẽ. Et
q̃d facies? Profundioꝛ inferno. ⁊ vñ co
gnosces? Lõgioꝛ terra mensura eius. et
latioꝛ mari. Si subuterit oĩa ul ĩ vnuz
coartauerit: quis ꝯdicet ei? vl q̃s dicere
ei põt. cur ita facis? Ipe enĩ nouit hoĩm
vanitatẽ. ⁊ vidẽs iniquitatẽ nonne con
siderat? Vir vanus in supbiã erigit̃. et
tanq̃ pullum onagri se liberũ natuz pu
tat. Tu aũt firmasti coꝛ tuũ. ⁊ expãdisti
ad eũ manus tuas. Si iniq̃tatẽ q̃ est in
manu tua abstuleris a te. ⁊ non mansꝛe/
rit in tabernaculo tuo iniusticia: tunc le
uare poteris faciẽ tuã absq; macula. et
eris stabilis. ⁊ nõ timeb. Miserie q̃z ob/
liuisceris. ⁊ quasi aq̃ꝝ q̃ preterierũt non
recoꝛdaberis. ⁊ q̃si meridianus fulgoꝛ cõ/
surget tibi ad vesperam. Et cuz te ꝯsum
ptũ putaueꝛis oꝛieris vt lucifer. ⁊ habeb
fiduciã ꝓposita tibi spe ⁊ defossus secur?
dormies. Requiescꝛes. ⁊ ñ erit q̃ te exꝛreat.
Et deprecabunt̃ faciẽ tuã plurimi. Oculi
autem impioꝝ deficient. ⁊ effugium
peribit ab eis et spes illoꝝ abominaꝛ/
tio anime. XII

Respondens autem iob dixit:
Ergo vos estis soli homines. et
vobiscuz moꝛietur sapientia? Et mihi
est coꝛ sicut et vobis: nec inferioꝛ vestri
sum. Quis enĩ hec que nostis ignoꝛat?

Qui deridetur ab amico suo sicut ego:
inuocabit deū. ⁊ exaudiet eū. Deridet̄
enī iusti simplicitas: lāpas ꝯtenta apud
cogitationes diuitū: parata ad tempus
statutū. Abundāt tabernacula predonū
⁊ audacter prouocant deū: cū ipse dede-
rit omnia in man⁹ eorū. Nimirū inter-
roga iumēta. ⁊ docebūt te. ⁊ volatilia ce-
li. ⁊ indicabūt tibi. Loq̄re terre ⁊ respō-
debit tibi. ⁊ narrabūt pisces mar⁹. Quis
ignorat ꝙ oīa hec man⁹ dñi fecerit? In
cuius manu aīa omīs viuentis. ⁊ spūs
vniuerse carnis hoīs? Nōne auris ꝟba
diiudicat ⁊ fauces comedētis. saporem?
In antiq̄s est sapīa. ⁊ in multo tp̄e pru-
dentia. Apud ip̄m est sapiētia ⁊ fortitu-
do. ⁊ ipse habet consiliū ⁊ intelligentiaz.
Si destruxerit. nemo est qui edificet. si
incluserit hoīem nullus est qui aperiat
Si ꝯtinuerit aq̄s: oīa siccabūtur. si emi
serit eas: subuertēt terrā. Apud ip̄m est
fortitudo ⁊ sapīa. Ipse nouit ⁊ decipiē-
tem. ⁊ eū qui decipitur. Adducit ꝯsilia-
rios in stultū finē ⁊ iudices in stuporez.
Balthеum regū dissoluit. ⁊ p̄cingit fu-
ne renes eoꝝ. Ducit sacerdotes inglori
os. ⁊ optimates supplantat. Cōmutās
labiū veraciū ⁊ doctrinā senū auferens.
Effundit despectionē sup̄ prīcipes. ⁊ eos
qui oppressi fuerant releuās. Qui reue-
lat ꝓfunda de tenebris ⁊ ꝓducit in lucē
vmbrā mortis. Qui mltiplicat gētes ⁊
p̄dit eas. ⁊ subuersas in integrū restitu
it. Qui īmutat cor principū populi ter-
re. ⁊ decipit eos vt frustra incedant per
inuium. Palpabunt quasi in tenebris
⁊ nō ī luce. ⁊ errare eos faciet q̄si ebrios

XIII

Ecce oīa hec vidit ocu
lus meus. ⁊ audiuit auris mea.
⁊ intellexi singula. Scd̄m sciaz
vr̄az. ⁊ ego noui: nec inferior vr̄i suz. Sz
tamē ad oīpotentē loq̄r. ⁊ disputare cuz
deo cupio: prius vos oñdens fabricato-
res mēdacij. ⁊ cultores p̄uersoꝝ dogma
tū. Atq̄z vtinā taceretis: vt putaremini
esse sapiētes. Audite g̃ correctiones me
as. ⁊ iudiciū labioꝝ meoꝝ attēdite. Nū-
quid deus indiget vestro mendacio. vt
pro illo loquamini dolos? Nūquid faci-
em eius accipitis. ⁊ ꝓ deo iudicare nite-
mini? Aut placebit ei quem celare nihil
potest aut decipiet̄ vt hō vr̄is fraudulē-
tijs? Ipse vos arguet: qm̄ in abscōdito
faciē eius accipitis. Statim vt se cōmo
uerit. turbabit vos. et terror eius irruet
sup̄ vos. Memoria vr̄a cōparabit̄ cine-
ri. et redigent̄ in lutū ceruices vr̄e. Ta-
cete paulisp̄. vt loq̄r q̄dcūq̄z mihi mēs
suggesserit. Quare lacero carnes meas
dentib⁹ meis ⁊ aīam meā porto in mani
bus meis? Etiaz si occiderit me in ipso
sperabo. Clerūtamē vias meas in ꝯspe-
ctu eius arguaz. et ipse erit saluator me
us. Nō enī veniet in ꝯspectu eius omīs
hypocrita. Audite sermonē meū. et eni-
gmata p̄cipite auribꝫ vestris. Si fuero
iudicatus: scio ꝙ iust⁹ inueniar. Quis
est q̄ iudicet̄ mecū? Cleniat. Quare ta-
cēs cōsumor? Duo tm̄ ne facias mihi ⁊
tūc a facie tua nō abscōdar. Manū tuaz
lōge fac a me: ⁊ formido tua non me ter
reat. Cloca me ⁊ ego rñdebo tibi: aut cer
te loq̄r. ⁊ tu rñde mihi. Quātas habeo i
iquitates et peccata. scelera mea et deli-
cta mea oñde mihi. Cur faciē tuā abscō
dis. et arbitraris me īimicū tuū? Con-
tra foliū q̄d vento rapitur oñdis poten-
tiā tuā. et stipulā siccam p̄seq̄ris. Scri-
bis enī ꝯtra me amaritudines. et cousu
mere me vis peccatis adolescētie mee.
Posuisti in neruo pedez meū. et obser-
uasti omēs semitas meas. ⁊ vestigia pe-
duz meoꝝ cōsiderasti. Qui quasi putre
do cōsumendus sum. ⁊ quasi vestimen-
tū q̄d comeditur a tinea.

XIIII

Homo natus de muliere breui
viuēs tp̄e replet̄ mltis miserijs
Qui q̄si flos egredit̄ et cōterit̄.
⁊ fugit velut vmbra. ⁊ nūq̄z ī eodē statu
p̄māet. Et dignū duc⁹ sup̄ huiuscemōi
ap̄ire oclos tuos. ⁊ adducere eū tecū ī iu
diciū? Quis pōt facere mūdū d̄ īmūdo
cōceptū semīe? Nōne tu q̄ sol⁹ es? Bre-
ues dies hoīs sunt: nūer⁹ mēsiū ei⁹ ap̄d
te ē. Cōstituisti termīos ei⁹ q̄ p̄teriri nō
poterit. Recede paululū ab eo vt q̄escat

donec optata veniāt. ⁊ sicut mercēnarij dies eius. Lignū habet spez. Si p̄cisuz fuerit. rursum virescit. ⁊ rami eius pullulant. Si senuerit in terra radix eius. ⁊ in puluere emortuꝰ fuerit truncus illius ad odorē aque germinabit. ⁊ faciet comaz quasi cū primū plantatū est. Hō vo cū mortuus fuerit. ⁊ nudatus atqz consumptus vbi queso est? Quō si recedant aque de mari. et fluuius vacuefactus arescat. sic hō cū dormierit non resurget. Donec atterat celū nō euigilabit: nec consurget de somno suo. Quis mihi hoc tribuat vt in inferno ꝓtegas me. ⁊ abscondas me donec ꝑtāseat furor tuꝰ. ⁊ ꝯstituas mihi tp̄s in q̄ recorderis mei? Putas ne mortuus hō rursuz viuet? Cūctis diebꝫ q̄bꝫ nūc milito: expecto donec veniat īmutatio mea. Vocabis me. ⁊ ego rn̄debo tibi. Operi manuum tuaꝝ porriges dexterā. Tu quidem gressus meos dinumerasti sz ꝑce peccatis meis. Signasti q̄si in sacculo d̄licta mea: sz curasti iniq̄tatē meaz. Mons cadens defluit. ⁊ saxū trāsfert̄ de loco suo. Lapides excauāt aq̄. ⁊ alluuione paulatim terra ꝯsumit̄. ⁊ hoīes g̊ similit̄ ꝑdes Roborasti eū paululū: vt ī ꝑpetuū trāsiret. Immutabis faciē eiꝰ ⁊ emittes eū. Siue nobiles fuerīt filij eiꝰ siue ignobiles: non intelliget. Attn̄ caro eius dū viuet dolebit. ⁊ aīa illius sup̄ semetipso

Respondēs aūt XV (lugebit
r eliphaç themanites: dixit. Nunquid sapiens rn̄debit q̄si in ventū loq̄ns. ⁊ implebit ardore stomachuz suū? Arguis v̄bis eū qui nō est eq̄lis tibi. ⁊ loq̄ris qd̄ tibi nō expedit. Quantū in te est euacuasti timorez. ⁊ tulisti p̄ces coram deo. Docuit enī iniq̄tas tua os tuū. ⁊ imitaris linguā blasphemantiuz Condēnabit te os tuū. ⁊ nō ego: ⁊ labia tua rn̄debūt tibi. Nūquid p̄mus hō tu natus es. ⁊ añ oēs colles formatꝰ? Nūquid cōsiliū dei audisti. ⁊ inferior te erit eius sapia? Quid nosti qd̄ ignoremꝰ? quid intelligis qd̄ nesciamus? Et senes et antiq̄ sunt in nob̄ multo vetustiores q̄z p̄res tui. Nūquid grande est vt ꝯsoletur te deus? Sed v̄ba tua p̄ua hoc ꝓhibent: Quid te eleuat cor tuū. ⁊ q̄si mag̊ cogitās attonitos habes oculos? Quid tumet ꝯ deū sp̄us tuus. vt proferas de ore tuo huiuscemodi sermōes? Quid est homo vt immaculatꝰ sit. ⁊ vt iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos eius nemo īmutabilis: ⁊ celi nō sunt mūdi in ꝯspectu eius? q̄ntomagis abominabilis ⁊ inutilis homo q̄ bibit q̄si aquā. iniq̄tatez: Oñdam tibi audi me qd̄ vidi narrabo tibi. Sapientes ꝯfitētur: ⁊ nō abscōdūt patres suos. Quibꝫ solis data est terra. ⁊ nō transibit alienꝰ per eos. Cūctis diebꝫ suis impius sup̄bit. ⁊ nūerus annoꝝ incertꝰ ē tyrānidis eius. Sonitus terroris sp̄ in auribꝫ illius: ⁊ cū pax sit. ille sp̄ infidias suspicat̄. Non credit q̄ reuerti possit de tenebris ad lucē: circūspectās vndiqz gladiū. Cū se mouerit ad q̄rendū panē: nouit q̄ paratus sit in māu eiꝰ renebraꝝ dies. Terrebit eū tribulatio. et angustia vallabit eū sicut regē qui p̄p̄at̄ ad p̄liū. Tetēdit enī aduersus deū manū suā. ⁊ ꝯ oīpotentē roboratꝰ est. Cucurrit adūsus euz erecto collo. ⁊ pingui ceruice armatus ē Operuit faciē eius crassitudo. ⁊ de lateribꝫ eius aruina depēdet. Habitauit in ciuitatibꝫ desolatis. ⁊ in domibꝫ desertis que ī cumulos sunt redacte. Non ditabitur nec p̄seuerabit substātia eius: nec mittet in terram radicem suam. Nō recedet de tenebris. Ramos eius arefaciet flamma ⁊ auferetur spiritu oris eius Non rercedet frustra errore deceptꝰ: q̄ aliq̄ precio redimēdus sit. Anteq̄z dies eius impleant̄ peribit ⁊ manus eius arescent. Ledetur quasi vinea in primo flore botrus eius. ⁊ quasi oliua proijciens florē suū. Cōgregatō enī hypocrite sterilis. ⁊ ignis d̄uorabit tab̄nacula eoꝝ qui mūera libēter accipiūt. Cōcepit dolorē: ⁊ peperit iniquitatem. ⁊ vterus eiꝰ preparat dolos. XVI

Respōdēs aūt iob. dixit: Audiui frequenter talia. Consolatores

onerosi omnes vos estis. Nūquid habe
bunt finez verba vētosa? Aut aliquid ti/
bi molestū est si loquaris? Poteram et
ego similia vestri loqui. Atqꝫ vtinā esset
anīa vr̄a ꝓ anīa mea. Consolarer ⁊ ego
vos sermonib⁹ ⁊ mouerem caput meū
sup̄ vos. Roborarem vos ore meo ⁊ mo
uerem labia mea quasi parcens vobis.
Sed quid agā? Si locutus fuero non
quiescit dolor meus ⁊ si tacuero non re/
cedet a me. Nunc aūt opp̄ssit me dolor
meus ⁊ in nihilū redacti sunt oēs art⁹
mei. Ruge mee testimoniū dicunt con
tra me ⁊ suscitat̄ falsiloquus adūsus fa
ciē meā ꝯtradicēs mihi. Collegit furo/
rē suū in me ⁊ cōminās mihi infremu
it ꝯtra me dentib⁹ suis. Hostis me⁹ ter
ribilib⁹ oculis me intuitus est. Aperue/
rūt sup̄ me ora sua ⁊ exprobrātes p̄cusse
rūt maxillā meā: satiati sunt penis meis
Cōclusit me deus apud iniquū ⁊ mani
bus īpioꝝ me tradidit. Ego ille quon/
dā opulēt⁹ repēte ꝯtritus suꝫ: tenuit cer
uicē meā. Cōfregit me ⁊ posuit me sibi
q̄si in signū. Circūdedit me lāceis suis:
cōuulnerauit lūbos meos. Nō pep̄cit ⁊
effudit in terra viscera mea. Conscidit
me vulnere sup̄ vuln⁹: irruit ī me qua/
si gigas. Saccū consui sup̄ cutē meā et
operui cinere carnē meā. Facies mea in
tumuit a fletu ⁊ palpebre mee caligaue
runt. Hec passus sum absqꝫ iniquitate
manus mee cū haberē mūdas ad deuꝫ
p̄ces. Terra ne op̄ias sanguinē meū: ne
qꝫ inueniat in te locū latēdi clamor me/
us. Ecce enī in celo testis me⁹ ⁊ consci/
us me⁹ in excelsis. Verbosi amici mei:
ad deuꝫ stillat oculus meus. Atqꝫ vtinā
sic iudicaretur vir cū deo: quomō iudi/
catur filius hoīs cum collega suo. Ecce
enī breues anni transeunt ⁊ semitam p̄
quaꝫ non reuertar ambulo. XVII

Spiritus meus attenuabit̄: di/
es mei breuiabūtur ⁊ solū mi/
hi sup̄est sepulcrū. Nō peccaui
⁊ in amaritudinib⁹ morat̄ oculus me⁹.
Libera me ⁊ pone me iuxta te ⁊ cui⁹ vis
manus pugnet cōtra me. Cor eoꝝ lon/
ge fecisti a disciplina ꝓpterea non exalta
buntur. Predā pollicet̄ socijs ⁊ oculi fi
lioꝝ eius deficiēt. Posuit me q̄si in pro
uerbiū vulgi ⁊ exemplū suꝫ corā eis. Ca
ligauit ad indignationē oculus meus
⁊ membra mea quasi in nihiluꝫ redacta
sunt. Stupebant iusti sup̄ hoc ⁊ inno/
cens cōtra hypocritam suscitabitur. Et
tenebit iustus viam suā ⁊ mundis ma
nibus addet fortitudinem. Igitur oēs
vos conuertimini ⁊ venite ⁊ non inue/
niā in vobis vllū sapientem. Dies mei
trāsiert̄: cogitatiōes mee dissipate sunt
torquētes cor meū. Noctē vertert̄ ī diez
⁊ rursuꝫ post tenebras spero lucē. Si su
stinuero infern⁹ dom⁹ mea ē ⁊ ī tenebris
straui lectulū meū. Putredini dixi pat̄
meus es: mater mea ⁊ soror mea vermi
bus. Vbi est ḡ nūc p̄stolatio mea ⁊ pati
entiā meā quis ꝯsiderat? In ꝓfundissi/
mū infernū descēdent oīa mea. Putas
ne saltē ibi erit requies mihi? XVIII

Respondens aūt baldach suites
dixit: Vsqꝫ ad quē finē verba ia/
ctabis? Intellige prius ⁊ sic lo/
quam̄. Quare reputati sum⁹ vt iumē/
ta ⁊ sorduim⁹ corā te? Quid p̄dis aīam
tuā in furore tuo? Nūquid ꝓpter te dre
linquet̄ terra ⁊ transferent̄ rupes de lo/
co suo? Nonne lux impij extinguet̄: nec
splendebit flamma ignis eius? Lux ob
tenebrescet ī tabnaculo illi⁹ ⁊ lucerna q̄
sup̄ eū ē: extinguet̄. Artabūt̄ gressus vir
tut̄ ei⁹ ⁊ p̄cipitabit eū ꝯsiliuꝫ suū. Im/
misit enī in rete pedes suos ⁊ in macul
ei⁹ ābulat. Tenebit̄ plāta illi⁹ laq̄o ⁊ ex/
ardescet ꝯ eū sitis. Abscōdita ē in t̄ra pe
dica ei⁹ ⁊ decipula illi⁹ sup̄ semitā. Un/
diqꝫ terrebūt eū formidīes ⁊ inuoluēt
pedes ei⁹. Attenuet̄ fame robur ei⁹ ⁊ in
edia inuadat costas illi⁹. Deuoret pul/
critudinē cut̄ ei⁹ ⁊ ꝯsumat brachia illi⁹
prīogenita mors. Auellat̄ de tabernacu/
lo suo fiducia eius ⁊ calcet super eum q̄
si rex interitus. Habitent in tabernacu
lo illius socij ei⁹ qui nō est: asp̄gat̄ in ta
bernaclo ei⁹ sulphur. Deorsum radices
mea ad deū fontē viuū: qñ veniā ⁊ appa-
rebo ante faciē dei? Fuerūt mihi lachry-
me mee panes die ac nocte: dū dicit mi
hi quotidie vbi est de⁹ tuus. Hec recor-
datus sum ⁊ effudi in me aīam meā: q̄-
niā transibo in locū tabernaculi āmira-
bilis vsqz ad domū dei. In voce exultati
onis ⁊ ꝯfessionis: sonus epulātis Qua
re tristis es aīa mea: ⁊ quare cōturbas
me. Spera in deo qm̄ adhuc ꝯfitebor il-
li: salutare vultus mei ⁊ de⁹ me⁹. Ad me
ipm aīa mea ꝯturbata est: ꝓpterea mēor
ero tui de terra iordanis ⁊ hermonym a
monte modico. Abyssus abyssum inuo
cat: in voce cataractarū tuarū. Oīa excel-
sa tua ⁊ fluctus tui: sup me transierunt
In die mandauit dñs misericordiaz su
am: ⁊ nocte canticū ei⁹. Apud me oratio
deo vite mee: dicam deo susceptor me⁹
es. Quare oblit⁹ es mei: ⁊ q̄re contrista
tus in cedo dū affligit me inimic⁹? Dū
cōfringunt ossa mea: exprobrauerūt mi
hi qui tribulāt me inimici mei. Dū di-
cunt mihi p singulos dies vbi est deus
tuus: quare tristis es anīa mea ⁊ quare
ꝯturbas me. Spera ī deo qm̄ adhuc cō
fitebor illi: salutare vult⁹ mei ⁊ de⁹ me⁹.

In finem psalmus dauid. XLII

Iudica me deus ⁊ discerne cau-
saz meā de gente non sancta: ab
homīe iniquo ⁊ doloso erue me
Quia tu es deus fortitudo mea: quare
me repulisti et quare tristis incedo duz
affligit me inimicus? Emitte lucez tuā
⁊ veritatem tuā: ipa me deduxerūt et ad
duxerunt in montē sanctuz tuū ⁊ in ta-
bernacula tua. Et introibo ad altare dei
ad deū qui letificat iuuentutez meā. Cō
fitebor tibi in cithara deus de⁹ meus: q̄-
re tristis es anīa mea ⁊ quare cōturbas
me? Spera in deo quoniā adhuc confi-
tebor illi: salutare vultus mei ⁊ de⁹ me⁹

In finem pro filijs chore intellectus
psalmus dauid. XLIII

Deus auribꝫ nostris audiuimus
patres nostri annūciauerūt no
bis: Opus qd̄ opatus es ī die-
bus eoruz: ⁊ in diebꝫ antiquis. Manus
tua gentes disperdidit ⁊ plantasti eos:
afflixisti populos ⁊ expulisti eos. Nec. n.
in gladio suo possederūt terrā: ⁊ brachi-
um eorū nō saluauit eos. Sed dextera
tua ⁊ brachiū tuū ⁊ illuminatio vultus
tui: quoniā cōplacuisti in eis. Tu es ipe
rex meus ⁊ deus meus: qui mandas sa-
lutes iacob. In te inimicos nr̄os venti
labimus cornu et in noīe tuo spernem⁹
insurgentes in nobis Nō enim in arcu
meo sperabo: ⁊ gladius meus non salua
bit me. Saluasti enī nos de affligenti-
bus nos ⁊ odientes nos confudisti. In
deo laudabimur tota die: et in noīe tuo
confitebimur in seculū. Nunc autez re-
pulisti ⁊ cōfudisti nos. ⁊ nō egredieris ī
virtutibꝫ nostris. Auertisti nos retror-
sum post inimicos nr̄os. ⁊ qui oderunt
nos diripiebant sibi. Dedisti nos tanq̄z
oues escarū: ⁊ in gentibꝫ dispersisti nos
Vendidisti populū tuū sine precio. ⁊ nō
fuit multitudo in cōmutationibꝫ eorū

Posuisti nos opprobrium vicinis nris
subsannationē ⁊ derisuz his qui sunt in
circūitu nro. Posuisti nos in similitu/
dinē gentib⁹: cōmotionē capitis i pplis
Tota die verecundia mea ptra me est: ⁊
cōfusio faciei mee cooperuit me. A voce
exprobrantis ⁊ obloquētis a facie inimi
ci ⁊ psequētis. Hec oia venerūt sup nos
nec obliti sum⁹ te: et inique nō egimus
in testamēto tuo. Et non recessit retro
cor nostrū: et declinasti semitas nostras
a via tua. Qm̄ humiliasti nos i loco af/
flictionis: ⁊ cooperuit nos umbra mor/
tis. Si obliti sumus nomē dei nri: et si
expandimus man⁹ nras ad deū alienuz:
Nōne deus requiret ista: ipe enī nouit ab
scondita cordis. Quoniā ppter te mor/
tificamur tota die: estimati sum⁹ sicut
oues occisionis. Exurge quare obdor/
mis dñe: exurge ⁊ ne repellas in finem.
Quare faciē tuā auertis: obliuiscēris i
opie nre ⁊ tribulatiōis nostre: Qm̄ hu
miliata est in puluere aīa nostra: cōglu/
tinatus ē in terra venter nr̄. Exurge do
mīe adiuua nos: ⁊ redime nos ppter no
men tuū. In finē pro his qui cōmu/
tabunt filijs chore ad intellectum canti
cum pro dilecto. XLIIII

Eructauit cor meū verbū bonuz
dico ego opa mea regi. Lingua
mea calam⁹ scribe: velociter scri
bentis. Speciosus forma p filijs hoim:
diffusa est gratia in labijs tuis: propterea
benedixit te deus in eternum Accingere
gladio tuo: sup femur tuū potentissime
Specie tua et pulcritudine tua: intēde
prospere procede ⁊ regna. Propter verita
tem ⁊ mānsuetudinē ⁊ iusticiā: ⁊ deducet
te mirabiliter dextera tua. Sagitte tue
acute: pplī sub te cadent in corda inimi/
corū regis. Sedes tua de⁹ in seculuz se
culi: virga directionis virga regni tui.
Dilexisti iusticiā ⁊ odisti iniquitatē: pro
pterea unxit te deus de⁹ tuus oleo leti/
cie pre cōsortib⁹ tuis. Myrrha ⁊ gutta ⁊
casia a vestimētis tuis a domib⁹ eburne
is ex quib⁹ delectauerūt te filie reguz in
honore tuo. Astitit regina a dextris tuis
in vestitu deaurato: circūdata varietate
Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurē tuam: et
obliuiscere pplm tuū ⁊ domū patris tui
Et cōcupiscet rex decorē tuū: qm̄ ipse est
dñs deus tuus ⁊ adorabūt eum. Et filie
tyri in muneribus: vultū tuū deprecabunt
omnes diuites plebis. Omnis gla ei⁹ filie
regis ab int⁹: in fimbrijs aureis circūa/
micta varietatib⁹. Adducētur regi vir/
gines post eam: proxime eius afferent ti/
bi. Afferent in leticia ⁊ exultatiōe: addu
cētur in templū regis. Pro patrib⁹ tu/
is nati sunt tibi filij: cōstitues eos prin
cipes sup omēm terrā. Memores erūt no
minis tui dñe: in omni generatiōe et ge/
neratione. Propterea pplī cōfitebūtur
tibi in eternū: ⁊ in seculuz seculi. In
finē filijs chore p arcanis. XLV

Deus nr̄ refugiū ⁊ virtus adiu/
tor in tribulatiōib⁹ q̄ inuenerūt
nos nimis. Propterea non ti/
mebimus dū turbabit terra ⁊ trāsferē/
tur mōtes in cor maris. Sonuerunt ⁊
turbate sunt aque eor: turbati sūt mon
tes in fortitudine ei⁹. Fluminis impe/
letificat ciuitatē dei: sctificauit tabernacu
lū suuz altissimus. Deus in medio eius
nō cōmouebit: adiuuabit eā deus mane
diluculo. Cōturbate sunt gētes ⁊ incli/
nata sunt regna: dedit vocē suaz mota ē
terra. Dñs virtutū nobiscuz: suscepto/
nr̄ deus iacob. Clenite ⁊ videte opa dñi
que posuit prodigia sup terrā: auferens
bella vsq̄ ad finē terre. Arcum cōteret ⁊
cōfringet arma: ⁊ scuta comburet igni.
Clacate ⁊ videte qm̄ ego sum de⁹: exalta
bor i gentib⁹ ⁊ exaltabor in tra. Dñs vir
tutū nobiscū: suscepto/ nr̄ deus iacob.
In finē p filijs chore. psalmus dauid
XLVI

Omnes gētes plau/
dite manib⁹: iubilate deo i voce
exultatiōis. Quoniā dñs excel
sus terribilis: rex magn⁹ sup omnē ter
ram. Subiecit pplos nobis: et gentes
sub pedib⁹ nris. Elegit nobis hereditā/
tē suā: speciē iacob quā dilexit. Ascendit
deus in iubilo: ⁊ dominus in voce tube.
Psallite deo nostro psallite: psallite re/

Psalterium

gi nō psallite. Qm̃ rex oīs terre deus: psallite sapiēter. Regnabit dn̄s sup gentes. deus sedet super sedem scām suam. Principes pplox congregati sunt cuz deo abraam: qm̃ dij fortes terre vehementer eleuati sunt. ℣ Psalmus cantici filijs chore secūda sabbati. XLVII

Magnus dn̄s z laudabil' nimis ī ciuitate dei nostri: in monte scō eius. Fundat exultatiōe vniu/se terre: mons sion latera aquilonis ciuitas regis magni. Deus in domibus eius cognoscet: cū suscipiet eam. Quoniam ecce reges terre congregati sunt: cōuenerūt in vnū. Ipi vidētes sic admirati sunt: conturbati sunt. cōmoti sunt tremor apprehēdit eos. Ibi dolores vt pturiētis: in spiritu vehemēti conteres naues tharsis. Sicut audiuim9 sic vidimus in ciuitate dn̄i virtutū in ciuitate dei nr̄i: deus fundauit eam in eternuz. Suscepim9 dn̄e misericordiā tuā: in medio templi tui. Scōm nomē tuū deus sic z laus tua in fines terre: iusticia plena est dextera tua. Letetur mons sion z exultent filie iude: pter iudicia tua domine. Circūdate sion z cōplectimini eā narrate in turribz eius. Ponite corda vra in virtute eius: z distribuite domos eius vt enarretz in pgenie altera. Qm̃ hic est deus dn̄s nr̄ in eternū z in seculuz seculi: ipe reget nos ī secula. In finē p filijs chore. psalm9 dauid. XLVIII

Audite hec oēs gētes: auribz percipite oēs q̄ habitatz orbez. Quiqz terrigene z filij hoīm simul ī vnū diues z pauper. Os meū loquet sapientiā: z meditatio cordis mei prudentiam. Inclinabo in parabolam aurē meam: aperiā in psalterio propositionē meaz Cur timebo in die mala: iniquitas calcanei mei circūdabit me. Qui confidunt in virtute sua: z in multitudine diuitiarū suarū gloriant. Frater nō redimit redimet homo: nō dabit deo placationē suaz Et precium redemptionis aie sue: z laborabit in eternū z viuet adhuc in finez Non videbit interitū cum viderit sapientes morientes: simul insipiens z stultus peribūt. Et relinquēt alienis diuitias suas: z sepulcra eor domus illor in eternū. Tabernacula eor in pgenie z pgenie: vocauerūt nomina sua in terris suis Et homo cū in honore esset non intellexit: cōparatus est iumentis insipientibz: et similis factus est illis. Hec via illor scā dalum ipsis: z postea in ore suo cōplacebunt. Sicut oues in inferno positi sūt mors depascet eos. Et dn̄abūtur eor iusti in matutino: z auxiliū eor veterascet in inferno a gloria eorū. Verūtamē deus redimet aiam meā de manu inferi: cum accepit me. Ne timueris cū diues factus fuerit homo: z cū multiplicata fuit gl'ia domus eius. Quoniā cum interierit nō sumet omnia: necz descēdet cū eo gl'ia ei9 Quia aia eius in vita ipius bñdicetur: cōfitebit tibi cū benefeceris ei. Introibit vsqz in pgenies patruz suor: vsqz in eternū nō videbit lumē. Homo cū ī honore esset nō intellexit: compatus est iumentis insipiētibz: z similis fact9 est ill'.

℣ Psalmus asaph. XLIX

Deus deor dn̄s locut9 est: z vocauit terram. A solis ortu vsqz ad occasum: ex sion species decoris ei9. Deus manifeste veniet: deus nr̄ z nō silebit. Ignis in conspectu eius exardescz z in circuitu eius tempestas valida. Advocauit celū desursum. z terrā discernere pplm suū. Cōgregate illi sctōs eius: qui ordināt testamētum eius sup sacrificia. Et annūciabūt celi iusticiam eius qm̃ deus iudex est. Audi pplus meus z loquar: israel z testificabor tibi: deus deus tu9 ego suz Nō in sacrificijs tuis arguā te: holocausta autem tua ī cōspectu meo sunt semp. Nō accipiam de domo tua vitulos: necz de gregibz tuis hircos. Qm̃ mee sunt oēs fere siluaruz: iumēta in mōtibus z boues. Cognoui oīa volatilia celi: z pulcritudo agri mecuz est. Si esuriero nō dicam tibi: meus est enī orbis terre z plenitudo eius. Nūquid mā ducabo carnes taurorū: aut sanguinem hircorum potabo? Immola deo sacrificiū

laudis: ⁊ redde altissimo vota tua. Et in
uoca me in die tribulatiõis eruam te ⁊
honorificabis me. ℣ Peccatori autẽ dixit
deus. quare tu enarras iusticias meas
⁊ assumis testamentũ meũ p os tuum:
Tu vero odisti disciplinã: ⁊ pieciſti ſmo
nes meos retrorsum. Si videbas furẽ
currebas cũ eo: ⁊ cũ adulteris portiõem
tuã ponebas. Os tuuz abundauit mali
cia: ⁊ lingua tua cõcinnabat dolos. Se/
dens aduersus frẽm tuũ loq̃baris: ⁊ ad/
uersuz filiũ matris tue ponebas scanda
luz hec feciſti ⁊ tacui. Exiſtimaſti iniq̃ q
ero tui ſilis: arguã te ⁊ ſtatuã ꝓtra faciẽ
tuã. Intelligite hec q̃ obliuiſcimini deũ
neq̃ rapiat ⁊ nõ ſit q̃ eripiat. Sacrifici
um laudis honorificabit me: et illic iter
q̃ oſtendã illi ſalutare dei. ℣ Pſalm⁹ in
finem dauid qñ venit ad eũ nathan pro
phẽta qñ intrauit ad berſabee. L

Miſerere mei deus: ſm magnaz
miſericordiã tuã. Et ſm multi
tudinẽ miſerationuz tuaꝝ: dele
iniq̃tatem meã. Amplꝰ laua me ab ini/
quitate mea: ⁊ a peccato meo mũda me
Quoniã iniq̃tatẽ meã ego cognoſco: et
peccatũ meuz ꝓtra me eſt ſemp. Tibi ſo
li peccaui ⁊ maluz coram te feci: vt iuſtifice
ris in ſermonib⁹ tuis ⁊ vincas cũ iudi/
caris. Ecce enĩ in iniq̃tatib⁹ cõcept⁹ ſum
⁊ in peccatis cõcepit me mater mea. Ec
ce enĩ veritatẽ dileꝛiſti: incerta ⁊ occulta
ſapiẽtie tue manifeſtaſti mihi. Aſperges
me dñe hyſopo ⁊ mundabor: lauabis me
⁊ ſup niuem dealbabor. Auditui meo da
bis gaudiũ ⁊ leticiã ⁊ exultabũt oſſa hu
miliata. Auerte faciẽ tuã a peccatis me/
is: ⁊ oẽs iniq̃tates meas dele. Cor mun
dũ crea in me deꝰ: ⁊ ſpũm rectũ innoua
in viſceribus meis. Ne proiſcias me a fa/
cie tua: ⁊ ſpũm ſctũ tuum ne auferas a
me. Redde mihi leticiã ſalutaris tui: et
ſpiritu principali ꝯfirma. Docebo iniq̃ſ
vias tuas: ⁊ impij ad te cõuertent. Libe
ra me de ſanguinib⁹ deus deꝰ ſalutꝭ mee
⁊ exultabit lingua mea iuſticiã tuã. Do
mine labia mea aperies: ⁊ os meũ annũ
ciabit laudẽ tuã. Quoniã ſi voluiſſes ſa
crificium dediſſem vtiq̃ holocauſtis nõ
delectaberis. Sacrificiũ deo ſpũs cõtri/
bulatus: cor cõtritũ ⁊ humiliatũ deꝰ nõ
deſpicies. Benigne fac dñe in bona volũ
tate tua ſion: vt edificent muri hieruſa
lem. Tunc acceptabis ſacrificiũ iuſticie
oblatiões ⁊ holocauſta tũc imponẽt ſup
altare tuum vitulos. In finez intel/
lectus dauid cuz venit ad eũ doech idu/
meus ⁊ nunciauit ſauli. venit dauid in
domũ abimelech. LI

Quid gloriaris i malicia: qui po/
tens es in iniq̃tate? Tota die i/
uſticiã cogitauit lingua tua: ſi/
cut nouacula acuta feciſti dolum. Dileꝛi/
ſti maliciam ſup benignitatẽ: iniquitatẽ
magis q̃ loqui equitatez. Dileꝛiſti oĩa
verba p̃cipitatiõis: lingua dolo ſa. Pro/
pterea deus deſtruet te in finez: euellet
te ⁊ emigrabit te de tabernaculo tuo: et
radicem tuã de terra viuentium. Vide/
bunt iuſti ⁊ timebũt: ⁊ ſup eum ridebũt
⁊ dicent: ecce homo q̃ nõ poſuit deum ad
iutorem ſuũ. Sed ſperauit in multitu/
dine diuitiaꝝ ſuaꝝ ⁊ preualuit in vanita
te ſua. Ego autẽ ſicut oliua fructifera i
domo dei: ſperaui in miſericordia dei in
eternũ ⁊ in ſeculum ſeculi. Cõfitebor ti/
bi in ſeculum q̃ feciſti: ⁊ expectabo nomẽ
tuum q̃m bonũ in cõſpectu ſanctoꝝ tuoꝝ

In finẽ intellect⁹ dauid ꝑ amalech. LII

Dixit inſipiens
in corde ſuo nõ ẽ deꝰ. Cor/
rupti ſunt ⁊ abominabiles
facti ſunt in iniq̃tatib⁹: nõ
eſt qui faciat bonũ. Deus
de celo ꝓſpexit ſup filios hoĩm: vt videat
ſi eſt intelligens aut requirens deum.
Oẽs declinauerũt ſimul inutiles facti ſũt
nõ eſt qui faciat bonũ nõ eſt vſq̃ ad vnũ
Nõne ſciunt oẽs qui operant iniq̃tatem
qui devorãt plebem meã vt cibũ panis?
Deum nõ inuocauerũt: illic trepidaue
runt timore vbi nõ fuit timor. Quoni/
am deus diſſipauit oſſa eoꝝ qui hominĩ
bus placent: confuſi ſunt quoniã deus
ſpreuit eos. Quis dabit ex ſion ſaluta/
re iſrael: cum cõuerterit deꝰ captiuitatẽ

plebis sue: exultabit iacob ⁊ letabit̄ isrl̄
In finē i carminib⁹ intellect⁹ dauid
cū venissent cyphei ⁊ nunciassent sauli·
nōne dauid abscondit⁹ est apud nos.

LIII

Deus in noīe tuo sal/
uū me fac: ⁊ in virtute tua iudi
ca me. Deus exaudi orōem me
am: auribꝫ ꝑcipe verba oris mei. Quoni
am alieni insurrexerūt aduersuꝫ me: et
fortes q̄sierūt aīam meā: ⁊ nō ꝓposuerūt
deum añ cōspectum suū. Ecce enī deus
adiuuat me: ⁊ dn̄s susceptor est aīe mee
Auerte mala inimicis meis: ⁊ in verita
te tua disperde illos. Volūtarie sacrifi/
cabo tibi: ⁊ ꝯfitebor nomini tuo dn̄e qm̄
bonū est. Quoniā ex oī tribulatione eri
puisti me· ⁊ sup̄ inimicos meos despexit
oculus me⁹. In finē in carminib⁹ in
tellectus dauid.

LIIII

Exaudi de⁹ orationē meā· ⁊ ne de
spexeris dep̄cationē meā: inten
de mihi ⁊ exaudi me. Cōtristat⁹
sum in exercitatiōe mea: ⁊ ꝯturbat⁹ suꝫ
a voce inimici ⁊ a tribulatiōe peccatoris
Qm̄ declinauerūt in me iniq̄tates: ⁊ in
ira molesti erāt mihi. Cor meū ꝯturba/
tū est ī me: ⁊ formido mortis cecidit su/
per me. Timor ⁊ tremor venerūt super
me: ⁊ cōtexerūt me tenebre. Et dixi· q̄s
dabit mihi pennas sicut colūbe: et vola/
bo ⁊ requiescā: Ecce elongaui fugiens:
⁊ mansi in solitudīe. Expectabam euꝫ q̄
saluū me fecit: a pusillanimitate spirit⁹
⁊ tempestate. Precipita dn̄e diuide lin/
guas eoꝝ: qm̄ vidi iniq̄tatē ⁊ ꝯtradictio
nē in ciuitate. Die ac nocte circundabit
eam sup̄ muros eius iniq̄tas: ⁊ labor in
medio eius ⁊ iniusticia. Et nō defecit de
plateis ei⁹: vsura ⁊ dolus. Qm̄ si inimi/
cus me⁹ maledixisset mihi: sustinuissez
vtiq̄ Et si is qui oderat me sup̄ me ma
gna locut⁹ fuisset: abscondissem me for
sitan ab eo. Tu vero hō vnanimis: dux
meus ⁊ not⁹ meus. Qui simul mecuꝫ
dulces capiebas cibos ī domo dei ambu
lauimus cū ꝯsensu. Veniat mors super
illos: ⁊ descēdant in infernū viuentes.
Qm̄ nequicie in habitaculis eorum: in
medio eoꝝ. Ego aūt ad deuꝫ clamaui: et
dn̄s saluauit me. Vespe ⁊ mane ⁊ meri
die narrabo ⁊ annūciabo: ⁊ exaudiet vocē
meā. Redimet in pace aīam meā ab his
qui appropinquāt mihi: qm̄ inter mul/
tos erāt mecū. Exaudiet de⁹ ⁊ hūiliabit
illos: qui est añ secula. Non enī est ill̄ cō
mutatio ⁊ nō timuerūt deū: extēdit ma
nū suam in retribuendo. Cōtaminaue
rūt testamētum eius diuisi sunt ab ira
vult⁹ ei⁹: ⁊ appropinq̄uit cor illi⁹ Molli
ti sunt ꝑmones eius sup̄ oleū: ⁊ ipi sunt
iacula. Iacta sup̄ dn̄m curā tuā ⁊ ipe te
enutriet: ⁊ nō dabit in eternū fluctuati
onē iusto. Tu vero de⁹: deduces eos ī pu
teum interitus. Viri sanguinū ⁊ dolosi
nō dimidiabūt dies suos: ego autez spe
rabo in te dn̄e. In finē pro ꝓpl̄o qui a
sanctis longe fact⁹ est ī tituli inscriptio
ne ipi dauid cū tenerent eum allophyli
in geth.

LV

Miserere mei deus qm̄ conculca
uit me hō tota die impugnans
tribulauit me. Cōculcauerunt
me inimici mei tota die: qm̄ multi bellā
tes aduersum me. Ab altitudine diei ti
mebo: ego vero in te sperabo. In deo lau
dabo ꝑmones meos: in deo speraui non
timebo quid faciat mihi caro. Tota die
verba mea execrabantur: aduersum me
oēs cogitatiōes eoꝝ in malū. Inhabita
būt ⁊ abscōdent: ipi calcaneū meū obser
uabūt. Sicut sustinuerūt aīam meā ꝓ
nihilo saluos facies illos: ī ira ꝓpl̄os cō
fringes. Deus vitā meā annunciaui ti
bi: posuisti lachrymas meas in cōspectu
tuo. Sicut ⁊ in ꝓmissiōe tua: tūc cōuer
tētur inimici mei retrorsum. In quacū
q̄ die inuocauero te: ecce cognoui qm̄
deus meus es. In deo laudabo verbum
in dn̄o laudabo ꝑmonem: in deo speraui
nō timebo q̄d faciat mihi homo. In me
sunt de⁹ vota tua: q̄ reddam laudatiōes
tibi. Quoniā erupisti aīam meā de mor
te: ⁊ pedes meos de lapsu: vt placeaꝫ co/
ram deo ī lumīe viuētiū. In finē ne
disperdas dauid in tituli inscriptiōe cū
fugeret a facie saul regis isrl̄ in spelūcaꝫ.

Miserere mei deus LVI
miserere mei: qm̄ in te confidit
anīa mea. Et in vmbra alarū tu
arū sperabo donec transeat iniq̄tas. Cla
mabo ad deū altissimū: deū qui bene fecit
mihi. Misit de celo ⁊ liberauit me: dedit
in opprobriū cōculcātes me. Misit deus
misericordiā suā ⁊ veritatē suā: ⁊ eripu
it aīam meā de medio catulorū leonum
dormiui cōturbatus. Filij hoīm dentes
eorū arma ⁊ sagitte: ⁊ lingua eoꝝ gladi⁹
acutus. Exaltare sup̄ celos deus: ⁊ in oī
terra gloria tua. Laqueū parauerūt pe
dibus meis: ⁊ incuruauerūt aīam meā
Foderūt añ faciē meā foueam: ⁊ incide
runt in eam. Paratū cor meū de⁹ para
tum cor meū: cantabo ⁊ psalmū dicā do
mino. Exurge gloria mea exurge psalte
riū ⁊ cithara exurgam diluculo. Confi
tebor tibi in ꝓpl'is dñe: ⁊ spalmū dicaz ti
bi in gentib⁹. Qm̄ magnificata est vsq̄
ad celos misericordia tua: ⁊ vsq̄ ad nu
bes veritas tua. Exaltare sup̄ celos deus
⁊ sup̄ oēm terrā gl'ia tua. In finez ne
disperdas dauid in tituli inscriptione.

Si vere vtiq̄ iusticiā LVII
loq̄mini: recte iudicate filij ho
minū. Etenī in corde iniq̄tates
op̄amini in terra: iniusticias man⁹ vr̄e
concinnant. Alienati sunt pctōres a vul
ua: errauerūt ab vtero: locuti sunt falsa
Furor illis ꝑm ꝓl'itudinē serpentis: sicut
aspidis surde ⁊ obturantis aures suas.
Que nō exaudiet vocē incantantiuz: et
venefici incantantis sapiēter. Deus cō
teret dentes eoꝝ in ore ip̄oꝝ: molas leo
nū cōfringet dñs. Ad nihilū deuenient
tanq̄ aqua decurrens: intēdit arcū suū
donec infirment̄. Sicut cera q̄ fluit au
ferent̄: sup̄cecidit ignis ⁊ nō viderūt so
lem. Priusq̄ intelligerēt spine vr̄e rha
mū: sicut viuētes sic in ira absorbet eos
Letabit̄ iustus cū viderit vindictā: ma
nus suas lauabit in sanguīe pctōris. Et
dicet homo si vtiq̄ est fructus iusto: vti
q̄ est deus iudicans eos in terra. In
finē ne disperdas dauid in tituli inscri
ptione. qñ misit saul ⁊ custodiuit domū
eius vt interficeret eum. LVIII

Eripe me de inimicis meis deus
meus: ⁊ ab insurgentib⁹ in me
libera me. Eripe me de operanti
bus iniquitatē: ⁊ de viris sauguinū sal
ua me. Quia ecce ceperūt aīam meaz. ir
ruerūt in me fortes. Neq̄ iniq̄tas mea
neq̄ pctm̄ meū dñe: sine iniq̄tate cucur
ri ⁊ direxi. Exurge in occursuz meū ⁊ vi
de: ⁊ tu dñe de⁹ virtutū deus israel. In
tende ad visitandas oēs gentes: nō mi
serearis oībus qui op̄ant̄ iniq̄tatē. Cō
uertent̄ ad vesp̄am ⁊ famē patientur vt
canes: ⁊ circūibūt ciuitatē. Ecce loquē
tur in ore suo ⁊ gladius in labijs eoruz:
qm̄ quis audiuit. Et tu dñe derideb̄ eos
ad nihilū deduces oēs gentes. Fortitu
dinem meā ad te custodiam: q̄ deus su
sceptor meus es: deus meus misericor
dia eius p̄ueniet me. De⁹ ostēdit mihi
sup̄ inimicos meos: ne occidas eos ne
qñ obliuiscant̄ ꝓpl'i mei. Disperge illos
in virtute tua: ⁊ depone eos ꝓtector me
us dñe. Delictū oris eoꝝ: sermonē labi
orum ip̄oꝝ: ⁊ cōprehendantur in sup̄bia
sua. Et de execratiōe ⁊ mēdacio annūci
abūtur in ꝯsummatiōe: in ira ꝯsumma
tionis ⁊ nō erūt. Et scient q̄ de⁹ dñabi
tur iacob: ⁊ finiū terre. Cōuertētur ad
vesp̄am ⁊ famē patiētur vt canes: ⁊ cir
cūibūt ciuitatē. Ip̄i dispergētur ad mā
ducādum: si vero nō fuerint saturati et
murmurabūt. Ego aūt cantabo fortitu
dinē tuam: ⁊ exaltabo mane misericordi
am tuā. Quia factus es susceptor me⁹:
⁊ refugiū meū in die tribulatiōis mee.
Adiutor meus tibi psallam: q̄ de⁹ susce
ptor meus es: de⁹ me⁹ misericordia mea
In finē pro his qui cōmutabūtur in
tituli inscriptione ip̄i dauid in doctrinā
cū succēdit mesopotamiā syrie ⁊ sobal. ⁊
cōuertit ioab ⁊ p̄cussit edom in valle sa
linarum duodecim milia. LIX

Deus repulisti nos et destruxisti
nos: iratus es ⁊ misert⁹ es nob̄
Cōmouisti terram ⁊ conturba
sti eam: sana cōtritiones eius quia com
mota est. Ostendisti populo tuo dura:

potasti nos vino cōpunctionis. Dedisti metuētibus te significatiōem: vt fugiant a facie arcus. Et liberētur dilecti tui saluū fac dextera tua & exaudi me. Deus locutus est in scō suo: letabor & partibor sichimā: & vallē tabernaculoꝝ metibor. Deus est galaad & me⁹ est manasses: et ephraim fortitudo capitis mei. Juda rex meus. moab olla spei mee. In idu⁹ meaz extēdam calciamētum meū: mihi alieni gene subditi sunt. Quis deducet me in ciuitatē munitā: quis deducet me vsqz in idumeā: Nōne tu deus qui repulisti nos: & nō egredieris deus in virtutibus nris. Da nobis auxiliū de tribulatione & vana salus hoīs. In deo faciemus virtutem: & ipe ad nihilū deducet tribulantes nos. In finē in hymnis. psalm⁹ dauid. LX

Exaudi deus deprecatiōez meā: intende oratiōni mee. A finibus terre ad te clamaui dū anxiaret cor meū: in petra exaltasti me. Deduxisti me qz factus es spes mea turris fortitudinis a facie inimici. Inhabitabo i tabernaculo tuo in secula: protegar in velamēto alaꝝ tuaꝝ. Quōm tu de⁹ me⁹ exaudisti oratiōez meā: dedisti hereditatē timētibus nomē tuū. Dies sup dies reg adijcies: ānos eius vsqz in diē generatiōis & generatiōis. Permanet in eternū in cōspectu dei: misericordiā & veritatez eius q̄s requret: Sic psalmū dicaz nomī tuo i seculuz seculi: vt reddā vota mea de die in diez. In finem pro ydithum. psalmus dauid. LXI

Nonne deo subiecta erit aīa mea: ab ipo enī salutare meū. Nā & ipe deus me⁹ & saluator meus: susceptor meus: nō mouebor amplius. Quousqz irruitis in hoīez interficitis vniuersi vos: tanqz parieti inclinato & macerie depulse: Verūtamē preciū meū cogitauerunt repellere: cucurri in siti. ore suo bñdicebant & corde suo maledicebāt. Verūtamē deo subiecta esto aīa mea: quoniā ab ipo patientia mea. Quia ipe de⁹ meus & saluator meus: adiutor meus nō emigrabo. In deo salutare meum & gloria mea: de⁹ auxilij mei & spes mea in deo est. Sperate in eo oīs congregatio populi: effundite corā illo corda vestra: deus adiutor nr̄ in eternuz. Verūtamē vani filij hoīm: mēdaces filij hoīm in stateris: vt decipiant ipi de vanitate in idipm. Nolite sperare in iniquitate: & rapinas nolite concupiscere. divitie si affluant nolite cor apponere. Semel locut⁹ est deus duo hec audiui: qz potestas dei est & tibi dne misericordia: qz tu reddis vnicuiqz iuxta opa sua

Psalm⁹ dauid cū eet i deserto iudee. LXII

Deus deus meus: ad te de luce vigilo. Sitiuit in te aīa mea: cui multipliciter tibi caro mea. In terra deserta inuia & inaqsa sic in scō apparui tibi: vt viderē virtutē tuā & gloriā tuam. Quoniā melior ē misericordia tua sup vitas: labia mea laudābūt te. Sic bñdicam te in vita mea: et in noīe tuo leuabo man⁹ meas. Sicut adipe & pinguedine repleat aīa mea: & labijs exultatiōis laudabit os meū. Si memor fui super stratum meuz: in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor me⁹. Et in velamēto alarū tuarum exultabo: adhesit aīa mea post te: me suscepit dextera tua. Ipi vero in vanū quesierūt aīam meaz introibūt in inferiora terre: tradentur in manus gladij ptes vulpium erunt Rex vero letabit in deo laudabūtur oēs qui iurāt in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua

In finez psalmus dauid. LXIII

Exaudi deus oratiōem meam cū deprecor: a timore inimici eripe aīam meā. Protexisti me a cōuentu malignātium: a multitudie operantiū iniquitatez. Quia exacuerūt vt gladium linguas suas: intēderūt arcuz rem amarum: vt sagittent in occultis immaculatum. Subito sagitabūt eū & nō timebunt: firmauerūt sibi sermonē nequā. Narrauerūt vt absconderēt laqueos: dixerunt quis videbit eos? Scrutati sunt iniquitates: defecerūt scrutantes scrutinio. Accedet homo ad cor altū

ꝛ exaltabitur deus. Sagitte paruulorũ facte sunt plage eorũ: ꝛ infirmate sunt cõtra eos lingue eorũ. Cõturbati sunt oẽs qui videbant eos: ꝛ timuit oẽis homo. Annũciauerunt opera dei: ꝛ facta eius intellexerũt. Letabit iustus in domino ꝛ sperabit in eo: ꝛ laudabũtur oẽs recti corde. In finez psalmus dauid canticũ aggei hieremie ꝛ ezechiel de verbo peregrinatõis ꝛ de populo trãsmigrationis cũ inciperẽt pficisci. LXIIII

Tet ꝛ tibi reddetur votũ in hierusalem. Exaudi oronez meã: ad te oẽis caro veniet. Verba iniquor̃ pualuerũt sup nos: ꝛ impietatib⁹ nostr̃ tu ꝓpitiaberis. Beat⁹ quẽ elegisti ꝛ assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis. Replebimur in bonis domus tue: scĩ est templum tuũ mirabile in equitate. Exaudi nos deus salutaris nr̃: spes oĩm finium terre ꝛ in mare longe. ¶Preparans mõtes in virtute tua accinctus potentia: q̃ cõturbas profundũ maris sonũ fluctuum ei⁹. Turbabũtur gẽtes ꝛ timebunt qui habitãt termiios a signis tuis: exit⁹ matutini ꝛ vespere delectabis. Visitasti terrã ꝛ inebriasti eaz: multiplicasti locupletare eam. Flumẽ dei repletũ est aq̃s: parasti cibũ illorũ q̃m ita est preparatio eius. Riuos ei⁹ inebria mltiplica genimina eius: in stillicidiis ei⁹ letabit germinans. Bñdices corone anni benignitatis tue: ꝛ campi tui replebũtur vbertate. ¶Pinguescẽt speciosa deserti: ꝛ exultatione colles accingent. Induti sunt arietes ouium: ꝛ valles abundabũt frumento: clamabũt eteni hymnũ dicent.

In finẽ canticũ psalmi resurrectiõis

Ilbilate deo oĩs terra: psalmũ dicite nomini eius: date gloriaz laudi eius. Dicite deo q̃z terribilia sunt opa tua dñe: in mltitudine virtutis tue mentient tibi inimici tui. Oĩis terra adoret te ꝛ psallat tibi: psalmũ dicat nomini tuo. Venite ꝛ videte opa dei: terribilis in cõsiliis sup filios hoĩm. Qui cõuertit mare i aridaz in flumine pertrãsibũt pede ibi letabim̃ur in ipo. Qui dñatur in virtute sua i eternum oculi ei⁹ sup gentes respiciũt: qui exasperãt nõ exaltent in semetipis. Benedicite gentes deũ nr̃m: ꝛ auditã facite vocem laudis ei⁹. Qui posuit ãiam meã ad vitã: ꝛ nõ dedit in cõmotionez pedes meos. Quoniã probasti nos deus igne nos examiasti sicut examinat argentuz. Induxisti nos in laqueũ: posuisti tribulationes in dorso nro: imposuisti hoies sup capita nostra. Tranisuim⁹ p ignem et aquã: ꝛ eduxisti nos in refrigerium. Introibo in domũ tuaz in holocaustis: reddam tibi vota mea que distinxerunt labia mea. Et locutũ est os meũ: in tribulatione mea. Holocausta medullata offeram tibi cũ incenso arietũ: offeraz tibi boues cũ hircis. Venite audite ꝛ narrabo oĩis qui timetis deuz: quãta fecit aie mee. Ad ipm ore meo clamaui: ꝛ exaltaui sub lingua mea. Iniquitatẽ si aspexi in corde meo: nõ exaudiet dñs. Propterea exaudiuit deus: ꝛ attẽdit voci deprecationis mee. Bñdictus deus: qui non amouit orõem meã ꝛ misericordiã suã a me.

In finẽ in hymnis psalmis cãtici dauid

Deus misereat nr̃i LXVI

ꝛ bñdicat nobis: illuminet vultum suũ sup nos: ꝛ misereatur nr̃i. Ut cognoscamus i terra viã tuã in oĩbus gẽtib⁹ salutare tuũ. Cõfiteant tibi ppli deus: cõfiteant tibi populi oẽs. Letent ꝛ exultent gentes: quoniã iudicas populos in equitate: ꝛ gẽtes in terra dirigis. Cõfiteant tibi populi de⁹: cõfiteant tibi ppli oẽs: tra dedit fructũ suum. Benedicat nos deus de⁹ nr̃ benedicat nos deus: ꝛ metuant eum oĩis fines terre.

In finẽ psalmus cãtici dauid.

Exurgat deus ꝛ dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera a facie ignis sic pereãt peccatores a facie dei. Et iusti epulentur ꝛ exultent in conspectu dei: ꝛ delectentur in leticia. Cantate deo psalmuz dicite nomini ei⁹:

iter facite ei qui ascēdit super occasum: dominus nomē illi. Exultate in conspectu eius: turbabūtur a facie eius patris orphanorū ⁊ iudicis viduar. Deus ī loco sancto suo: deus qui inhabitare facit vnius moris in domo. Qui educit vinctos in fortitudine: similiter eos q̄ exasperant qui habitāt in sepulcris. Deus cū egredieris in cōspectu populi tui cuz ptransisris in deserto. Terra mota est: etenim celi distillauerūt a facie dei sinai a facie dei israel. Pluuiā voluntariam segregabis deus hereditati tue ⁊ infirmata est: tu vero pfecisti eaz. Animalia tua habitabūt in ea: parasti in dulcedie tua pauperi deo. Dns dabit verbū euangelizantibus: virtute multa. Rex virtutuz dilecti dilecti: ⁊ speciei dom̄ diuidere spolia. Si dormiatis inter medios cleros penne columbe deargētate: ⁊ posteriora dorsi eius in pallore auri. Duz discernit celestis reges sup eam nive dealbabūtur in selmon: mons dei mōs pīguis. Mōs coagulatus mons pinguis: vt quid suspicamini mōtes coagulatos? Mons ī quo beneplacitū est deo habitare in eo: etenī dns habitabit in finem. Currus dei decē milibus multiplex: milia letantium: dns in eis in sina in sancto. Ascēdisti in altū cepisti captiuitatem: accepisti dona ī hoībus. Etenī nō credētes: inhabitare dnm deū. Benedictus dns die quotidie: prosperū iter faciet nobis deus salutarium nostroz. Deus nr deus saluos faciendi: ⁊ dnī dnī exitus mortis. Verūtamen deus cōfringet capita inimicoz suoz vertice capilli pambulantiū in delictis suis. Dixit dns ad basan cōuertam: cōuertam in profundū maris. Vt intinguat pes tuus in sanguine: lingua canū tuorum ex inimicis ab ipo. Viderūt ingressus tuos deus: ingressus dei mei regis mei qui est in sancto. Preuenerūt pncipes cōiuncti psallētibus: in medio iuuēculaz tympanistriarum. In ecclesijs benedicite deo: dño de fontibus israel. Ibi benia min adolescentulus: in mētis excessu. Principes iuda duces eorū: pncipes zabulon ⁊ pncipes neptalim. Manda deus virtuti tue: cōfirma hoc deus qđ operatus es in nobis. A templo tuo in hierusalem: tibi offerent reges munera. Increpa feras arūdinis cōgregatio taurorum in vaccis populoz: vt excludāt eos qui probati sunt argento. Dissipa gentes que bella volūt: veniēt legati ex egypto: ethiopia pueniet manus eius deo. Regna terre cantate deo: psallite dno. Psallite deo qui ascēdit sup celuz celi ad orientē. Ecce dabit voci sue vocem virtutis: date gloriā deo sup israel magnificētia eius ⁊ virtus eius in nubib. Mirabilis deus in sanctis suis deus israel ipe dabit virtutē ⁊ fortitudinez plebi sue: benedictus deus.

In finem pro his qui commutabuntur. psalmus ipi dauid. LXVIII

Saluum me fac deus: quoniam intrauerūt aque vsq̄ ad aiam meaz. Infixus sum in limo pfundi: et nō est substātia. Veni in altitudinē maris: ⁊ tempestas demersit me. Laboraui clamās rauce facte sunt fauces mee: defecerūt oculi mei dū spero in deum meū. Multiplicati sunt sup capillos capitis mei q̄ oderūt me gratis. Cōfortati sunt q̄ psecuti sunt me inimici mei iniuste: q̄ nō rapui tūc exoluebā. Deus tu scis insipiētiaz meaz: ⁊ delicta mea a te nō sunt abscōdita. Nō erubescant in me q̄ expectant te dne: dne virtutū. Nō pfundantur sup me: qui q̄rūt te deus israel. Quoniā pter te sustinui oppobrium operuit cōfusio faciē meā. Extraneus factus sum fratribus meis: ⁊ pegrinus filijs matris mee. Quoniaz zelus dom̄ tue comedit me: ⁊ oppobria exprobrātiū tibi ceciderūt sup me. Et operui ī ieiunio aiam meā: ⁊ factū est ī oppobriuz mihi. Et posui vestimētuz meū ciliciū: ⁊ factus sum illis in parabolā. Adūsuz me loq̄bātur qui sedebāt ī porta: ⁊ ī me psallebāt q̄ bibebant vinū. Ego vero orationē meam ad te dne: tēpus beneplaciti deus in multitudie misericordie tue: exaudi me

in veritate salutꝫ tue. Eripe me de luto vt nō infigar: libera me ab his q̄ oderūt me & de profundis aquaꝝ. Non me demergat tempestas aque: neq; absorbeat me profundū neq; vrgeat sup me puteꝰ os suū. Exaudi me dñe qm̄ benigna est misericordia tua: fm multitudinē miserationū tuaꝝ respice me Et ne auertas faciem tuā a puero tuo: qm̄ tribulor velociter exaudi me. Intēde aie mee & libera eaz: ꝓpter inimicos meos eripe me. Tu scis improperiū meū & confusionē meā: et reuerētiaz meam. In cōspectu tuo sunt oēs qui tribulāt me: improperiuz exspectauit cor meū & miseriaz. Et sustinui q̄ simul cōtristaret & nō fuit: & qui cōsolaretur & nō inueni. Et dederūt in escā meā fel: & in siti mea potauerūt me aceto. Fiat mēsa eoꝝ coram ipis in laqueū: & in retributiones & in scandalū. Obscurent oculi eoꝝ ne videant: & dorsuz eoꝝ semper incurua. Effunde sup eos irā tuā: & furor ire tue cōprehendat eos. Fiat habitatio eoꝝ deserta: & in tabernaculis eoꝝ nō sit q̄ inhabitet. Quoniā quē tu percussisti persecuti sunt: & sup dolorē vulnerū eorū addiderūt. Appone iniqtatē sup iniqtatē eorū: & nō intrent in iusticiā tuā. Deleantur de libro viuētiuz: & cuz iustis nō scribant. Ego sum paup & dolens: salus tua deus suscepit me. Laudabo nomē dei cū cantico: & magnificabo euz in laude. Et placebit deo sup vitulū nouellū cornua producentē & vngulas. Videant pauperes & letent: q̄rite deū & viuet aia vestra. Quoniā exaudiuit pauperes dñs: et vinctos suos nō despexit. Laudent illū celi & terra: mare & oīa reptilia in eis. Quoniam deꝰ saluā faciet sion: & edificabunt ciuitates iude. Et inhabitabūt ibi: & hereditate acq̄rent eā. Et semē seruoꝝ eiꝰ possidebit eā: & qui diligūt nomē eiꝰ habitabūt in ea. In finez psalmꝰ dauid in rememoratione ꝙ saluū fecit eū dominus. LXIX

Deus in adiutoriū meū intēde: dñe ad adiuuandum me festina. Confundant & reuereant: qui querunt aiam meā. Auertant retrorsum & erubescant: qui volūt mihi mala. Auertātur statim erubescētes: qui dicūt mihi euge euge. Exultēt & letent in te oēs qui querūt te: & dicant semp magnificet dñs q̄ diligūt salutare tuū. Ego vero egenus & paup sum: deꝰ adiuua me. Adiutor meus & liberator meus es tu: dñe ne more ris. Psalmus dauid filiorū ionadab & priorum captiuorum. LXX

In te dñe speraui nō confundar in eternuz: in iusticia tua libera me et eripe me. Inclina ad me aurem tuaz: & salua me. Esto mihi in deum protectorem & in locū munituz: vt saluū me facies. Quoniā firmamentū meū: & refugiuz meū es tu. Deus meꝰ eripe me de manu pctōris: & de manu contra legem agētis & iniqui. Quoniaz tu es patiētia mea dñe: dñe spes mea a iuuentute mea. In te confirmatꝰ suz ex vtero. de ventre matris mee tu es protector meus. In te cantatio mea semp tanq̄ prodigiū factꝰ sum multis & tu adiutor fortis. Repleat os meū laude vt cantez gloriā tuā: tota die magnitudinez tuaz. Ne proicias me in tpe senectutꝫ: cuz defecerit virtus mea ne derelinquas me. Quia dixerūt inimici mei mihi: & q̄ custodiebant aiam meā consilium fecerunt in vnū. Dicētes deꝰ dereliquit eū persequimini & cōprehendite eū: qz nō est qui eripiat. Deus ne elongeris a me: deꝰ meus in auxiliū meū respice. Cōfundant & deficiāt detrahētes aie mee: operiant confusione & pudore qui querunt mala mihi Ego aūt semp sperabo: & adiciam super omnem laudem tuam. Os meum annunciabit iusticiam tuam: tota die salutare tuum. Quoniam non cognoui literaturam introibo in potentias domini: domine memorabor iusticie tue solius. Deus docuisti me a iuuentute mea et vsq; nunc pronunciabo mirabilia tua Et vsq; in senectam & senium: deus ne derelinquas me. Donec annūciem bꝫchium tuum: generationi omni q̄ ventura est. Potentiam tuam & iusticiam

tuam deus vsq; in altissima q̄ fecisti magnalia: deus q̄s sil'is sit tibi? Quantas ostendisti mihi tribulatōes mltas ⁊ malas ⁊ ꝯuersus viuificasti me: ⁊ de abyssis terre iteruz reduxisti me. Multiplicasti magnificētiam tuā: ⁊ ꝯuersus ꝯsolatus es me. Nam ⁊ ego cōfitebor tibi in vasis psalmi veritatē tuā deus: psallam tibi ī cithara scūs isrl'. Exultabunt labia mea cū cantauero tibi: ⁊ aīa mea quam redemisti. Sed ⁊ lingua mea tota die meditabitur iusticiā tuam: cū cōfusi ⁊ reueriti fuerint q̄ querūt mala mihi. Psalmus dauid in salomonē. LXXI

Deus iudiciū tuū regi da: ⁊ iusticiam tuaz filio regis. Judicare ppl'm tuū in iusticia: ⁊ pauperes tuos in iudicio. Suscipiant mōtes pacem ppl'o: ⁊ colles iusticiam. Judicabit paupes ppl'i ⁊ saluos faciet filios pauperū: ⁊ hūiliabit calūniatorē. Et permanebit cū sole ⁊ añ lunā: in generatiōe ⁊ generationē. Descendet sicut pluuia ī vellus: ⁊ sicut stillicidia stillantia sup terrā Orietur in diebꝰ eiꝰ iusticia ⁊ abundantia pacis donec auferatur luna. Et dñabitur a mari vsq; ad mare: et a flumīe vsq; ad termīos orbis terraꝝ. Corā illo ꝓcidēt ethiopes: ⁊ inimici eiꝰ terrā lingēt. Reges tharsis ⁊ insule mūera offerent: reges arabū ⁊ saba dona adducent. Et adorabūt eum oēs reges: oēs gentes seruient ei. Quia liberabit paupem a potēte ⁊ paupem cui non erat adiutor Parcet pauperi ⁊ inopi: ⁊ aīas paupum saluas faciet. Ex vsuris ⁊ iniq̄tate redimet animas eoꝝ: ⁊ honorabile nomē eoꝝ corā illo. Et viuet ⁊ dabitur ei de auro arabie: et adorabūt de ipo semp: tota die bñdicēt ei. Erit firmamētuz in terra in summis montiū: supertolletur sup libanū fluctus eius: ⁊ florebūt de ciuitate sicut fenum terre. Sit nomē eius benedictū in secula: ante solez pmanet nomē eius. Et benedicentur in ipo oēs tribus terre: om̄es gentes magnificabūt eū. Benedictꝰ dominus deus israel: qui facit mirabilia solus. Et benedictuz nomē maiestatis eiꝰ in eternū: ⁊ replebitur maiestate eiꝰ om̄is terra: fiat fiat. Defecerūt hymni dauid filij iesse. Psalmus asaph. LXXII

Quam bonus israel deꝰ: his q̄ recto sunt corde. Mei autez pene moti sunt pedes: pene effusi sūt gressus mei. Quia celaui sup iniquos: pacem peccatorū videns. Quia non est respectus morti eoꝝ: ⁊ firmamētum in plaga eoꝝ. In labore hoīm nō sunt: ⁊ cuz hoībus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos supbia: operti sunt iniquitate ⁊ impietate sua. Prodijt q̄si exadipe iniquitas eoꝝ: transierūt in affectuz cordis. Cogitauerūt ⁊ locuti sunt nequitiā: iniquitatem in excelso locuti sunt. Posuerunt in celū os suuz: ⁊ lingua eoꝝ trāsiuit in terra. Ideo cōuertetur ppl'us meus hic: ⁊ dies pleni inuenientur in eis. Et dixerūt quō scit deus: ⁊ si est scientia in excelso? Ecce ipi peccatores ⁊ abūdātes in seculo: obtinuerūt diuitias. Et dixi: ergo sine causa iustificaui cor meum: ⁊ laui inter innocentes manus meas. Et fui flagellatus tota die: ⁊ castigatio mea ī matutinis. Si dicebaz narrabo sic: ecce nationem filiorum tuoꝝ reprobaui. Existimabam vt cognoscerem: hoc labor ē ante me. Donec intrem in sanctuariū dei ⁊ intelligam in nouissimis eorū. Verū tamen ꝓpter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuarentur. Quō facti sunt in desolationē: subito defecerūt: perierunt ꝓpter iniquitatem suam. Velut somnium surgentiū: dñe in ciuitate tua imaginem ipoꝝuz ad nihilū rediges. Quia inflāmatum est cor meū: ⁊ renes mei cōmutati sunt: ⁊ ad nihilum redactꝰ sum ⁊ nesciui. Vt iumētum factus suz apud te: ⁊ ego semp tecū. Tenuisti manuz dexteram meā: ⁊ in voluntate tua deduxisti me: ⁊ cum gloria suscepisti me. Quid enim mihi est in celo: ⁊ ad te quid volui sup terram? Defecit caro mea ⁊ cor meum: deus cordis mei ⁊ pars mea deus in eternuz. Quia ecce qui elongant se a te pibūt: pdidisti oēs qui fornicantur abs te. Mihi autez adherere deo bonum est

ponere in dño deo spem meam. Et annũciem omnes predicationes tuas: in portis filie sion. In finẽ intellect' asaph

Ut quid deus repulisti in finem: iratꝰ est furor tuus sup̃ oues pascue tue? Memor esto cõgregatiõis tue: quam possedisti ab initio. Redemisti virgam hereditatis tue: mons sion in quo habitasti in eo. Leua manꝰ tuas in superbias eorũ in finem: quãta malignatꝰ est inimicus in sctõ? Et gloriati sunt q̃ oderũt te: in medio solẽnitatis tue. Posuerũt signa sua signa. & nõ cognouerũt: sicut in exitu sup̃ summũ. Quasi in silua lignorum securib9 exciderũt ianuas eiꝰ in idipsum in securi & ascia deiecerũt eã. Incẽderũt igni scũarium tuũ in terra: polluerũt tabernaculũ nois tui. Dixerunt in corde suo cognatio eorũ simul: quiescere faciamus omnes dies festos dei a terra. Signa nr̃a nõ vidimꝰ: iam nõ est pphẽta: et nos nõ cognoscet amplꝰ. Vsq̃quo deꝰ improperabit inimicꝰ: irritat adũsarius nomẽ tuũ in finẽ? Et quid auertis manũ tuã & dexterã tuã: de medio sinu tuo in finẽ? Deꝰ aũt rex nr̃ ante secula: operatus est salutẽ in medio terre. Tu confirmasti in virtute tua mare: cõtribulasti capita draconũ in aq̃s. Tu cõfregisti capita draconis: dedisti eũ escaz pplis ethiopum. Tu dirupisti fontes & torrentes tu siccasti fluuios ethan. Tuꝰ est dies & tua est nox: tu fabricatꝰ es auroram & solẽ. Tu fecisti oẽs termios terre: estatem & ver tu plasmasti ea. Memor esto huius inimicus improperauit dño: & pplis insipiens incitauit nomen tuũ. Ne tradas bestijs aias cõfitẽtes tibi: & aias pauperũ tuorum ne obliuiscaris in finẽ. Respice in testamentũ tuũ: q̃ repleti sunt q̃ obscurati sunt terre domibus iniq̃tatuz. Ne auertat̃ hũilis factꝰ confusus: pauper et inops laudabũt nomẽ tuũ. Exurge deꝰ iudica causaz tuã memor esto improperiorũ tuorum q̃ ab insipiẽte sunt tota die. Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum: superbia eorum qui te oderũt ascẽdit semper.

In finẽ ne corrũpas. ps cãtici asaph.

Confitebimur LXXIIII

Confitebimur tibi deꝰ: cõfitebimur: et inuocabimus nomẽ tuũ. Narrabimꝰ mirabilia tua: cum accepero tps ego iustitias iudicabo. Liq̃facta est terra & oẽs qui habitãt in ea: ego cõfirmaui columnas eiꝰ. Dixi iniquis nolite iniq̃ agere & delinquẽtib9 nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altuz cornu vrm: nolite loqui aduersus deum iniquitatẽ. Quia neq̃ ab oriente neq̃ ab occidente neq̃ a desertis montib9: quoniã deꝰ iudex est. Hunc humiliat & hunc exaltat: q̃ calix in manu dñi vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc: verũtamẽ fex eius nõ est exinanita bibent oẽs pctores terre. Ego autẽ annũciabo in seculuz: cãtabo deo iacob. Et oia cornua pctorum confringam: & exaltabunt̃ cornua iusti.

In finẽ in carminib9 canticũ ad assyrios. psalmus asaph. LXXV

Notus in iudea deus in isrl̃ magnum nomẽ eius. Et factus est in pace locus eius: & habitatio eius in sion. Ibi cõfregit potẽtias: arcum scutum gladium & bellum. Illuminãs tu mirabiliter a montibus eternis: turbati sunt oẽs insipiẽtes corde. Dormierũt somniũ suũ: & nichil inuenerũt oẽs viri diuitiarum in manibus suis. Ab increpatione tua deꝰ iacob: dormitauerũt qui ascẽderũt equos. Tu terribilis es & q̃s resistet tibi: ex tũc ira tua. De celo audituz fecisti iudiciũ: terra tremuit & quieuit. Cũ exurgeret in iudicium deus vt saluos faceret omẽs mansuetos terre. Quoniã cogitatio hois cõfitebitur tibi & reliquie cogitationis diem festũ agẽt tibi. Vouete & reddite dño deo vestro: omes qui in circumitu eius affertis munera. Terribili & ei qui aufert spiritum principũ: terribili apud reges terre.

In finẽ pro ydithũ. psalmus asaph.

Voce mea ad LXXVI

Voce mea ad dominum clamaui voce mea ad deum & intẽdit mihi. In die tribulationis mee deum exquisiui manib9

meis nocte ꝺtra eũ: ⁊ nõ sum ꝺceptus
Renuit ꝓsolari aĩa mea: memoꝛ fui ꝺei
⁊ ꝺelectat⁹ sum: ⁊ exercitat⁹ sum ⁊ ꝺefecit
spũs me⁹. Anticipauerũt vigilias oculi
mei: turbat⁹ sum ⁊ nõ sum locut⁹. Cogi-
taui dies antiquos: ⁊ ãnos eternos in
mente habui. Et meditat⁹ sum nocte cũ
coꝛde meo: ⁊ exercitabar ⁊ scopebam spũm
meũ. Nũquid in eternũ proiiciet ꝺeus:
aut nõ apponat vt cõplacitioꝛ sit adhuc
Aut in finẽ misericoꝛdiã suaꝫ abscidet: a
generatiõe ĩ generatiõem: Aut obliui-
scetur misereri ꝺeus: aut ꝯtinebit in ira
sua misericoꝛdias suas: Et dixi nũc ce-
pi hĩc mutatio ꝺextere excelsi. Memoꝛ fui
operꝫ dñi: q̃ memoꝛ ero ab initio mira-
biliũ tuoꝛũ. Et meditabꝛ in oĩbꝫ opibꝫ
tuis: ⁊ ĩ adinuẽtiõibꝫ tuis exercebꝛ Deus
us in sancto via tua: quis ꝺeus magn⁹
sicut ꝺeus nr̃: tu es ꝺeus qui facis mira
bilia: Notam fecisti in ꝓpl'is virtutẽ tuã
redemisti in brachio tuo ꝓpl'm tuũ: fili-
os iacob ⁊ ioseph. Uiderũt te aq̃ ꝺe⁹ vi-
ꝺerũt te aque ⁊ timuerũt: ⁊ turbate sũt
abyssi. Multitudo sonit⁹ aquarꝫ: voꝛem
ꝺederũt nubes. Etenĩ sagitte tue trãse-
unt: voꝛ tonitrui tui in rota. Alluxerũt
coꝛuscatiões tue oꝛbi terre: cõmota est
⁊ cõtremuit terra. In mari via tua ⁊ se-
mite tue in aquis multis: ⁊ vestigia tua
nõ cognoscenť. Deduxisti sicut oues po
pulum tuũ: in manu moysi ⁊ aaron.

Intellectus asaph. LXXVII

Attẽdite ꝓpl'e me⁹ legẽ meaꝫ: in
clinate aurẽ vr̃am in verba oꝛis
mei. Aperiam ĩ parabol'os meũ
loquar ꝓpositiões ab initio. Quanta
audiuim⁹ ⁊ cognouim⁹ ea: ⁊ patres nr̃i
narrauerũt nobis. Nõ sunt occultata a
filijs eoꝛũ: in generatiõe altera. Narran
tes laudes dñi ⁊ virtutes ei⁹: ⁊ mirabi-
lia eius que fecit. Et suscitauit testimo
niũ in iacob: ⁊ legez posuit in isrl'. Quã-
ta mãdauit patribꝫ nostris nota facere
ea filijs suis: vt cognoscat generatio al-
tera. Filij qui nascenť ⁊ exurgent: ⁊ nar
rabũt filijs suis: vt ponãt in ꝺeo spez su-
am: ⁊ nõ obliuiscanť operũ ꝺei: ⁊ manda
ta ei⁹ exquirãt. Ne fiant sicut patres eo-
rum generatio praua ⁊ exasperans. Ge
neratio que non direxit coꝛ suũ: ⁊ nõ est
credit⁹ cum ꝺeo spirit⁹ eius. Filij effraim
intendentes ⁊ mittentes arcum: cõuer
si sunt in ꝺie belli. Non custodierunt te
stamentũ ꝺei: ⁊ in lege ei⁹ noluerũt am-
bulare. Et obliti sunt ꝺenefactoꝛũ eius
⁊ mirabiliũ ei⁹ q̃ ostendit eis. Coram pa-
tribꝫ eoꝛũ fecit mirabilia ĩ terra egypti:
in campo thaneos. Interrupit mare ⁊
perduxit eos: ⁊ statuit aquas q̃sĩ in vtre
Et ꝺeduxit eos ĩ nubꝫ ꝺiei: ⁊ tota nocte
in illuminatione ignis. Interrupit pe-
tram in ꝺeremo: ⁊ adaquauit eos velut
in abysso mlta. Et eduxit aquam ꝺe pe-
tra: ⁊ eduxit tanq̃ flumina aq̃s. Et appo
suerũt adhuc peccare ei: in iram excita-
uerũt excelsum in inaquoso. Et tempta-
uerũt ꝺeũ in coꝛdibus suis: vt peterent
escas aĩabus suis. Et male locuti sunt
ꝺe ꝺeo: ꝺixerunt: nunquid poterit ꝺe⁹ pa-
rare mensaꝫ in ꝺeserto: Quoniã percussit
petram ⁊ fluxerũt aque: ⁊ toꝛrẽtes inun
ꝺauerũt. Nũquid ⁊ panem poterit ꝺare
aut parare mẽsam ꝓpl'o suo: Ideo audi
uit dñs ⁊ distulit: ⁊ ignis accensus est ĩ
iacob: ⁊ ira ascẽdit in israel. Quia nõ cre
ꝺiderũt in ꝺeo: nec sperauerũt in saluta-
ri eius. Et mandauit nubibꝫ ꝺesup: ⁊ ia
nuas celi aperuit. Et pluit illis manna
ad manducandũ: ⁊ panem celi ꝺedit eis
Panez angelorũ manducauit homo: ci
baria misit eis in abundantiã. Transtu
lit austrum ꝺe celo: ⁊ induxit in virtute
sua africum. Et pluit sup eos sicut pul-
uerem carnes: ⁊ sicut arenam maris vo
latilia pennata. Et ceciderunt in medio
castroꝛum eoꝛũ circa tabernacula eoꝛuꝫ.
Et manducauerũt ⁊ saturati sũt nimis
⁊ ꝺesideriuꝫ eoꝝ attulit eis: nõ sunt frau
dati a ꝺesiderio suo. Adhuc esce eoꝛum
erant in oꝛe ipoꝛum: ⁊ ira ꝺei ascendit su
per eos. Et occidit pingues eoꝛuꝫ: ⁊ ele-
ctos israel impediuit. In omnibus his
peccauerunt adhuc: ⁊ non crediderunt
in mirabilibus ei⁹. Et ꝺefecerũt in vani
tate ꝺies eoꝛum ⁊ ãni eoꝛum cũ festina

tione. Cum occideret eos querebãt eũ
& reuertebãtur & diluculo veniebant ad
eum. Et rememorati sunt qꝛ deus adiu
tor est eorũ: & deus excelsus redemptor
eorũ est. Et dilexerũt eum in ore suo: et
lingua sua mentiti sunt ei. Cor aũt eoꝝ
nõ erat rectũ cum eo: nec fideles habiti
sunt in testamẽto eius. Ipe autẽ est mi
sericors & ꝓpitius fiet ꝑccatis eorum: &
nõ disperdet eos. Et abũdauit vt auer
teret iram suam: & nõ accẽdit oẽm iram
suam. Et recordatus est qꝛ caro sũt spi
ritus vadens & nõ rediens. Quotiens
